IO. ANDREAE GEORGII

CAVSARVM PATRONI EA ÆTATE CLARISSIMI,
Regij Consiliarij, & Feudorum in Gymnasio Neapolitano
Acutissimi Interpretis.

OPERA LEGALIA POSTHVMA.

Omnimoda eruditione referta.

Hoc est

REPETITIO IN CAP. IMPERIALEM,

De Prohib. Feud. Alienat. per Federic.

Et

ALLEGATIONES, SIVE IVRIS RESPONSA;

In arduis, grauissimisquè causis, cum decisionibus
in calce adnotatis.

Allegationibus accesserunt

OCTAVII BILOCTAE I. C.

AVTHORIS EX FILIA NEPOTIS
Posthumæ aliquot Adnotationes.

Quæ omnia.

Nunc primum in luce prodeunt.

INDICE MVLTIPLICI ADDITO.

NEAPOLI, Typis Iacobi Gaffari. MDCLIV.
Superiorum Permissu.

Sumptibus eiusdem Gaffari. 6 4/0

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO DOMINO

NICOLAO IVDICI

PATRICIO GENVENSI,

S. Iacobi Equiti, Cellamaris Principi, Iuuenatij Duci, Terlitij, & Garagnonis Domino, apud Neapolitanum Proregem Status Consiliario à latere, & in eodem Regno Supremo Tabellariorum Præfecto.

ACcipe, Princeps Excellentiſsime, in aui lucubrationibus, obſequium nepotis. Opus quodcunq; eſt tibi dico, cui me totum debeo. impar quidem munus, vel merito, vel beneficio; tuæ tantũ par benignitati; quòd, cùm te mihi ad conſcientiæ arcana dirigenda, filium verò tuum ad pietate ſapientiaq; imbuendum tradideris, à me accipias non mea. Hoc vnum mihi gratulor, quòd virtutes nouerim tuas. Potentia, nec tibi ſuperbiam peperit, nec exteris odium: tua in amplitudine nec audacia peccat elatior, nec remiſſior indulgẽtia. Fortunas hic non extollo. illæ, ſi tuæ, pretium meriti ſunt: animum miror, in quo nec ambitioni locus, nec auaritię, flagitioſis pedis ſequis vel honoris, vel auri. ò virtutẽ propè mirabilem! inter merita iactantiã declinare, modeſtiam à dignitate expiſcari. Docuiſti argentũ non eſſe luxurię ſtimulum (vitium ſeculi) ſed pietatis incitamẽtum, dum illud non ad ſuperbiã cor-

rogas,

Digitized by Google

rogas, sed elargiris ad inopiæ leuamen. Ecquis tuã referat incredibilem sanè magnificentiam? Prædicant illam tot mendicabula, tot Religiosæ familię, tot Cœnobia, tot templa, quæ à te, vel aluntur vsq; ad delicias, vel exornantur ad maiestatem. mitto cętera. Vnum illud præ cunctis Neapolitana hæc nostra Ciuitas loquatur opus, impendiũ centum quinquaginta millium aureorum in Sanctissimę Crucis Lucensis immani substructione. Quid plura? Vnum dixisse sit satis: quòd, Te viuente, Pietas viuit, & viuit cum Pietate Prudentia. Nouit hęc Hispanus Monarcha, qui opportunissima tua in Neapolitana seditione consilia suis ad te literis cõprobauit. Cuperem in tuarum laudum campum excurrere, sed frœno mihi est tua modestia. O meã igitur fœlicitatem, quod quæ habeo Pietati consecro tuæ, Prudentiæ dico. Accipe igitur, Excellentissime Princeps, hoc opus, vt si posthumum lucem videt, patrono te luceat nõ moriturum: sed in illo accipe me tibi addictissimum, amantissimum tui. Tu verò viue vt cęteris viuas, vt Virtus viuat. Vale Neapoli Kal. Febr. 1654.

Excellentiæ Tuæ.

Obsequentissimus Seruus

Andreas Bilocta è Soc. Iesu.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI

ANDREAS BILOCTA E SOC. IESV. AVTHORIS EX FILIA NEPOS. S.

CVM auus, pater, & vnicus germanus meus exceſſiſſent è viuis, eorum è domeſtica ſupelectili vnas literarias ſcriptiones meas eſſe volui, vel in doloris ſolatium, vel in amoris monimẽtum. Has dum ſtudioſus euoluo, multa ſe mihi obtulere ab Ioanne Andrea Georgio auo, multa ab Ioanne Baptiſta Bilocta genitore, nonnulla quoq; ab Octauio Bilocta fratre de Iuriſprudentia conſcripta opera. Me hac erudita ſupelectili auctũ diù anceps cura diſtraxit, an illam typorum beneficio publici iuris facerem, an apud me vnum ſitu, & ſqualore paterer conſeneſcere. Verebar enim, nè poſthuma opera poſtrema ab Authoribus manu nõdum eſtimata & auo, & patri, qui in Iuriſprudentiæ theatro multis euulgatis operibus laudem aſſecuti erant non pœnitendam, & fratri, qui, ſi perenniùs vixiſſet, ad aliquem in eo doctrinæ genere fructum hæreditario propè iure effloreſcebat, nonnihil detraheretur. Incertum adhuc animi multorum, nec infimæ notæ Iuriſprudentùm, quorum cenſuræ opera illa ſubieci, auctoritas perſuaſit: ſatiùs eſſe, eorum editione quoquo modo publicæ vtilitati, quam priuatæ addubitationi eorum neglectu conſulere. Hac mihi iniecta mente, illa typis edenda decreui. Exordior, vt naturæ ordinem ſequar, à Ioannis Andreæ Georgij mei aui operibus. Quod autem in præſentia expono volumen, duo illius complectitur opera. Primum eſt Repetitio in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federicum, alterum faſciculus nonnullarum in iure allegationum cum aliquot Octauij Biloctæ lucubrationibus. Reliqua, tua, ſtudioſè lector, beneuolentia obſtetrice, mox in lucem dabo. Te vero etiam atq; etiam rogatum velim,

vt

Digitized by Google

vt eo animi ſenſu hæc poſthuma opera excipias, quem natura ipſa erga poſthumam cuiuſq; ſobolem mortalibus indidit. Quod vbi feceris, multa, quę ab authoribus ad coronidem non licuit addere, deſiderari æquo animo feres. Huic enim tabulæ celebre illud, FACIEBAM, coacti ſunt illi à morte ſubſcribere: ſubſcripturi fortaſſe, FECI, ſi vltimam dediſſet addere lineam Mors vltima linea rerum. Vale.



Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

IO. ANDREAE GEORGII

REGII CONSILIARII,

Ac in Gymnasio Neapolitano Iuris Feudorum publici Interpretis.

REPETITIO CAP. IMPERIALEM

De prohibita Feudi alienatione per Federicum.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio Iacobi de Beluis.*
2 *Continuatio Authoris.*
3 *Defenditur continuatio Iacobi, atquè suppletur.*
4 *Verbum (*alienare*) declaratur.*
5 *Sub verbo (*prohibitæ alienationis*) quæ veniant?*
6 *Capita discurrenda methodicè diuiduntur.*
7 Camer. *circà originariam feudi concessionem confutatur.*
Et vtrum feudi contractus Romanis esset præcognitus?
8 *Feudum, à fidelitate dicitur.*
9 *Fidelitas circa quæ, & erga quas personas versetur?*
10 *Refertur opinio* Camer. *circa causã prohibitionis alienationis, & qbus modis res dicatur mea, vel aliena.*
11 Cametar. *argumentis impugnatur, & n.* 12.
12 *Vassallus, & emphyteuta eorum Iura, non autem domini alienant.*
Et vt dominium vtile distinguatur à directo?
13 *Alienare prohibitus, si alienet, & non tradat, minimè pœnam luet.*
14 *Traditio si incontinenti retractetur, nequè puniri poterit.*
Et quæ sit causa priuationis feudi?
15 *Traditio dominium non transfert, stante legis prohibitione.*
16 *Feudi alienatio cum assensu domini agnatis non præiudicat, si sit ex pacto, &c.*
17 *Probibitio alienationis feudi ex feudi oritur natura, consuetudine verò introducta.*
18 *Feudi natura quæ respiciat?*
19 *Prohibitio alienationis feudi respicit tùm directi domini honorem, publicam vtilitatem, tùm etiam agnatorum interesse.*
20 *Quẽpiã de re sua disponere æquũ est.*

Digitized by Google

21 *Alienatio feudi cur prohibeatur respectu agnatorum?*
Et an agnatus, qui non consentit alienationi, vel natus post alienationem, feudum recuperare possit?

22 *Respectu publicæ vtilitatis an sit prohibita feudi alienatio?*

23 *Feudi natura si mutetur, sit perpetuò alienabile, vt in Regno vlteriores Siciliæ.*

24 *Feudi natura si alteretur, dicitur feudũ non habere propriam naturã, & vt possit alienari domino irrequisito, ac irrequisitis agnatis?*

25 *Tenor inuestiturę omni naturę derogat feudorum.*
Et declaratur differentia inter clausulam cum facultate vẽdendi, *& clausulã*, & ille cui dederit, & cęt.

26 *Feudum hæreditarium est alienabile domino consentiente, etiam sit sit acceptum pro hæredibus sanguinis.*

27 *Feudum ex pacto si sit nouum, vel sit ex pacto respectu filij, an sit alienabile?*

28 *Feudi alienatio si fieret in proximè successurum (quę propriè refutatio dicitur) valida esset, diceretur què anticipata successio.*

29 *Feudum quando possit alienari, legẽdus est.* Marin. Frecc. in Const. Diuæ Memoriæ.

30 *Prohibitio alienationis potest fieri tum à lege, tum ab homine.*
Et vt concurrat in eadem re prohibitio legis, & hominis?

31 *Res si prohibeatur alienari, prohibetur etiam infeudari.*

32 *Prohibitio hominis priuati alium effectum producit in contractibus, alium in vltimis voluntatibus.*

33 *Prohibitio legis in alienatione feudi plures respicit causas tum personæ, tum ætatis.*

34 *Assensus domini in alienatione feudi tollit tantum obstaculum suæ voluntatis, non cęteras causas prohibitionis.*

35 Camer. *ponit octo tempora prohibentia, & permittentia feudum alienari.*
Et primò de permissione alienationis respectu agnatorum. Quod per Authorem reijcitur.

36 *Feudum quando potuisset alienari in præiudicium domini? & reijcitur* Camer.

37 *Libellus an solus fuerit permissus, vel pignoratio?*

38 *Consuetudines, & si variæ essent ante Lotharium, nulla tamen permittebat, feudum alienari in perpetuum, sed benè ad tempus.*

39 *Recensentur Iura municipalia, prohibentia alienationem feudi.*

40 *Author remittit se ad DD. Siculos circa hominis prohibitionem.*

Rub. de prohib. alien. feud. per Federic.

CAP. I.

AGgredior, annuẽte Dęo, expositionem *cap. Imperialẽ, sub rub. de prohib. alien. feud. per Feder.* quę licet in feudis non continuetur, vt docet *Iacob. de Beluis. in rub. de feud. guard.* eo quia sunt casus particulares, tamen
1 istam ipse continuat sic: visum est de iure feudi multiplici modo, sed quia vassallus sępè alienat in prędicium domini, vndè Federicus Imp. innouauit iura antiqua, ideò
2 sequitur hæc rub. Sed si volumus cõtinuare rub. vt sonant verba, congruum esset dicere, visum est supra de alienatione prohibita in feudis per Consuetudines ipsas feudales *in tit. de alien. feud. et in tit. qualiter olim feud. pot. alien.* ac in alijs titulis, ac

etiam

Digitized by Google

etiam de ea prohibitione ordinata per alios Imp. Corradum, & Lothar. in eorũ titulis, quibus additur Imp. Fed. meritò sequitur hæc rub. verũ quia hæc rub. est particularis, & cõstitutio est generalis de pluribus materijs feudorum, quàm de prohibitione alienationis: subsistineri posset
3 continuatio Iacobi, dẽptis illis verbis (de alienatione) visum est de iure feudi, multiplici modo, in quibus ferè omnibus Imper. Fed. innouauit, ideò post Consuetudines, & Constitutiones Imperiales aliorum sequũtur Const. Fed. & inter alias ista, quæ plura noua statuit super feudis, ergò; Reliqua verò dicta per alios circa continuationem inutiliter, non sunt attendenda.

Deueniendo ad verba *rub.* quæ sunt quatuor, *prohibit. alien. feud. per Federic.* de quo Federico dicam cum *Iser. in princ. comment. super tex.* De verb. feudi, plura diximus *de feud. cognit.*
4 & aliqua nunc dicemus, quæ pertinẽt ad materiã prohib. alien. De verb. alienationis, apud *ll. Romanas in l. alienationis ff. de verb. sign.* de prohibita alien. *l. fin. C. de reb. alien. nõ alien. & c. null. ext. de reb. Eccl. nõ alien.*

Et qualiter conueniat Ius Romanum, Ius Canonicum, & Ius Feudorũ, circa prohibitam alienationem,
5 videbimus cũ *Iser.* quando venit pignus, vel hypotheca, tàm respectu vtilis dominij, quàm respectu directi; Item si veniunt alij contractus libelli, præcarię emphiteusis, subinfeudatio, legatum pium, in dotem datio, præscriptio, vsusfructus, seruitus, vel Ius in re, & quid noui statuit Ius Regni, infra cum *Iser.* de singulis his discutiemus, quæ vt faciliùs percipi possint, & vt ex illis intelligatur materia licentiæ alienandi, seu assensus, oportet aliqua præmittere generalia.

6 Primò, breuiter discurrere cum *Cam.* fol. 3. de causa inuentionis feudi.

Secundò, cũ eod. fol. 82. de causa prohibitionis alienationis feudi.

Tertiò, cũ eod. de permissione, vel prohibitione pro tempore per Ius feudorum, & per Imper. & Ius Regni, vt fol. 4.

Quoad primum putabat *Camer.* 7 ne Regna diuiderentur, postquam fuerunt inuenta dominia, electi Reges, & Regna indiuidua constituta, cum esset necessaria remuneratio, ac
7 fidelitas in futurum pro defensione Principis, & Principatus, fuit inuentus contractus feudi, quo vtile transfertur dominiũ, sed ego puto, quod hæc species contractus erat præcognita à Romanis per contractum emphyteuticum, in quo non transfert directum, & consueuerat etiam respublica, & municipia concedere in emphyteusim, *l. 1. §. si quis permiserit, ff. de nou. oper. nun. & l. lex vectigali fundo, ff. de pigno.* ac consueuerant Principes concedere, vt in *tit. C. de fund. patrim. l. 10. & ff. de superf. l. 1. & l. in Prouinciali*, tutius ergo dicendum est, quod noui Principes ob expertam, & speratam fidelitatẽ personæ electæ, & ob spem vt transmictatur cũ sanguine, adinuenerunt
8 hunc contractum, quem ab ipsa fidelitate feudum appellarunt secundum magis communem, licet alij aliam dent ęthimologiam, cum & si in omni contractu fides seruanda sit, iste potissimum in fide consistit, &
9 quia fidelitas multipliciter consideratur tã in faciẽdo, quã in nõ faciẽdo, *c. 1. de forma fidelit.* declarat *Bart. in Const. Ad reprimendũ, rub. quomo. sit ꝓced. in crim. læs. Maiest. ver. habenis, n. 6.* itẽ alia est q̃ debetur ꝓximo, alia quæ debetur patri, alia quæ debetur patrono, alia q̃ debetur à Milite suo Duci, vel Principi, alia quæ debetur Domino, de quibus aliqua *Bar. ibid.*

Digitized by Google

ver. totius fidelitatis, quorum plura cognouit Ius Romanum, ex his simul iunctis noui Principes constituerunt feudum, aliqua recenset *Cannet. in cap. volentes, cap. 1. 2. & 3.*

Circa secundum præmissum *Cam.* de causa prohibitionis alienationis, dum præsupponit, quod res, aut est in totum mea, aut in totum aliena,
10 aut partim mea, partim aliena, sub qua tertia specie subiecit feudum, quia directum est concedentis, vtile verò recipientis, ideò infert, quod feudatarius, dum feudum non est in totum suum, sed partim alienum, & in re aliena non potest quicquam facere sine voluntate domini, *l. fin. C. de pact. in fin.* à qua præpositione cogor recedere ex pluribus.

11 Primò, ex authoritate *Iser. in §. necessitatem qua l. olim feud. pot. alien.* vbi opponit de *d. l. fin.* & soluit quod non agitur de alienatione proprietatis, quæ est domini, sed de vtili dominio, quod est vassalli, ideò dura esset prohibitio, nequit de re sua disponat, *arg. l. dudum, C. de contr. empt.*

Secundò, quia cæteri qui habẽt vtile dominium, alienant Ius eorum vt superficiarius, & pignorant, *l. tutor §. fin. ff. de pign. act. l. grege §. etiam in superficiarijs, & d. l. lex vectigali, ff.*
12 *de pign.* & vsufructuarius alienat fructus suos, licet alium vsũfructum non cõstituat in vita alterius, *l. arboribus, ff. de vsufruct.* & emphyteuta fisci alienat ius suum sine licentia, *l. 2. C. de fund. patr. lib. 10.*

Tertiò, quia dominium vtile est quid separatum, & distinctum à directo, vt vassallo competat iure proprio pro suo vtili reiuẽdicatio vtilis, *l. 1. ff. si ager vectigalis, vel emph pet.* & vsumfructum distingunt à proprietate *glos. & DD. in l. 4. ff. de vsufr.* itaq; non benè congruit illa positio, vt sit partim sua, partim aliena, quia quoad vtile est res penitus, & in totum sua, *Cannet. in cap. volentes, §. quæ ratio, fol. 141. nu. 13.*

Quartò, quod si ratione dominij fuisset inducta prohibitio alienationis, duo sequerentur; vnum quod sola alienatio sufficeret, & tamen requiritur traditio, si enim alienat, &
13 non tradit, non incurrit pœnam prohibitionis etiam de iure communi ante constitutionem, & posset reuocare per *l. quemadmodũ, C. de agr. & cens. lib. 10. Iser. infr. n. 16. vers. ex quo licitam, & quib. mod. feud. am. nu. 35. ver. item ipse reuocat, & in cap. 1. nu. 2. ver. est intelligendũ, de controu. inter dom. & empt.* quæ latiùs dixi *alleg. 6.*
14 *nu. 40.* propterea si non tradidit, & in continenti recuperat, purgatur culpa, si verò ex post facto, adhuc amittit feudum, *cap. 1. quid iuris sit si post alien. feud recuper.* sola ergo traditio possessionis est causa priuationis, ergo causa prohibitionis non est dominiũ, & ex eadẽ ratione prohibetur pignus, quamuis remaneat in dominio debitoris, *Io. Rayn. hic in §. habito. num. 30.* vltra quod nunquam
15 transfertur dominium stante prohibitione legis, & tamen priuatur per actum traditionis, quia ipse fecit quod potuit abdicando à se dominium in alium; Si verò transferri non potuit obstante prohibitione, tunc vel transit ad vlteriores agnatos, vel aperitur domino per consolidationem cum proprietate, *P. Iacob. Gal. in pract. Cybell. ex cond.*
16 *cap. Imperialem.* Aliud sequeretur, quod si ratione dominij esset prohibenda alienatio, assensus domini sufficeret, quia in re sua quilibet est moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand.* sed etiam qui alienat cum assensu, non prejudicat agnatis, quin mortuo alienante veniant ad feudũ, *c. 1. §. Titius si de feu. def. contr.* cum ibi notatis (quod qualiter sit intelligendum, infra declarabo) quod

do.

Digitized by Google

dominium non est causa prohibitionis.

Dicamus ergo recedendo à *Cam.* quod prohibitio alienationis est ex
17 natura feudi, quia in hac natura fuerunt inuenta, & constituta, ne possint alienari, *tex. in cap. 1. infra. quali. olim feu. pot. alien.* ibi, *est autem optima cõsuetudine interdicta alienatio*, sub qua natura omne feudum præsumitur constitutum, etiam quod de ea specialiter nõ sit cautum, *l. cum quid, ff. si cert. pet.* vbi *DD. not.* & diximus *de feu. cogn.* cum sit qualitas insita feudo à principio in ipsa generatione feudi, *Bal. in cap. 1. de nat. feu. & in cap. 1. de feud. non hab. propr. nat.* & ne desit specialis authoritas, quod per naturam feuda sint inalienabilia, videatur *Can. in cap. vt lites, in*
18 *cap. scire leges, fol. 5.* prout etiam natura feudi respicit alia, vt succedant masculi, & similia, quæ non sũt de substantia, sed de natura feudi.

Verùm est, quod non sine causa aut ratione, consuetudo talem dedit naturam, quam si perscrutemur, in-
19 ueniamus, non esse solam respectu domini, sed etiam respectu agnatorum, itẽ & fauore publicæ vtilitatis, de his igitur breuiter præmittamus.

Respectu domini, vassallus non potest alienare, quia si iurauit fidelitatem, alienando deficeret, etiam si alium æquè fidelem in feudum introduxerit, nedum si odiosum, vel nõ æquè habilem ad seruitium, *Iser. in addit. an ille qui interf. frat. dom. sui*, quia fidelitas vnius non est fidelitas alterius, & etiã ratione volũtatis, nè fortè inuitus dominus alium, quam voluerit sibi acquirat vassallum, verba sunt *tex. in c. 1. propè finẽ, de fratr. de nouo benef. inuest. arg. l. fi. de vsu, & habit.* propterea dicit *Iser. in d. §. ne-*
20 *cessitatem*, q est æquũ ne quis prohibeatur alienare ius suum, sed fuit æquius prohibere vassallum, vt sit magis obsequiosus domino suo, quia in casu necessitatis poterit petere licentiã, & nõ denegabit, & quod id à Romanis acceptum sit, vt propter fidem electam non possit vassallus alienare feudum, *text. est in l. 2. C. de fund. limit. lib.* 10. vbi ille cui cõcessa est custodia castri in cõfinibus, quia electa est eius fides, potest possidere castellum in limite imperij, & non alius.

21 Respectu agnatorum est prohibita alienatio feudi, quia à principio fuit datum recipienti, & hæredibus sanguinis, vt ille, & hæredes sui fideliter domino seruiant in perpetuum, *§. huius autem generis, in quib. caus. feud. amit.* q sũt verba definitionis; igitur datum est à principio pro se, & hæredibus sanguinis, vndè dicit *Iser.* pluries, quod omnes sunt vocati vnus post alium, & tot sunt donationes quot sunt personæ successuræ, quia vnus actus occultatur, *arg. l. 3. §. fin. ff. de don. inter vir. & vx.* hæc dicit *Iser.* hic infra *nu.* 38. & si alienaret vassallus, reuocaret agnatus qui non consensit, cui videtur facta donatio, & competit remedium *l. 2. & 3. C. de don. quæ sub. modo. Iser. de suc. feud. in fin.* vbi disputat etiam de eo agnato, qui non erat natus tempore alienationis; cum ergo sit res subiecta restitutioni, prohibetur alienatio à iure, *l. 3. §. fin autem, sub cond. C. com. deleg.* videtur enim quando vassallus decedit, retrocessum feudũ domino, & à domino agnatus inuestitus, quod fit per renouationem inuestituræ, *Iser. in tit. Imper. Lothar. num. 5. ver. dando quidem, & ver. tamen à domino*, ex quibus concludit *Iser. in cap. 1. de ali. feu. pat. §. & si libellum*, quod nõ potest alienari feudum de consensu domini in præiudicium agnatorum.

22 Respectu publicæ vtilitatis prohibetur alienatio, vt *in c. 1. de prohib.*

alien.

Digitized by Google

alien. per Loth. & in hac noſtra *Conſt. Feder.* quia lędũtur domini, qui ſunt perſonæ priuatæ, & etiam lędituꝛ Ius Imperij, & ſic Reſpublica, nam feudatarij, proprijs bonis ſpoliati, nõ poſſunt adiuuare eorum domino, quando ſunt aſſociaturi Imperatorẽ cum exercitu, & ſic Iura Imperij lędunturꝛ vt latius in *text.*

Quam concluſionem limita, & tempera pluribus modis.

Primò, ſi natura feudi eſſet mutata, vt de cętero ſit alienabile, prout eſt in Regno Siciliæ per *cap. volen-*
23 *tes*, ſi enim à principio fuit datum feudum pro recipiente, & eius hęredibus ſanguinis, ſed alienabile effectũ eſſet feudum, non poſſent conqueri agnati, quia natura feudi mutata faceret licitam alienationem tam reſpectu domini, quam reſpectu agnatorum, *Cannet. in dict. cap. volentes, §. ſcire leges, fol.* 5. prout in Regno noſtro mutata eſt natura feudi in pluribus quoad ſucceſſionẽ ne ſuccedant fęminæ, per *Conſt. vt de ſucceſſ. nob. in feud.* & quo ad indiuiduitatem, primogenituram, & de vita, & militia.

24 Secundò, quando natura eſſet alterata, & tunc dicitur feudum non habere propriam naturam, quando à principio fuit datum recipiẽti pro ſe, & hæredibus ſanguinis, ſed etiam illi, cui ipſe, vel hæredes ſui dederint, tunc poteſt alienari inrequiſito domino, & inrequiſitis agnatis, *cap. 1. de feud. non hab. prop. natu.* vbi *Iſer.* exempla ponit, quando fuit datum ſibi, & cui dederit. Quando poteſt dare in feudum, vel in allodium,
25 tunc dicimus, quod tenor inueſtituręderogat omni naturæ feudorum *de duobus fratr. à cap. inueſt. cap.* 1. ratio quia natura eſt genus, pactum eſt ſpecies, & generi per ſpeciem derogatur, vt *Iſer. in fin.* docet, & *Lipar. in addit. ad Iſer. ver. tenorem*, quod limita in Regno noſtro, vt nõ poſſit quis dare in feudum, & minus concedere facultatem alienandi, conſimilis eſt *tex. in cap. 1. §. feudum ea lege, ſi de feud. defun. controu.* & de fęmina ſpecialiter vocata *D. Minad. ſuper tex. conſtit.*

Quæ limitatio habet aliquam cõtrouerſiam, nam aliqui tenent, vt emphyteuſis conceſſa cum clauſula cũ facultate vẽdendi, intelligatur ſecundum naturam rei, cum aſſenſu, ſecundum *Speçul. de loc. §. nunc aliqua, verſ.* 94. ſed *DD.* faciunt differentiam de conceſſione cum facultate vendendi à cõceſſione cũ clauſula, *& ille cui dederit habeat*, quia gerundium futurum ſignificat actũ faciendum, qui indiget aſſenſu, ſed clauſula *illa cui dederit habeat*, ſignificat actum perfectum, *Io. Rayn. hic in §. habito, num.* 5. 6. 7. & 8. quod examinat *Capyc. in inueſt. in clau. ad vendendum, Iſern. in §. donare qual. olim feu. pot. alien.* vbi *D Loffr. in §. add. Iſer. D. Minad. conſ.* 10. *nu.* 38. qui diſtingunt de clauſula, *& cui dederit in allodium*, tunc nullus requiritur aſſenſus domini, quia res iam mutauit naturam facto domini, & *cui dederit in feudum*, & requiritur aſſenſus, verum ſublatum eſt ius agnatorũ, *Calc. conſ.* 50. itẽ proficit vt dominus teneatur aſſentire, item proficit ad excuſandam caducitatem, vt latè *D. Minad.* explicat in *d. conſ.* 10.

26 Tertiò, non procederet in feudo hęreditario, ſed tantum in feudo ex pacto; quamuis enim omne feudum ſit ex pacto, & ſit datum pro hærede ſanguinis, vt ex *Iſern. Cam. & cęter.* probaui *in alleg.* 29. tñ propter illam qualitatem hæreditariam, alteratur prima natura, & facit vt feudum ſit de hæreditate, & conſequenter ſi ante mortem fuerit alienatum, hęres non reuocat, ſi dominus conſenſit,

quia

Digitized by Google

quia non inuenit feudum in hæreditate, quamuis sit hæres sanguinis, ex alio etiam, quia oportet, vt sit hæres in feudo, & sic teneatur habere ratum factũ defuncti per *l. cũ à matre, C. de rei ven. Iser. in d. §. hoc quandoquidem feu. nu. 6. in fin. & num. 7. & in cap. 1. an agnat.* sufficit ergo consensus domini in feudo hæreditario, & non requiritur assensus agnatorum.

27 Quartò, non procederet, nec in feudo ex pacto nouo, nec in feudo ex pacto respectu filij, qui vterq; tenetur esse hæres, quia si non fecissent inuentarium, tenerentur per *d. l. cum à matre*, vt per *Iser. & Cam. in d. c. 1. an agn.* & est communis opinio, vt dixi in *d. alleg. 29.*

Quintò, quando in proximè successurum fieret alienatio, quoniam esset anticipata successio, *cap. 1. de ali. feu. pat.* vbi *Iser. & in cap. 1. de*
28 *vassall. decrep. etat.* Verum esset facienda pura in naturam feudi antiqui, & paterni, & longa fuit disputatio si pacta reicerentur, vel non & faceret feudum nouum, quando consensit Dom. latè *Iser, in Const. Diuæ Mem. ex Loff. cons. 3.* & non requiritur assẽsus domini, nec assensus agnatorum, quia est anticipata successio secundum naturam feudi, quod quotidiè practicatur.

Immò etiam in vlteriorem agnatum si proximior consensit, non transferendo Ius fortè quæsitum, sed abstinendo à iure deferendo, vel fortè delato, & non acceptato, quia non esset transferre, sed abstinere *arg. cap. 1. de eo qui fin. fec. agna.* & ità obtinuit in refutatione Ducatus Bouiani facta à sorore primogenita sorori secundogenitæ consensu eius filij abstinentis, licèt tempore *D. Io. Vinc. de An.* fuerit dubitatum.

29 Quamplures etiam limitationes congerit etiam ad prohibitionem *Const. Diuæ Mem. d. Mari. Frec. in 2. lib. de suff. in cap. pluribus modis*, hæc sufficit leuiter esse tacta pro cognitione prohibitionis, quam facit lex feudorum de feudo.

Sed quia *glos. in l. fin. C. de reb. ali. non ali.* dicit prohibitionem alienationis fieri, vel ab homine, vel à le-
30 ge, & plures ponit casus, qui possũt applicare ad feudum, ideò breuibus me expediam, quod potest esse casus quando concurrit legis, & hominis prohibitio, vt quia testator mandat rem nõ alienari, quæ ex dispositione legis est prohibita alienari, quo casu, *Innoc. in cap. potuit extr. de locato*, dicebat q; impeditur dominij translatio, sed in materia feudi benè procederet, nisi prohibitio legis esset à Principe relaxata, vel possit relaxari, ideò in casu prohibitionis alienationis feudi Coll. Const. vt refert *de Ann. in repet. Const. Diuæ Mem.* decreuit proficere ad denegãdum assensum, quem alias Rex concessisset.

31 Item quando res esset prohibita alienari, tunc non posset in feudum dari, *cap. 1. per quos fiat inuest.* loquẽdo de personis cõprehẽsis in *ead. rub.* De prohibitione hominis, *glos.* nõ distinguit de homine publico à priuato, q a de publico est casus in §. *diui*, vbi *Bar.* quod prohibitio Iudicis de non alienando impedit translationẽ dominij, etiam si mandatum esset iniustum, *Bal. in l. 1. C. com. deleg.* & sic fuit decisum in causa Marzani, sed ratio nulla alia redi potest, quam tradita in *d. c. 1. per quos fiat inuest.* quod non potest in feudum dare qui non habet liberam bonorum administrationem, prout est in illa re ille, cui Iudex prohibuit alienationem.

32 Prohibitio hominis priuati alium effectum producit in contractibus, alium in vltima voluntate.

33 Item alię prohibitiones legis alijs respectibus procedũt in feudis, puta ratione personæ, vel ętatis, vt *l. 1. ff.*

de

de reb. eor. & l. ob ęs, C. de præd. min. vel morbi, vt in furioso, *l. 1. ff. de curat. furios. l. is cui bonis, ff. de verb. oblig.* vel publicæ vtilitatis, vt in fundo dotali, *l. 1. ff. et C. eod. tit.* vel ratione non plenæ administrationis, vt in re Ecclesiæ. s. Episcopatus, vel Abbatiæ, & in pluribus alijs quoniã oẽs illę prohibitiones ꝓcedũt, & aſsẽſus illas nõ relaxat, ſed tantũ in feudis tollit obſtaculum voluntatis, & vinculum iuris, *D. Frec. de ſubfeud. lib. 2. cap. an*

34 *licentia*, ſed vt omnis tollatur occaſio dubitandi conſueuit Coll. Conſ. ponere clauſulam, *quoad expreſſa tantum, quatenus ritè, rectęq; proceſſerint*, quæ ſignificat nolle alias prohibitiones tollere, quam eam, quam fecit ius feudi, prout etiam ne alia lege ſit alienatum, quam ipſe habebat, vt in cauſa Foſſati, & Cacciabellę de donatione Comitis Nolæ, qui habebat pro hærede ex corpore, & dedit vxori pro hærede ſimpliciter. Ponitur alia clauſula, *feudi natura in aliquo non mutata*, *D. Frec. in l. 1. cap. ſupereſt, vt aliqua in materia aſſenſus.*

35 Supereſt de tertio præmiſſo *Cam.* aliqua differere, qui reaſſumit octo tẽpora prohibitionis, & permiſſionis alienationis feudi, in quorũ quinq; in iuribus allegatis per ipſum non ꝓbatur talis permiſſio alienationis, & primo de permiſſione alienationis reſpectu agnatorum, vt ſolus dominus poſſit reuocare, *cap. ſi quis, in tit. apud quem, vel quos*, quia ibi deciditur contrarium, vt quando quis totum, vel partem alienat, & ſine hærede deceſſerit, dominus reuocat, & ſic concordat cum §. *rurſus quib. feud. alien.*

36 Secundum, tempus conſiderat potuiſſe alienare in præiudicium domini, *cap. 1. quid iuris ſit, cap. 1. apud quem, & cap. 1. quali. oli.* in qbus tantum refertur, quod ante *Conſtit. Lotha.* erant varij vſus in varijs vrbibus, & curijs, quos *Loth.* abrogauit, inde quæritur in *cap. 1.* quid iuris ſit, ſi feud. recuperauerit, & nihil de eo, quod dicit *Cam.*

37 Tertium, quod ſolus libellus fuit permiſſus, & alij ſublati, *d. cap. qual. olim*, ſed ibi tantũ dicitur, quod præfertur dominus in illis caſibus illius *tex.* niſi ius domini in illa prælatione fuerit præſcriptum.

Quartum, de permiſſione ad libellum, §. *aut ſi lib. quib. feu. am. & cap. 1. de alien. feu.* ſed in his tantum refertur ſupra citata diſtinctio.

Quintum, tempus de pignore non ſubſiſtit, cùm in præcedentibus pignus fuerat permiſſum.

38 Dicemus ergo, quod conſuetudines licet varię eſſent, vt ante *Loth.* tamen nulla permittebat alienationẽ, in perpetuum, niſi ſubinfeudationẽ, quæ eſt eiusdem naturæ, pro parte erat permiſſus libellus, vel pignoratio ad vitam vaſſalli, eo mortuo aperiebatur agnatis, qbus deficiẽtibus, domino, niſi eſſet præſcriptum, & ni-

39 ſi vaſſallus nouus vellet ſeruire, & fidelitatem facere, deindè *Loth.* prohibuit: *Federicus* addidit etiam de præteritis alienationibus.

Rogerius Conſt. 1. in 3. lib. de finibus rerũ regalium, incip. *ſcire volumus.*

Feder. 2. Conſt. Conſt. Diuæ Mem.

Carol. in plan. S. Mart. de dote, & dot.

Carol. 5. Imp. prag. 3. reſtrinxit poteſtatem Proregibus aſſenſiendi.

40 Cęterum de prohibitione hominis quando procedat in feudis, *Cannet. §. quæro in cap. volentes, fol. 141.*

SVMMARIVM.

1 *Feudi alienatio, vt permittatur, ſi ex ea minimè oriatur amiſſio ſeruitij, vel Imperij diminutio?*
Et explicatur cauſa finalis Conſt. Lothar. Roger. & Federic.

2 Ca-

Digitized by Google

2 Camer. *doctrina, & ingenium commendatur in articuli discussione. Ac de* Camer. *Author conquæritur, & cur?*

3 *Expenduntur iura pro affirmatiua sententia.*

4 *Recensentur loca* Iserniæ, *in quibus à* Camer. *impugnatur.*

5 *Feudi Dominus in alienatione an sit certiorandus non solum ratione dãni, sed etiam ratione contemptus?*

6 Camer. *impugnat* Glosæ *æquiparanti feudatarium minori, & qua ratione?*
Et in feudo non modo damnum vtilitatis, sed etiam voluntatis consideratur.

7 *Refutatio vt fieri possit vlteriori omisso medio?*

8 *Feudum sine assensu Domini, vt possit alienari in augmẽtum ipsius feudi, & de* Camer. *fundamento in hoc, & n. seq.*

9 Camer. *concludendo negatiuè, soluit contraria allegata per* Isern. *& dat intellectum ad* Const. Lothar. diuæ memoriæ, *& ad* cap. Terulas 12. q. 2.

10 *Conuincitur* Camer. *ab Authore, dum loquitur contra* Isern.

11 *Soluitur argumentum* Camer. *contra* glos. *datur intellectus ad* l. non solum, C. de præd. minor, & l. nulli, ff. de transact.

12 *Soluitur aliud argumentum* Camer. *contra* glos. *& vtrum res Ecclesiæ, & pupilli æquiparentur feudo?*

13 Camer. *omnia iura contra* glos. *adducta habuisse ab* Isern. *satis ostenditur.*

14 *Defenditur* Isern. *à* Camer. *impugnatus, &* Camerarij *litera à* Liparulo *purgata adhuc emendatur.*

15 *Author defendit* Affl. *in correctione* Camer. *reprehensionẽq; retorquet contra ipsum.*

16 *Feudum vt possit alienari, si eius melioretur conditio? & nu.* 18.
Expl. addit. Isern. in tit. an ille, &c.

17 *Emphyteuta sine licentia directi Domini non potest vendere meliorationes, & qua ratione?*

18 *Feudum etiam si eius melioretur conditio, alienari non potest.*
Et datur alius intellectus ad add. Isern.

19 *Error* Loffred. & Liparul. *in correctione literæ in commento* Isern.

20 *Actus, & si prohibeatur à lege sub pœna, tamen si adhuc fiat, validus est, & datur intellectus ad* l. fin. §. quarè, ff. de diuort.

21 *Declaratur differentia inter ius Canonicum, & feudale circa prohibitionem alienationis.*

22 *Error aliquorum, & præcipuè* Liparuli *circa intellectum mentis* Isern. *& an res sterilis feudi possint dari ad culturam ad ratam fructuum?*

23 *Declaratur differentia specifica inter ius commune feudorum, & ius Regni in materia phibitionis alienationis.*

24 *Verus intellectus mentis* Iserniæ.

25 *Feudalis res in alium transferri non potest absq; Domini voluntate, & si eius concurrat vtilitas.*
Voluntas Domini eius vtilitate maioris ponderis æstimatur.

26 *Prælatus, & si alienare non possit absq; Summi Pontificis assensu, tamen si alienat in Ecclesiæ vtilitatem, tenet alienatio.*
Et an sit idem in feudatario?

27 *Si specialiter ius permittat post generalem prohibitionem, in reliquis firma remanet generalis prohibitio.*

28 *Decisio Domini* Capycij *dilucidatur, & vtrum pupillus transferẽdo rem suam in alium, possit transigere?*

Digitized by Google

In text. vndè debita ſeruitia amittebant, & honor diminuebatur.

CAP. II.

1 EX iſto *verſ.* inſurgit illa difficultas, ſi alienatio talis eſſet, ex qua non poſſit oriri amiſſio ſeruitij, nec diminutio imperij, poſſit fieri non obſtante hac conſtitutione? cum etiam Conſtitutio *Lothar.* ſit fundata ſuper eadem cauſa finali, dum dicit, quærelas Procerum proceſſiſſe ex alienatione, ex qua feudatarij ſubterfugiebant debita ſeruitia; vndè etiam honor Imperij minuebatur, quia non poterant traducere feudatarios ad exercitum.

Item conſtitutio *Rogerij, ſcire volumus*, fundat prohibitionem in eadem cauſa finali, ibi, *vnde iura noſtra regalia minuantur, aut ſubtrahãtur, aut damnum aliquod patiãtur*; & ſupra, *vendere, vel in partem minuere*.

Item conſtitutio *Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ* fundat prohibitionem in eadem cauſa finali, dum dicit, velle ampliare prohibitionem diminutionis feudorum, & infra in diſpoſitione *ſuper feudis minuendis, vel commutandis*, ergo quãdo alienatio non diminueret feudum, vel ius regale, procederet, cum ceſſante ratione legis ceſſet lex, & ceſſante cauſa ceſſet effectus.

Item *Conſt. hac edictali eod. tit.* ibi, *vndè ſeruitium, aut reditus perdat.*

2 Super hoc articulo *Cam. fol. 4. col. 3.* ſuper *text.* ibi, minuebatur arguit pro, & contra, ita vt nihil addi poſſit, quoniam per plures columnas ingeniosè, & eruditè examinat articulũ, vſque ad *verſ. in text.* ibi *ſine permiſſione*, ſed quia inuehit contra *gloſ. in Conſtitut. Regni fratribus in gloſ. fin.* quæ æquiparat feudatarium minori; & inuehit contra *Iſern.* dum dicit, nullibi de hoc articulo claram reddidiſſe ſententiam, & quod additio in *tit. an ille, qui interf. fr. Domini ſui*, vix poteſt intelligi.

Ideo placuit eius diſcurſum breuibus reſtringere, & *gloſ.* ac *Iſern.* defendere ab eius impugnationibus.

3 Quòad articulum ipſe arguit pro affirmatiua.

Primò ex hoc *tex.* & ex *Cõſt. Loth.*

Secundò ex *c. 1. §. fin. de inueſt. de re alien.* vbi permittitur diſpoſitio feudatarij in augmentum feudi.

Tertiò ex *c. Terrulas, & c. ſine exceptione* 12. *q.* 2. vbi res Eccleſiæ alienantur ſine ſolemnitatibus, ſi in augmentum Eccleſiæ, addit *text. l. non ſolum, C. de procur. l. nulli, ff. de tranſact. & l. non eò minus, C. de procur.* in quibus permittitur in re pupilli ex vtilitate, quod aliter eſſet prohibitum, quod patet, quia in feudo franco nõ procedit d. *Conſt.* ex mẽte *Alex. conſ. 30. vol. 1.* ea ratione, quia Dominus non habet intereſſe, de cuius veritate remittit ſe infra dicturum, cui ſententiæ addit doctrinam *Iſern. hic col. 7. & in c. 1. §. fin. de cap. qui cur. vend. & Affl. in rubr. de alien. feud. pat.* ſubdens debuiſſe poni in *c. 1. an ille, qui interfe. fr. Domini ſui*, vbi dicit, *Iſerniam* poſuiſſe ſuam additionem.

Quartò allegat d. *Conſt. Regni ver. minuendis* cum *gloſ.*

Quintò eandem *conſtit.* arguendo de excadẽtialibus, de quibus in *§. fi.*

Sextò prouiſionem Federici in Archiuio de qua teſtatur *Iſern.* vt ad certam partem fructuum poſſit dari feudum non obſtante hac *Conſtitut.* & illa *diuæ memoriæ*.

4 De-

Digitized by Google

4 Deinde reassumit loca, in quibus *Isern.* tractauit articulum, inuehendo in ipsum, quod sit loquutus ita cõfusè, vt aut noluit intelligi, aut satis dubitauerit, eo quod parum loquitur in *Cõst. Cõst. diuæ memoriæ*; & parũ in 1. *rub. ver. Regis*, & hic *col.* 7. & potest esse in *nu.* 14. *vers. Item secus, & in addit. c.* 1. *§. similiter, de cap. qui cur. vend. & §. præterea de cap. Corr. & in addit. in tit. an ille*, quam dicit esse corruptam.

5 Deinde *Cam.* facit quædam præmissa generalia ad demonstrandum, q̃ non solũ ratione damni Dominus debet certiorari de venditione facienda, sed & quod ratione contemptus, ne Dominus contemnatur, & ne commutetur persona.

6 Primò fatetur, quod *Lotho. & Feder.* considerant damnum, & vtile, sed quod non considerantur hæc sola, vt est in minore, cui æquiparat *glos. in Const. fratribus* feudatarium, sed etiam cõsideratur damnum voluntatis ex *l. final. ff. de vsu, & hab.* à qua sæpè arguit *Isern.* hic, & *d. §. præterea*, etiam si persona, cui fit alienatio esset melior, *Isern. in d. addit. in tit. an ille, qui interfr. & in Const. Constitutionem diuæ memoriæ*, quia ius ciuile respexit ad damnum vtilitatis, sed lex feudi ad damnum etiam voluntatis, *glos. in Const. hac edictali*, ea ratione, quod Dominus non tenetur accipere in vasallum, quẽ ipse non eligit, *cap.* 1. *de fr. à cap. inuest.* ne fortè sit ei odiosus, qua ratione statutum est, vt licèt Dominus dederit
7 feudum pro recipiente, & descendẽtibus, tamen non potest vlteriori refutari omisso medio *c.* 1. *de alien. feu.* nec inter se successores partes suas alienare aliter, q̃ lex feudi concedit *§. præterea ducatus hac Cõst.* ad quod allegat considerationem *Isern. in §. necessitate, qual. olim. feud. alien. poter.* vbi dicit, quod ideo fortè iura prohibuerũt alienationem feudi, vt vasallus esset magis obsequiosus Dño.

Indè incipit fundare sententiam non posse, nec in augmentum feudũ alienari sine assensu Domini.

8 Primò, quia hæc constitutio prohibet, & *Const. Loth. & Constit. Regni Const. diuæ memoriæ*, quę non distinguunt, si in vtilitatem, vel non.

Secundò ex *Isern. in d. addit. an ille, qui interf.* vbi si quis non posset infeudare, nec posset feudum alienare etiam in augmentum, quia non posset rem burgensaticam facere feudalem.

Tertiò, quod sequeretur inconueniens, quia etiam posset si sine dãno, argumento *l. adigere, §. quamuis ff. de iure patron.*

Quartò retorquet argumẽtũ quia si res steriles ad culturã possunt concedi, ergo omnia alia sunt prohibita, *l. cum prætor, ff. de iudic.*

Itaq; concludit, sequendo vestigia *Isern.* qui vbiq; tenuit istam opinionem.

9 Soluit contraria;

Primò, de damno huius constitutionis, vt intelligatur de damno fidelitatis, non de damno pecuniario.

Secundò, *c.* 1. *§. fin. de inuest. de re alien.* procedere circa rem, addendo feudo aliam rem, non circa personã, & addendo intelligitur etiam remittendo liberando feudum, *Aff. decis.* 232. licèt ab hoc argumẽto recedat, de quo articulo alias.

Tertiò, *cap. Terrulas*, vt procedat, quia ius canonicum hoc statuit in rebus Eccl. sed lex feudi non statuit in feudis.

Quartò, *Const. Cõst. diuæ memoriæ* permittere alienationẽ in augmentũ feudi, secus *Const. istam*, ex *Isern. in d. additione an ille*, vnde secus extra Regnum, quod argumentum dicit esse falsum, nec in Regno, nec extra posse alienari.

Digitized by Google

Item dicit, ex alia doctrina *Iser.in d.§.præterea,Conſt.Diuæ memoriæ* nõ obſtare, quia addidit *commutandis.*

Quintò non obſtare § *fin.d.Conſt.* quia loquitur in excadentijs.

Sextò,diſpoſitionem Federici paritèr eſſe ſpecialem.

10 Sed cauendum eſt ab hac libertate loquendi, qua vtitur *Camer.* ſiquidem.

Primò,eſt ſibi cõtrarius,& quamplurima quæ ipſe dicit non ſunt tenenda:eccè primo *fol.4.col.3.in princ.* dicit,quod *Iſern.*ita confusè fuit loquutus in hoc articulo,vt aut noluit intelligi, aut ſatis dubitauerit,& deindè *fol.5. col. 3. in princ.* ſequitur veſtigia *Iſern.*qui hanc opinionem negatiuam,vbiq; tenuit.

11 Secundò, allegat pro contraria opinione, *l.non ſolum,C.de præd.min. & l.nulli, ff.de tranſact.* vt pro augmento fieri poſſit alienatio, quæ Iura habuit à *gloſ.in Conſt. Conſt. Diuæ memoriæ,ver minuendis,*ſed *glo.*allegat dicta Iura,nempè ad demonſtrãdum, quod ſicut pupillus poteſt trãſigere,quando aliquid dat, vt rem retineat,ità poſſit feudatarius,vt detineat feudum,de quo articulo, *Capyc.dec.156.*& ego aliqua dixi *alleg.* 2. ſed non agimus ibi de commutando rem. Sed liberãdo rem ab aliquo petitore.

Tertiò, *argumentum de cap. ſine except. & cap.terrulas* in re Eccleſiæ excepit ab *Iſer.in addit.in tit. An ille*

12 *qui interf. circa fin.* ſed *Iſer.* illud poſuit non per modum diſtinctionis, ſeù ſolutionis, vt ſpecificaret rem Eccleſiæ à re feudali, quia in illa cauſa prohibitionis eſt, ne damno afficiatur Eccleſia, ſecus quando nedum ceſſat damnum, ſed ſubeſt vtilitas, & in hoc dicit, decipi *gloſ. Cõſt.Incip.fratrib.de fratr.oblig.feud. ver. ſorori,* quæ in alienatione æquiparat Baronem pupillo,ſed meo iudicio nõ percepit, quòd dixerit *gloſ.* quæ cum maxima ratione fecit dictã æquiparationem, ſiquidem alienatio rei minoris prohibetur etiam cauſa vtilitatis, non tamen ex cauſa neceſſitatis,*l.lex quæ,C.de admin.tut. & l.ſi fundus, ff.de reb.eor.*quia ea, quæ ſunt in voluntate,reſeruanda ſunt arbitrio pupilli, quando erit maior.Obſeruate igitur acumen ingenij illius maximi I. C. quoniam ſicut in pupillo non attenditur vtilitas, vt poſſit recedi à prohibitione legis, ſed debet concurrere voluntas, ità in re feudali non attendi debet vtilitas, vt recedatur à prohibitione alienationis, ſed requiritur voluntas Domini,*arg.l.fin.ff.de vſu, & hab.* nec eſt bona comparatio de re Eccleſię,quoniam ipſa ſemper eſt eadem,& nunquam creſcit,ſicut pupillus cuius voluntas eſt expectãda, de quo latè *Capyc.deciſ.113.* & ego obtinui in cauſa eorum de Venato, cum Io.Andrea Capano.

13 Cętera arg.*gloſ.in d.Conſt. ver.minuendis, & de Conſt. & de l.Federici,* excepit ex *Iſer.in d.additione,* dum concludit non poſſe feudum alienari ſine aſſenſu Domini, reddens rationem, quia voluntas Domini nõ eſt contẽnenda, quia damno afficeretur Dominus circa plura. Sunt omnia de mente *Iſer.in cap.1. qual. olim feud.pot.alien.* vbi reddit rationem iſtius prohibitionis.

14 Sed quia hæc quęſtio dilucidatur ab *And.in d.addit.* quam dicit *Cam.* non eſſe intelligibilem,quia eſt licitera corrupta, tamen ex lucubrationibus *Liparul.*purgata eſt ad veram licteram,quę ſi benè inuetur à quolibet huius Iuris profeſſore poteſt benè intelligi, & emendari.

15 Primus error eſt *Cam.* qui non aduertit ad errorẽ licterę circa titulum, immò corripit *Afflict.* qui fecit diſcurſum ſuper *tit.de alien.feud.* cũ de-

debuisset ponere sub illo *tit. An ille qui interf.* vbi *Iser.* posuit suam, & tamen verum est, quod *Iser.* hanc additionem posuit in *seq. tit. de vas. sall. qui contra Const. Lothar.* vbi est propria materia alienationis, & pœnæ contrafacientis, cadit quæstio, an sit permissa quando alienatur cum augmento feudi, *Iser.* se allegat in pluribus locis collectis per *Liparul.* de hoc articulo dixisse ibi, *de vassal. qui contra Const. Lothar.* nec vllibi reperitur se allegare in illo *tit. An ille qui interf.* item patet diuersitas materiæ, quia in toto illo *tit.* non agitur penitus de alienatione feudi, & sic errauit scriptor, ponēdo *addit. in tit. præcedenti*, quæ debebat stare in *princ. titul. seq.* & forte erat in *eod. fol.* principium sequentis, cum fine præcedentis.

16 Secundò, aduertendum est pro intelligentia, q ibi quærit, an meliorando cōditionem feudi posset alienare, & primo arguit pro affirmatiua ibi, *videtur quod sic* supra de *Inuest. de re alien. §. è cōtrario*, vbi in *§. præcedenti* prohibetur vassallus imponere seruitutem feudo passiuè: in illo sequenti *è contrario* permittitur, vt possit adere feudo, reddens rationē, quod meliorem conditionem feudi facere potest, non deteriorem, deindè facit aliud *arg. de Const. Regni, Conslit. Diuæ Mem.* vbi in Regno Sicilię, prohibet *Const. Regis Rogerij*, alienationem in diminutionem feudi, factam in augmentum concedit, vt ibi glosatur: hoc arg. vt intelligatur aduertatur quod allegat *Const. Scire volumus*, quæ est prima in 3. *lib.* quæ fuit Regis Rogerij, quæ prohibet alienationem Iurium Regalium in damnū Curiæ, deindè paulo post sequitur *Const. Federici*, ampliando *dict. Const. Rogerij* Aui sui, & ibi est *glos. ver. minuendis*, quę limitat secus, si pro eis accrescendis, quod argum. *glos. Andreas* exemplificat alio modo quā *glosa*, quæ tantum limitat quando aliquid daret Baro, vt feudum retineret, postquam allegat, *l. nulli, ff. de transact.* quæ in dicto casu procedit, sed quia istud argumentum exemplificatum isto modo non proficeret ad quæstionem, *Iser.* capiens tantum rationem *glos.* ibi, *secus si pro accrescendis*, exemplificat alio modo (ibi) *vt si haberet rem pro vno seruitio venderet, vt seruiret Domino p duobus*, certè isto modo esset augmentum feudi respectu Domini, quia arg. præcedens, esset in augmētū respectu feudi, ideò vt magis stringeret pro parte affirmatiua addit arg. cum exemplo cum augmento Domini, sed quia posset in alio pati damnum, respectu personæ, subdit *Iser.* (ibi) *cæteris paribus, vt vendat alij eiusdem fortunæ respectu hæredū*, (ibi) *vt qui vendat habeat filios sicut emptor*, licet litera dicat *emptos*) subdens (ibi) *alias non*, ideſt, si nō haberet filios vēditor sicut emptor, nō procederet arg. reddens rationem fallaciæ (ibi) *propter quem, vt aperiatur Domino, eo sine liberis decedente*, licet litera dicat *(sine eo)* & quia posset pati damnum in alio circa fidelitatem, quamuis essent eiusdem fortunæ venditor, & emptor in filijs, subdit *Iser.* (ibi) *& quod vendat non infesto, vel odioso Domino, C. de Iur.*

17 *emph. l. fin. §. 1.* vbi emphyteuta non potest vendere meliorationes sine licentia Domini, cui datur prælatio, non alia ratione, quàm nè habeat emphyteutam sibi molestum, & quia ex alio posset damnificari Dominus, quia forrè licet non esset infestus, nec esset odiosus, posset esse rixosus, subdit *Iser.* (ibi) *vel simili*, & hic faciendus est punctus, ex quibus *Iser.* pro parte affirmatiua allegat duo Iura, vnum de Iure communi, aliud de Iure Regni, & limitat opinionem

affir-

Digitized by Google

affirmatiuam in casu tantum, quando persona, cui fit alienatio, esset eiusdem conditionis sicut emptor respectu Domini in omnibus circumstantijs de quibus supra dixit.

Deindè *Iser. in vers. seq.* licet li-
18 tera dicat, *iusta causa*, tamen est corrupta, incipit arguere pro contraria parte negatiua, vt non possit alienare etiam in augmentum feudi, & sic incipit arguere à Iure communi, quasi soluendo proximum argumentum, factum pro affirmatiua de Iure Regni, & dicit, Iure isto scilicèt communi feudorum non videtur, & sic arguit negatiuè, & primo affert argumentum ex defectu potestatis, quod de Iure communi non potest alienare feudum, qui nõ potest feudum constituere, & sic qui non est de contentis in 1. rub. non potest infeudare, ergo nec feudum alienare: secundo arguit soluendo, quod Ius istud simpliciter prohibet alienationem rei feudalis in alium, ideſt non distinguit si in augmentum, vel non, & ista prohibitio de non alienando videtur intelligi etiam commutando, quasi quod argumentum præcedens de exemplo, qui non potest infeudare, non possit alienare, videbatur restrictum ad alienationem, quæ dissolueret feudum à qualitate feudali, subdit *Iser.* vt procedat argumentum etiam retenta qualitate feudali, quando alienando commutaret de persona ad personam, quia lęditur Dominus in voluntate, sine qua non debet alienare vassallus, arg. *l. fin. ff. de vsu, & hab.*

Nunc *Iser. in vers. circa rem*, soluit primum argumentum factum de Iure communi, *de §. è contrario*, dicẽs quod *tex. de Inuest. de re alien. in §. è contrario* supra allegatus, loquitur circa rem, ideſt quod vassallus potest facere meliorem condi-
tionem feudi, addendo aliquid feudo, non transferendo feudum in alium, quia hoc prohibetur, *sicut*, quamuis litera dicat, *sic* quasi velit dicere, quod sicut non potest fieri feudalis res burgensatica, nisi Domino approbante, vt dictum est *ex dict. §. è contrario*, *& de pace Iur. fir. §. si vero*, vbi tractat de tali articulo, de quo nos alias plenius diximus.

Nunc soluit aliud secundum argumentum de Iure Regni in *ver. item per Constit.* quod sit differentia inter Ius Regni, & Ius commune, nàm de Iure Regni alienans feudum, non perdit illud, (licet in litera deficiat negatiua (non) quæ cupienda est) sed potest idem reuocare, vt infrà dicitur, suppletur in *seq. tit. de vassall. qui contra Constit. Lothar. num. 5.* claudit nunc *Isern.* distinctionem, & differentiam, ibi, *cum hoc Ius pœnam det alienanti*, & sic malè emendabat *Loffr. non pœ-*
19 *nam, sed pœnitentiam*: sequitur §. *cõstat, Loffred.* emendat, §. *vt deleatur*, cum quo est *Liparul.* sed neuter ipsorum soluit, verbum *constare*, quod vacat si deletur, §. imò legendo, *constat propterea enim omnino voluit inhibere*, reddit rationẽ *Lipar.* quod *l. 1.* non probat intentionem *Camer.* qui legit *l. fin. §. quare constare, ff. de diuor.* & legit *Camer.* propterea enim voluit inhibere, *ff. de his quæ pro non scrip. hab. l. 1.* sed hæc Iura sunt inuicem contraria, quia in *l. fin. §. quare constare, ff. de diuor.* dicitur quod licet lex vetet actum cum pęna, tamen actus, factus contra legẽ est validus,
20 patet ibi dum *lex Iulia de ordinibus*, prohibet ne liberta faciat diuortiũ à patrono inuito, sub pœna ne alteri nubat, & tamen si fecerit diuortium, valet diuortium, & non durat matrimonium, & in *l. 1. ff. de his quæ pro nõ scrip.* dicitur contrarium, quod *lex*

Cor-

Digitized by Google

Cornelia prohibet, ne quis sibi scribat legatum, vel institutionem in testamento, & si quis contrafecerit, testamentum est nullum, dic pro solutione, quod vtraque lex probat intentionem *Iser.* quia dū *lex Federici, & Lothar.* prohibet alienationem feudi sub pęna amissionis feudi, si annullaretur alienatio, non esset pęna deuolutionis, quia ideò deuoluitur, quia alienauit, & valuit alienatio respectu alienantis, quia quoad se fecit, quod potuit transferendo, & sic quoad se abdicauit dominium feudi; respectu vero emptoris, non ei quæritur, quia deficit assensus, & sic declarat *Petr. Iacob. in pract. de reiuend. Iser. de controu. inter dom. & empt. num. 2.* ità procedit *l. fin. de diuor.* quod si diuortium prohibitum annullaretur, remaneret nupta cum patrono, ergo non subesset locus pęnæ, nè .s. quæ diuertit à patrono possit alij nubere, qa remaneret nupta, ergo quoad se valet diuortium, & sic declaratur *d. l. fin. per l. vnic. ff. vnde vir, & vxor*, & sic probat intentionem *Iser.* Ius Regni non dat pęnam alienanti, & dat Ius reuocandi, Ius commune dat pęnam, & quoad feudatarium, licet valeat actus, est in pęna, *d. l. fin. §. quare constare, ff. de diuor.* propterea enim voluit inhibere, vt quoad Dominum, vel agnatum, cui per alienationem esset aperiendum, esset pro non facta alienatio, *l. 1. ff. de his quæ pro non scrip. hab.* Prosequitur nunc confirmando differentiam istorum iurium, quod Ius commune, indistinctè prohibet *infr. de prohib. alien. per Lothar. & Const.*

21 *Imper. in princ.* non dicit meliorando, vel ampliādo, & deleas illud *litē*, & legas *vel*: Nunc transit ad simile, q nedum de Iure Regni procedit alienatio in agumentum, sed ēt de Iure Canonico, licet. n. Prælatus nō possit alienare res Ecclesiæ sine solemnitatibus, tamen potest, si meliora perspiciat *12. q. 2. cap. sine except.* de hoc est simile dictum *Isern.* sup. *de cap. Corr. §. præterea, ver. sed an in Regno*, ibi, *si non minuetur, videtur quod concedatur.*

22 Vsq; huc *Iser.* suam non profert sentētiam, & si aliqui putent residere in opinione affirmatiua, quod in Regno possit in augmentum, cum quibus concurrit hic *Liparul.* sed contrarium est verius, quoniam recedit expresse ab hac opinione, sed dicit pro limitatione negatiua Imperatorem Federicum per *extrauagant.* in registro, permisisse dare res steriles feudi ad culturam, ad ratam fructuum, non pecuniæ, & valet, nec potest reuocari per *Const.* nisi tamen modica portio, vt possit præsumi fraus, & sic residet in *d. Const.* reddens ibi rationem, quæ esset repetēda, quia ex tali concessione nullum Reipublicę pōt pręiudiciū generari, q̄ verba formalia dicit *Iser. in Const. ver. minuendis*, & apertè tenet, quòd *Const. Regni* nedùm non permictit

23 alienationem in augmentum feudi, sed strictius prohibet alienationē, quam prius fecerat Ius feudorum, ex pluribus demostrationibus, quas sibi ascripsit *Cam.* hic, cum loquatur de commutatione tam personæ quā rei, quæ Iure feudi erat permissa *de leg. Cor. §. profecto*, cum præcedēti, & satis diminuitur Ius Domini in nouo vassallo etiam meliori, ex dāno voluntatis, *l. fin. ff. de vsu, & hab.* item constitutio prohibet trālactionē, quæ de Iure feudi erat permissa, *cap. si vassallus, si de feud. defunct. mil. fu. con.* item prohibet infeudationem, quam permictebat consuetudo, licet nulla lex permictebat, ea ratione æqualitatis, cum Dominus non possit alienare in proprietatem, *l. in nomine, . de benef. & terr. trib. in Longob.* ergò aliquid debent operari

ver-

Digitized by Google

verba, *l. si quādo, ff de leg.* 1. ideò permictit tantum excadentias locare.

24 Et sic *Iser.* clarissimis verbis tenet non posse in augmentū alienari; Imò non posse considerari augmentum, vbi deficit voluntas Domini, cęterū augmentum exemplificat in reliquis *Iser.* sed non ad hanc materiam, vt hic, & in locis citatis per *Liparul.* alia ratio, quia Dominus non debet inuitus habere vassallū, *cap. 1. de fratr. de nouo benef. inuest.* & de Iure Romano est in socio, *l. qui admictitur, ff. pro socio*; quæ iura adhoc allegat *glos. in Const. hac ædictali, de reuoc. feud. ver. perdat. Capyc.* facit decisionem, & refert diuersitates votorum, in articulo cessionis litis quoad instantiam, non quoad actionem, item erat possessor, qui retinebat aliquo soluto, prout loquuntur iura *glos.* item erat præsens Prorex, qui poterat assentire.

Nec dicatur, quod ista duo vltimo dicta sint incongrua ad materiā, quoniam *Iser.* paucis verbis explicat plura dicta, ac plura argumenta; cum enim supra arguisset de Iure communi *d. §. è contrario*, & soluisset vt illud intelligatur quando feudatarius disponit circa rem, non quando rem feudalem transfert in alium,

25 quia tunc est prohibitum etiam si in meliorem vassallum transferret, quia si concurrit vtilitas Domini, deficit voluntas, quæ est maioris æxtimationis, ac deindè cum arguisset de Iure Regni per *glos. Const.* à contrario sensu, & soluisset, *secus si pro accrescēdis*, ac ponendo exemplum demonstraret quam difficile esset alienare in augmētum Domini, cum vbi deficit voluntas non consideratur tur vtilitas æxtimabilis, nunc soluit duas tacitas obiectiones, quæ possent fieri cōtra hāc solutionem, dum dicit de Prælato, & de prouisione Federici; sicut enim feudatarius est prohibitus alienare sine assensu, sic Prælatus sine assensu Pontificis, & tamen quando alienat pro vtilitate

26 Ecclesiæ, alienat sine assensu; Et sic prohibitio alienationis cessat ex causa vtilitatis, pari modo posset argui de feudatario. Item expressè de prouisione Federici, quæ permictit locationem sterilium ad partem fructuum, quæ videtur consimilis cum *cap. terrulas, & cap. sine exceptione*, ideo *Iser.* adducendo ista exempla, videtur formare opinionem negati-

27 uam, quia in illis casibus in quibus specialiter Ius permisit post generalem prohibitionem standum est, in reliquis remanet firma regula generalis, ergo si permisit Prælato in illo casu, si permisit feudatario in illo simili casu, remanet regula prohibitionis firma circa reliqua, & sic remanet *Iser.* prout se refert ad hæc dicta in *Const. ver. minuendis*, maximè quod in *ver. Iure proprio*, se declarat quod strictius prohibuit constitutio per exempla posita, & casus permissos explicauit, excadentiarum, & sterilium.

28 Casus *dec. Capyc.* est diuersus; quia ibi de instātia, itē de remissione feudi apud possessorem, in quem nihil transfert, sed si ageretur de reiuendicatione, & actor fundaret dominiū, & possessor exciperet de cessione sine assēsu, illa decisio nō loqtur.

Præterea *Angel. & cęt.* declarant quando pupillus dedit, vt rem liberaret, nō quando transigendo transferret.

SVMMARIVM.

1 Isern. *defenditur ab impugnatione* Camer. *circa personam Imperatoris conditoris huius legis.*

2 *Diuisio totius legis, & subdiuisio primæ partis.*

3 *Constitutio ista vt sit generalior rubricā*

Digitized by Google

ca, & afferuntur nonnullæ rubricæ continentes minus, quam nigrum.

4 *Author excusat* Hugolinum *compilatorem rubricæ.*

5 *Corrigitur littera* Iserniæ, *& an locus condendi legem seruandus sit, prout locus Iudicandi?*

6 *Causa finalis huius Constitutionis affertur. Et quis pro excellentia dicatur Princeps?*
Ac huiusmodi dignitas Iure feudorum fuisset cognita?

7 *Princeps quibus in casibus inter partes cognoscat, et qñ causas cõmictat?*

8 *Baro sub comminatione mandare potest suo Subfeudatario, ne subditis grauamina inferat.*

9 *Imperator Imperium indiminutum seruare tenetur, & cur dicatur Augustus?*

10 *Color quæsitus in feudi alienatione damnatur, & vt libellus de parte feudi permictatur?*

11 *Libellus quis sit, recensentur Iura, de eo loquentia, ac* Azon. *opinio?*

12 Raynardi *error in probanda opinione* Azonis.
Et vt libellus Ecclesiasticis in perpetuum concedi possit.

13 *Libellus secundum* Bart. *dicitur impropriè emphyteusis de feudo.*

14 *Libellus quis sit secundum Authoris opinionem?*

15 *Præcaria concessio in emphyteusim per quinquennium, quæ sit, & vt Iure Ciuili, fuisset incognita?*

16 *Præcaria concessio ad vitam, & Colonarius contractus qui sint?*

17 *Contractus censualis, tributarius, siue pensitatio Iure Codicis cogniti.*

18 *Author impugnat causam finalem, in hac Constitutione expressam.*

19 *Seruitium afficit, & sequitur feudi possessionem.*
Et vt conueniatur possessor pro vectigalibus præteritis?

20 *Seruitium, & si sit personale, quia tamen debetur occasione rei, reale dicitur.*
Et feudum qua actione reuocetur, seruitio non præstito?

21 *Culpa defuncti non semper afficit successorem.*

22 *Seruitium an fidelitas sit de substantia feudi?*
Et vt causa in Constitutione expressa fuisset finalis, vel impulsiua?

23 *Vtilitas in nostra Constitutione, considerata declaratur.*
Ac de materia ipsius remissio.

24 *Feudi venditio quando teneat, vel non?*

Iser. in princ. de prohib. alien. feud. per Fedr. vsquè ad vers. non potest ergo pignori ponere.

CAP. III.

1  *Ser.* hic commendat hanc *Const.* ab vtilitate. Itẽ docet, quòd est eiusdem *Imper. Feder.* cuius est superior *de pace tenend. & Iur. firm. sed Camer. hic fol.* 12. *col.* 2. dum quærit si Ius reuocandi, q concedit *Const. Regni Const. Diuq mem.* vasallo competat etiam Domino, dicit indubitãter, quod ista, & illa Regni est eiusdem Federici, de quo dicit neminẽ dubitari posse. Sed cõuincitur *Cam.* qui vult corripere *Iser.* nam ista est Federici Primi, qui est auus, illa Regni est Federici Secũdi, q fuit nepos, patet ex *Const. extrauag. de pace Constant. ver. libellariæ*, cum enim hic prohibeat alienationem feudi ad libellum, ibi permictit hunc

Digitized by Google

contractum Ciuitatibus Italiæ in illa pace, ſub iſtis verbis, *nõ obſtan. Conſtit. noſtra quæ dicat Feder.* & ſic ſeipſum declarat, præterea iurat illam pacem Henricus Rex Romanorũ eius filius, qui fuit filius Federici Secũdi, qui fecit Conſt. *Conſt. Diuæ mem.* quem genuit ex cõſtantia filia Rogerij, ideò *Feder.* in illa Cõſt. *Cõſt. Diuæ mem.* appellat Rogeriũ auũ ſuũ, & in libro *Aluar.* erat dictum, *idem Feder.* quaſi continuatio ad præcedentem *Conſt. Federici Primi.*

2 *Iſer.* diuidit hanc *Conſt.* in octo partes, qa in prima loquitur de prohibitione alienationis feudi, & ipſa prima diuiditur in alias quatuor partes. Prima, quæ durat vſquè ad §. *Imper. Lothar.* narrat cauſam legis conditæ. Secunda, quæ durat vſquè ad §. *callidis*, ampliat *Conſt. Lothar.* etiam ad præteritas alienationes. Tertia, quæ durat vſq; ad §. *ſcriba*, annullat conceſſiones in feudum ſimulatas. Quarta, quæ durat vſq; ad §. *præterea*, punit Notarium, qui ſcribit alienationis contractum.

In ſecunda parte principali, quæ eſt in §. *præterea ſi quis infeudatus*, ſtatuit annum, & diem ad petendam renouationem inueſtituræ.

In tertia, quæ eſt in §. *firmiter*, punit vaſſallum, non adiuuantem Dominum, cum acceſſerit ad expeditionem cum Imperatore.

In quarta, quæ eſt in §. *præterea ducatus*, tractat de fidelitate præſtanda per omnes filios in feudo diuiduo, & prohibet diuiſionem feudi dignitatis, & titulorum.

In quinta, quæ eſt in §. *inſuper*, punitur pater, cuius filius Dominum offenderit, niſi eum ſeparet ab ipſo, vel Domino ſatisfaciat, item filius punitur pœna priuationis ſucceſſionis paternæ in feudo.

In ſexta, quæ eſt in §. *illud quoquè præcipimus*, punit ſubfeudatarium qui offenderit maiorem Dominum, ideſt illum à quo habet feudum ille, qui ipſi ſubinfeudauit.

In ſeptima, quæ eſt in §. *præterea ſi inter duos*, ſtatuit Iudicem feudi inter duos vaſſallos litigantes de controuerſia feudi.

In octaua, quæ eſt in §. *illud quoquè ſancimus*, mãdat vt in iuramẽto præſtando per feudatarios, excipiatur perſona Imperatoris.

3 Vndè *Ioan. Rayn. hic in rub.* aduertit, quod hæc Cõſtitutio eſt generalior rub. cum contineat octo deciſiones principales, & *rub.* denotat vnam tantum de prohib. alien. ſubiungens, q̃ eſt conſimilis *rub. de prohib. alien. per Loth.* quæ continet minus quam nigrum, etenim in prima parte agitur de prohib. alien. ſed in ſecunda de iuramento, in quo ſtatuit, ſi q̃s tenet vnum feudum ab vno Domino, & aliud ex ſucceſſione fratris ab alio Domino, quia fortè pater communis habuit à duobus Dominis, quis debeat præferri in iuramento fidelitatis: in tertia tractatur de tempore petendæ inueſtituræ, vndè dicit ipſe, quod cauſa breuitatis deſcribitur *rub.* à prima parte, vt *rub. ff. q̃ metus cauſa*, & aliàs adducit *rub.* de Iure Ciuili, vel generaliores, vel ſtrictiores, quàm nigrum, vt *C. de relig. & ſumpt. funer. & alea luſu, & C. de reb. cred. & iureiur.*

4 Sed poſſumus ſaluare, quod cum artificio *Hugolinus* ſic inſcripſit, nam *Imper.* hic narrat cauſam huius l. conditæ, fuiſſe .ſ. quærelas Dominorum de alienationibus feudorum, quas faciebant vaſſalli, vnde tenens curiam apud Roncaliam, fecit hanc legem, in qua de pluribus ſtatuit circa feuda, merito deſcripſit ab illa parte, quæ fuit cauſa legis conditæ.

5 *Iſer.* proſequitur commentum ſuum, ibi, *Imperat. more ſolito*, vbi corrigas illud, *ſicut*, quia vult dicere

re *semper Augustus* pro bono statu Imperij fecit hanc legem.

Primò, nota in *ver. apud Roncaliã*, q̃ locus in cõdendis legibus hic seruatur, prout in reddenda iustitia, *l. pen. ff. de Iustitia, & Iur. in fine*, *l. si locus, ff. de Iud. Iser. de prohib. per Lothar. in princ. vers. quo circa*, Et quod Rex sedeat aliquando pro tribunali, prout vidimus quamplures sententias latas à Regibus, quando in hoc Regno residebãt, quorum locum occupauit Sacr. Cons. dum vsq; ad hodierna tempora inscribitur in sententijs nomen Regis regnantis, sub cuius nomine profertur sententia.

6 Secundò, nota causã *l. conditæ*, q̃a Domini cõquerebãtur de alienatione feudorum etiam in fraudẽ cõtractus, permissi quæsito colore, vndè Ius Dominorum minuebatur, & per consequens honor Imperij per verba de quibus in *text.*

Tertiò, nota q̃ Principes appellãtur etiam præter Imperatorem, qui per excellentiam intelligitur, *l. Princeps, ff. de ver. signif.* vndè non benè dixit *Frec. de subf. tit. quis dicat. prin. lib.* 1. quod hęc dignitas non fuit cognita hoc Iure feudorũ, ex eo quod in *rub. Quis dicat. Dux*, de ea non fit mentio, cum in hac *Const.* expressa fiat mentio.

Quartò, nota in *ver. querelas*, q̃ 7 Princeps cognoscit per viã querelæ de causis subiectorũ, in his quæ spectant ad regimen Reipublicæ, quæ solet Princeps committere, vt in *auth. de mandat. Principum*, ne subditi confugiant ad Principem, & etiam in litibus, vt de Iure Canonico indifferenter, *cap. 1. extr. de off. leg. & cap. inrefragabili extr. de off. ordin.* licet de Iure ciuili, cum aliqua distinctione, ex defectu potestatis Iudicis ordinarij, vt in *l. 2. C. de his qui latron. occultar.* vel denegatę iust. vel in casu retardatæ, *auth. vt differen. Iud.* vel potentię aduersarij, *l. 1. C. nè liceat poten. & C. si quacunq. prę. pot.* vel ratione personæ miserabilis, *l. quinta, C. quan. Imper.* de quibus *Io. Rayn. hic nu.* 11.

8 Et proindè de Iure feudi posset nedum Rex, sed Baro mandare sub comminatione subfeudatario, vt grauamina non inferat vassallis ex officio, nedum ex quærela subditorum, *Bald. in cap. 1. §. publici latrones, de pace tenen.* de quo artic. *Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 8.* & mandare Iudici inferiori, quod infra certum tempus causam expediat, sub pœna auocationis causæ, de quo sunt plures Constitutionẽs in Regno, relatæ per *Frecc. auth.* 11.

9 Quintò, nota q̃ Imper. debet seruare Imperiũ in diminutũ, immò illud augere, q̃a dicitur semper Augustus, hinc illa regula, quod non potest alienare in diminutionem Coronę, de quo articulo *Bart. in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam*, latè *Iser. infra nu. 44. & Cam. fol.* 108. *Capyc. decis.* 166. vbi quando feudum possit diminui, vel quando pro bono publico possit alienari.

10 Sextò, quod color quæsitus in alienatione feudorũ est prohibitus, quia quamuis erat permissus libellus de parte feudi, tamen sub colore libelli alienabant, vndè prohibet hæc Cõst. etiam libellum, qui pro parte erat permissus, vt *qualit. olim alien. pot. in prine.* & ne termini confundantur. Sciendum est, quod habemus aliquos contractus, non cognitos de Iure ciuili, sed inuẽtos ex post facto.

11 Primus est libellus, *cap. 1. vers. aut si libellario, quib. mod. feud. ammitt. & cap. 1. de alien. feud.* & in pluribus locis fit mentio de hoc contractu libellario. *Azo in summa, C. de loc.* dicit esse locationem feudi per triginta annos, & *Ioan. Rayn.* dicit probari

Digitized by Google

opinionem *Azonis in* §. *indè poteſt præſumi, de alien. feud.*

12 Sed ille *text.* probat contrarium, nàm dicit quod libellus non poteſt concedi Eccleſiæ in perpetuum, ergo eſt ſpecies alienationis ad tempus, & in perpetuum; item dicit, quod obſeruandum eſt in priuato ex natura perpetui libelli.

Idem *Io. Rayn.* allegat *gloſ. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus ff. de damn. inſect.* ad probandam opinionem *Azonis*, ſed *gloſ.* dicit vnum diuerſum, nàm dum quæreret de cautione, petita contra vicinum, poſſidentem fundum vectigalem à municipio, ſi non fuit præſtita, & data propterea immiſſio, dicit *gloſ.* amictit vtile dominium per decem annos, & ſic loquitur de præſcriptione cum titulo ex primo decreto.

13 Sed *Bart.* relata opinione *Azon. Cyn.* & aliorum ibi, *nu.* 9. dicit quod non eſt propriè contractus emphyteoticus, cũ fiat à vaſſallo qui habet vtile, quod non poteſt transferre, ſed impropriè eſt emphyteuſis de feudo, cum ſit contractus incognitus de Iure ciuili.

14 Meo iudicio dicendum eſt, quod ſit locatio certę partis feudi pro certa pẽſione, perpetua, vel ad tempus, vt declarat *tex. in §. donare, qual. olim feud. alien. pot.* Iſte contractus tunc permiſſus, nunc per hanc Conſtitutionem prohibetur, & per *§. libellarium, de pace Conſt.* permictitur Ciuitatibus Lombardiæ, hodiè per *Cõſt. Conſt. diuæ memoriæ*, prohibetur omnis contractus per quem transfertur Ius in re, niſi locatio excadẽtiarum, & ſterilium per prouiſionem Federici, ad certam partem fructuũ.

15 Secundus eſt contractus præcaria conceſſio in emphyteuſim per quinquẽnium *c. 1. extr. de præcaryjs*, qui fuit incognitus de Iure ciuili, quo fuit cognitum præcarium reuocabile ad nutum concedentis, *ff.* & *C. de præcario*, & fuit ex vſu gentium introductus, *Bart. in d. §. ſi de vectigalibus, ff. de dam. inf.* licet *gloſ. in auth. ingreſſi* dixerit, eſſe emptionem rei emphyteoticæ.

16 Tertius, eſt præcariæ, conceſſio ad vitam, *cap. fin. extr. de præcar.* & ſic differunt præcarium, præcaria, & præcariæ, *cap. 1. 2. & 3. extr. de præcar.*

Quartus eſt colonarius, de quo fit mentio in *auth. de non alien. vel permut. §. lex itaq.* & eſt venditio rei quæ eſt magni precij, pro modica pecunia præſenti ſub annua, ſed modica penſione, ideo prohibetur Prælatus rem Eccleſiæ per colonarium contractum alienare.

17 Quintus eſt cenſualis, tributarius, penſitatio, cogniti de Iure *Cod. de anno. & trib. lib. 10. & C. de omni agro deſ. & C. ſine cenſu, vel reliq. & de Iure Can. in tit. de cenſ.*

Tandem videtur, quod cauſa finalis expreſſa in hac *Conſt.* & in illa 18 *Lothar.* non poſſit approbari, dicitur enim in iſtis iuribus, quod feudatarij vendebant feuda, & propterea non adiuuabant Dominos ſuos, quãdo erant in exercitu cum Imperat. prout tenebantur, vt de *cap. Corr. §. ſimiliter in hoſtenditijs*, & ſic eorũ vtilitas minuebatur, & honor Imperij, quoniam proceres deſtituti auxilijs feudatariorum, vel feudorum, quæ erant alienata, non poterant aſſociare Imper. & *gloſ.* ſic exemplificat in *d. Conſt. Lothar. ver. vtilitas*, & *Iſer. ibi nu. 6.* vbi reddit rationem, quia vaſſallo tenenti feudum iniungitur ſeruitium, per trãslationem ergo in alium minuitur vtilitas Imperij, & Dominorum, quia ex quo vaſſallus non poſſidet, nõ facit ſeruitium, nec habebit Dominus hoſtenditias, ideſt adiutorium, vt *gloſ.* exponit.

Hæc enim ratio implicat contradi-

Digitized by Google

dictionem, vt vix applicari possit, nàm si seruitium iniungitur possessori, ergo non minuitur seruitium Domini, cum possit à quolibet possessore exigere seruitium, hæc propositio probatur ex eisdem verbis *Isern.* ibi. *num.* 6. & ex eodem. *Isern.*
19 *infra §. firmiter, numer.* 33. *in fin.* vbi dicit, quod feudum conuenitur pro seruitio, quia id est annexum rei, *l. deniq. ff. de iur. fisci, l. Imperatores, ff de publ. & vectig.* vbi pro vectigalibus præteritis conuenitur possessor, qui potest agere cõtra venditorem, *Iser. de cap. Corr. §. præterea, num.* 11. *in fin.* sic seruitium sequitur possessorem, *l.* 1. & 2. *C. sine censu, vel reliq.*
20 *Isern. in tit. quæ sit prima cauſ. bon. amitt. §. sed nec est alia iustior, nu.* 36. vbi facta distinctione, si est reale, vel personale, cõcludit, quod sit reale, & saltem reuocatur feudum, si nõ præstetur seruitium, ex cõditione causa data, & causa nõ sequuta *l.* 2. & 3. *C. de don. quæ sub modo, & in d. §. præterea* pluriès repetit, quod reuocat, quia non fuit adimpleta promissio seruitij.

Et licèt in aliquibus locis videatur dubitare, si est onus reale, vel personale, vt dicit in *d. §. sed nec est alia, nu.* 35. vbi qñ fiat exequutio super feudo, tamen semper concludit, quod sequitur possessorem, & *Cannett. in repet. d. §. firmitèr* allegat *tex. de iure Regni*, quod sit onus reale in *Constit. Consuetudinem, §. prædicta*, ibi, *seruitium non tàm personæ, quàm rei ipsi ascriptum dignoscitur*, vbi *glos.* aduertit iura allegata per *Isern. & l. fi. C. de fund. patr. lib.* 11. & concordat *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de fun. rei priu.* & latè *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *auth.* 5. *nu.* 13.
21 *Iser.* etiam in *tit. quæ sit prim. cauſ. ben. am. nu.* 27. *in fin.* tenet, quod hæres in feudo tenetur de culpa defuncti, quia poterit priuari feudo, si non fuit remissa, quia quamuis persona hæredis non deliquit, tamen quia feudum est donatio, & cum hac natura, vt seruiat, vt sit fidelis, si deficit, Dominus condicet per *dict. l.* 2. & 3. *C. de don. quæ sub mod.* quia conditio, & vendicatio sunt ciuiles actiones, & nascuntur ex contractu, non dantur ad vindictam, quamuis sequatur pęna, quia attenditur origo, & respõdet ad *l. fin. C. de reuoc. donat.* vbi non datur reuocatio contra hæredẽ, quia ibi omne dominium fuit translatum, in feudo vero tantum vtile, quod reuocat Dominus in casu infidelitatis, vel culpæ, ergo nulla vtilitas minuitur Dominorum.
22 Sed ex *Isern.* habemus, quod fidelitas inest feudo, non seruitium in *d. §. sed nec alia num.* 38. *in fin. in §. sed etiam n.* 5. *per quos fiat inuest. n.* 11. sicut neq; releuium inest feudo, sed est præstatio extrinseca, sed fidelitas tantum est de substantia.

Isern. in §. Huius autem generis, in quib. cauſ. feud. amitt. n. 9. dicit, quod seruitium non est de substantia feudi, sed fidelitas, ideo non venit nisi exprimatur.

Solutio dari potest, quod *tex.* ille, & iste fundatur in causa impulsiua, ex causa narrata, nam non præsumitur finalis, nisi dicatur *l.* 1. *§ fi in glos. ver. causa, ff. de donat.* nam prohibitio alienationis erat ex natura feudi *d. c.* 1. *qual. olim feud. alien.* & quia erat cõcessus libellus, & sub colore libelli fiebat venditio, ideo processit *Lot.* ad prohibitionem libelli, & *Federic.* addit etiã de præterito, & pro parte.

Sed vtilitas minuebatur respectu personę mutatę, adiutorium. n. quod debet vassallus in casu *§. similiter in petendis hostenditijs, de capit. Corrad.* & in *§. firmitèr* infr. consistit, vt associet Dominum pergẽtem cum exercitu apud *Imper.* vel alium acceptabilem mittere, vel fructuum vnius anni medietatem dare, in quo *Isern.*

in

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

in d.§.firmitèr. per plures columnas disputat, cuius sit electio, concludit tandèm electionem esse Domini, nisi
23 in casibus, in quibus Domini non interfit, vel vassallus sit legitimè impeditus, certè hoc casu vtilitas Domini minuitur, quia quamuis possit exigere seruitium à nouo possessore, tamē lęditur vtilitas Domini respectu qualitatis personæ, cum detur plus, vel minus causa, tempore, & re, *Isern.nu.13.ver.item secus, in fin.* saltem facilitate conueniendi *l.7.ff.qui satisd.cogant. & Inst.de plus petiti.* & hic non intelligit *Isern.* nec iste *text.* nec ille *Lothar.* decidere, quod seruitium nō possit à possessore peti, cum nec dominium per alienationem transferatur, sed quod lædatur Dominus, de qua læsione hic agitur.

Cęterùm de seruitio quale sit de substantia, quale de natura, quale extrinsecum in feudo, diximus in primis sessionibus post *Isern. in d.§. Huius autem generis, nu.9.*

Camer.fol.75. & 34.

Liparul.in addit.magna d.§.Huius autem generis.

Cannet.c.si aliquē, fol.754.§.in tex. Camer.ibidem ver. seruitij consueti à nu.44.

24 De venditione, quādo teneat, vel non, *Isern.quæ sit prim.caus.nu.39.de emptore, nu.36.*

SVMMARIVM.

1 *Pignoratio vt prohibeatur, alienatione prohibita?*
Et quid de emphyteuta?
2 Iserniæ *verba difficilia, & si videantur plana.*
3 *Regula* legis fin. C.de reb.alien.non alien.
4 *Argumentum* Camer. *contra* Iserniā.
5 *Aliud argumentum* Camer. *contra* Iserniam, *& vt pignus substineri possit de parte feudi, vel amota fraude?*
6 *Author argumentum* Camer. *contra* Iserniam *roborat, & explicat* text. in l.fin.C.de iur.emphyt.
7 *Author explicat oppositiones* Camerarij *reassumendo illius argumenta.*
8 *Vassallum non posse pignorare, nec alienare, neq; in totum, neq; in partem* Ardizonis *doctrina probatur.*
Et vt Procurator generalis valeat pignorare?
Explicantur tex. in l.procurator, ff.de procurat.cum l.solutum, §.final.& l.seq.ff.eod.tit.
9 *Intellectus ad* text. in §. nos igitur, auth.de non alienan. reb.Eccl.& de alien.& emph. *vt intelligantur de obligatione generali, quæ præiudicialis non est.*
10 *Militia, & si vendi non possit, pignorari tamen optimè potest.*
11 *Iudex, & si prohibeatur emere in loco, in quo ius dicit, non tamen prohibetur pignus accipere.*
12 *Author saluat* Iserniæ *propositionem, respondendo ad exemplum Iudicis, & militiæ.*
13 *Alienationis verbum de sui proprietate dominij translationem importat.*
Et detur intellectus ad tex. in l.fin. C.de rebus alien.non alienan.
14 *Prohibitio de nō alienando, vt sit odiosa, & pœnalis, vel fauorabilis?*
Et vt in re aliena possit quis quidquam attentare sine voluntate Domini?
15 Camerarij *obiectio contra* Isern. & Liparuli *opinio contra* Camer. *& feudum vt possit alienari in parte?*
16 *Pyleus sibi cōtrariatur, & vt feudum possit pro medietate alienari ad libellum, & de* l.Lothar. *derogante huic consuetudini.*
Intellectus ad tex. *nostrum, vt intelligatur de vero pignore, vtq; prohibita censeatur totius feudi alienatio?*
17 Camer. *obiectio resoluitur, & vt detur legum cōrrectio, si expressè non corrigatur?*

18 Pro-

Digitized by Google

18 *Prohibitio de non pignorando feudo vbi cauetur?*
19 Rainer. *opinio contra obiectionem Authoris, & vt in odiosis procedat interpretatio?*
20 Isern. *verba declarantur per Authorem.*
21 *Responsio ad intellectum* Pylei.
22 *De emphyteusi ad feudum, vt possit argui in materia prohibitionis alienationis?*
23 *Expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur.*

Iser. n. 2. vers. non potest ergo, vsquè ad vers. nec in emphyteusim.

CAP. IV.

1 IN*ser.* infert ex hoc *text.* ꝙ ex quo alienatio prohibetur à lege, ēt si nō dixisset de pignore, ex sola prohibitione de nō alienādo, induceretur ꝓhibitio de nō pignorādo, q̄a lex quādo prohibet alienare rē, ꝓhibet pignorare ꝓ *l. fi. C. de reb. alien. non alien.* quicq̄d notatur in *c. 1. de alien. feud.* quamuis Iure Romano videatur, posse pignorare emphyteuta Ius suum, *l. lex vectigali, ff. de pign. & l. tutor, §. fin. ff. de pign. act.* nō obstāte quod *l. fin. C. de Iure emphyt.* ꝓhibeat alienationē iuris, quod habet emphyteuta in re emphyteutica à quo *text.* sumit hanc illationem. *Iser.* licet ipse motu suo breuibus faciat talem propositionem.

2 Ipsa verba *Iser.* quamuis videātur in littera plana, tamen in sensu sunt difficilia, propter difficilem propositionem, quam facit, tum ex his quæ *Cam.* hic arguit contra ipsum, tum ex contradictione, quam implicat sibi ipsi in sua propositione, & vt explicatio resultet clara, & lucida, reassumamus quod dicit *Iser.* & oppositiones quæ sibi resistunt.

3 Primò, pro fundamento præpositionis suæ præsupponit regulam, *l. fin. C. de reb. alien.* vt quoties lex prohibeat alienationem, prohibet etiam pignorationem: hoc impugnat *Cam. hic fol. 12. col. 2.* adducens plura Iura ciuilia, quæ dicunt contrarium, quod prohibitus alienare, permittatur pignorare.

4 Secundò, cōtra *Iser.* adduxit *Cam.* quod si hoc esset verum, saltem vbi eadē lex permittit, cessaret dispositio d. l. quæ *in §. 1. in fin.* hoc dicit in specie, sed quia Ius feudorum permittit pignorare ꝓ parte, *§. aut pro pignore, quib. mod. feud. amit.* & not. in *d. cap. 1. de alien. feud.* vbi subauditur de pignore, ergo si hæc cōstitutio prohiberet alienationem simpliciter, nō intelligeretur de pignore pro parte, quod erat permissum, quia alias esset dubium si corrigeret dictum, *§. aut pro pignore.*

Hæc quoad primum dictum *Iser.*

5 Secundò, *Iser.* dicit procedere suam propositionem, *quicquid not.* in *d. cap. 1. de alien. feud.* contra quem *Cam.* insurgit exponendo verba *Iser.* quod supplet *glos. in d. cap. 1.* & intelligit hanc Constitutionem prohibere pignus de toto feudo, vel de pignore fraudulento, sed permittere de vero pignore, vel pro parte, quod dicit ipse, substineri non posse, & quod non possit substineri talis suppletio, ostendit viuis rationibus.

Tertiò, dicit *Iser.* quod procedit sua propositio, quamuis Iure Romano videtur probari contrarium in *d. l. lex vectigali*, & sic indubitanter concludit, feudatarium prohibitum alienare, prohiberi etiā pignorare.

6 Con-

Digitized by Google

6 Contra quam concluſionem obſtat *tex.* ad licteram in *d.l.fin.* C. *de Iure emphyt.* quæ lex prohibet alienationem rei emphyteoticæ, & tamen in *d.l.lex vectigali*, permictitur pignus vtilis dominij, & ſic reſultat contradictio ex eodem Iure Romano, à quo arguit *Iſer.* indè Iure Romano fundat regulam, vt prohibitus alienare, ſit prohibitus pignorare, *d.l. fin.C.de reb. alien.* & eodem Iure Romano fundatur contraria regula, vt emphyteuta prohibitus alienare *d.l.fin. C.de Iur.emphyt.* non prohibeatur pignorare *d.l.lex vectigali*, quam contrarietatem non ſoluit *Camer.* nec *Liparul.* nec *Afflict.* nec *Loffred.* hic.

7 Incipiamus ergo explicare oppoſitiones *Cam.* qui in 2. *col. fol.* 12. poſt relata verba *Iſer.* facit talem intelligentiam, quod *Iſer.* quærat, an ſicut qui habet vtile dominium poteſt illud pignorare de Iure Romano, poſſit pariter feudatarius pignorare? & quod *Iſer.* reſpondeat, quod non, quia lex iſta vetat, & etiam ſi non prohiberet, id ſubintelligeret per *l. fin. C. de reb. alien.* Ipſe vero ſuam profert ſententiam, quod talis regula non eſt vbiq; tuta per Iura citata ab *Ardizone* quem ipſe recitat.

8 Sed *Ardiz. in 2.p. prim. par. cap. ſeu, rub.* 99. ponit regulam generalem quod vaſſallus non poteſt alienare, nec pignorare, deindè in *cap.* 116. probat, quod nec poteſt pignorare neq; in totum, neq; in partem, deindè refert opinionem aliquorum, quibus videtur contrarium, exemplo procuratoris generalis, qui non poteſt alienare, ſed tamen pignorare, *ff. de procur. l. procurator totorum*, vbi prohibet ne procurator generalis alienet, & *l. ſolutum, §. fin. cum l. ſeq. ff. de pignor. act.* permictit obligationem, cui arg. reſp. quod *text.* præſupponit Dominum conſuetum res pignori dare, ideò conſtituendo Procuratorem, videtur committere quæ ipſe facere ſolebat, ità ſoluit *gloſ.* poſt *Azon.* & *Corn.*

9 Secundò, de Eccleſia prohibita alienare, ſed permiſſa obligare, *auth. de non alien. §. nos igitur*, vbi prohibet alienationem, & pignorationem; *Auth. verò de alien. & emphyt.* permictit obligationē: ſed ſoluitur, & illa prouiſio eſt de obligatione generali, non de pignore, nec de ſpeciali obligatione, quæ generalis non eſt præiudicialis, declarat *gloſ. in dict. §. nos igitur, ver. tradere.*

10 Tertiò, militiam quis vendere non poteſt, pignorare poteſt, *auth. de exhib. reis, §. optimū*: ſed ſoluitur, quia in militia, non tranſitoria ad hæredes (quę dicitur ex caſu) permictitur hypotheca, quando fuit empta de pecunia creditoris, tam quando ex pacto, vt. l. ſit ſpecialiter obligata de conſenſu Principis, quam quādo non fuit factū pactum, ſed ſi non pecunia creditoris, tunc ex gratia concedit Imperator hypothecam vxori pro dote, & creditoribus, ac filijs.

11 Quartò, Iudex prohibitus emere, nō prohibetur pignus accipere, *l. in quorū, ff. de pignor. gloſ.* ibi ſoluit, quod *lex fin.* procedit in prohibitione hominis, qui vetuit rem ſuam transferri, quod poſſet fieri per pignus, ideò lex interpretatur, intellexiſſe de pignore, *l. oratio, ff. de ſponſ.* ſed *l. in quorum* procedit in prohibitione legis, quā ſolutionē impugnat *Bart.* quia *l. fin.* procedit expreſsè in prohibitione hominis, & legis, ſed dat aliā, quod ſi *l. in quorum* prohibet hominem, ne emat, & cum ſit odioſum refrenare arbitrium, non extenditur ex interpretatione, ſed *l. fin.* procedit in prohibitione, ne res alienetur, merito extenditur ad pignus, per quod poſſet veniri ad alienationem, *l. fin. C. de diſtract. pign.* & *l. fin. C. de Iur. dom. impetr.* propterea limitauit, quando

pro

Digitized by Google

pro tanto pignus acciperet, quod non esset spes luitionis: sed reincidit in eandem difficultatem, quia posset deueniri ad emptionem, in qua concurreret metus à lege præsumptus.

12 Sed potest meo iudicio replicari, quod non sequitur consequentia necessaria, quod Iudex emat ex venditione causata ex pignore, cum posset alius emere, sicut sequitur in re, qua vetita alienari, ex pignore sequitur venditio eiusdem rei.

Ergo cum sint casus speciales, non impugnant propositionem *Iser.* qui benè fundat intentionem suam in *d. l. fin. C. de reb. alien.* vt quoties lex, vel homo prohibet rem alienari, intelligit etiam pignorari, quibus relatis inhæret *Odoff. in summ. in quib. casib. feud. amitt. n. 26.*

13 Sed fortiter obstat, nàm de proprietate verbi alienationis importat translationem dominij, *l. alienationis, ff. de verb. signif.* & non pignus, quod demonstrat *Summus Pontifex in cap. nulli. extr. de reb. Eccles. non alien.* vbi prius prohibet pignus, deindè declarat, quæ veniant sub verbo alienationis, inter quæ non numerat pignus, & proindè cum omnino prohibuit ante omnia pignus, ideò *glos. in d. l. fin.* intelligit illam legẽ procedere ex interpetratione, quæ cessat in odiosis, prout est hic casus, quia agit *Iser.* vt sit locus pœnæ istius legis; ergo in odiosis non procedit, vt latè examinat hic *Ioan. Rayn. in §. habito, nu. 29.* ideò procedit in fauorabilibus de quibus loquitur, *l. fin. de reb. alien. & ll. C. de præd. min. & l. 1. de fundo dot.* ad quod facit *tex.* allegatus per *Odoffred. in d. n. 26. in l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr.* vbi minor cum venia ætatis prohibetur vendere, & obligare: ideò animaduertendum, quod *glos.* benè dicit in *d. l. fin.* vt procedat in interpetratione, vt veniant prædicta in prohibitione legis, & hominis, sed si valet vna quantum alia, dependet ex traditis per *DD. in l. ea lege, C. de cond. ob caus.*

14 Sed facilis est solutio, quod prohibitio alienationis licet ex prima facie videatur odiosa, & pœnalis, non fauorabilis, vndè cessaret interpetratio, & per consequens falsa redderetur præpositio *Isern.* tñ in se est æqua, & non odiosa, principaliter enim in re aliena quis non potest aliquid attentare, nec obligare sine voluntate Domini, *l. fin. C. de pact.* feudum est res aliena respectu agnatorum, qui sunt successuri, & vocati in prima inuestitura, ac speciales donatarij vnus post alium, *Isern. infr. n. 38.* quod sæpius diximus, item Domini in casu deuolutionis etiam respectu vtilis dominij, consolidandi; nedùm ratione fidelitatis, promissæ durante vita feudatarij, vt in *§. huius autem generis, in quib. caus. feud. amm.* vndè fuit inducta natura, vt non alienetur præter eorum consẽsum, ergo qui alienat delinquit, sic interpretatio sumitur non ex hac lege prohibente solum, sed ex mente concedentis, & ex natura rei, ideò dicit *Iser. in cap. 1. qualit. olim feud. alien. pot.* quod licet videatur æquũ, nè quis possit alienare Ius quod habet, tamen æquius statuit hoc Ius feudorum, nè quis alienet feudum sine assensu Domini, vt sit ei magis obsequiosus, ex quibus interpetratio benè procedit.

15 Secunda obiectio *Cam.* est, quod *Iser.* suppleat *glossã in d. c. 1. de alien. feud.* & intelligat *Const.* procedere in pignore pro toto feudo, vel de fraudulento, sed vt aduertit *Liparul.* hic, non bonam dat intelligentiam ad *Iser.* quia verba apertè sonant, *quicquid notatur* in *cap. 1.* ergo impugnat id, quod notatur ibi, vt dicat sua præpositio de pignore procedere, non obstante eo, quod notatur in

Digitized by Google

cap. 1. *de alien. feud.* sed vt conuincatur *Cam.* & *Iser.* non supplet *glossam* nec dat talem intelligentiam huic *Const.* aduertatur, quod *Iser.* nec reprobat quod dicit *glosa*, sed quod notat, nec exprimit Authorem, vndè videamus quidem, quod notatur ibi, in quo primo sciendum est, quod notauit *Pyl.* ibi subintelligendo de pignore, hoc modo; dicitur in *text.* quod clientulus potest alienare feudum pro medietate, deindè declarat, *alienare, ideſt ad libellum, concedere*; supplet *Pyl. subaudi, & pignore*; & de hoc non intelligit *Iser.*

Secundò est, quod notat idem *Pyl.* ibi, & *glos.* si potest pignorare vassallus, dum in *tex.* fit mentio tantum de libello, ergò alios cõtractus prohibuit, quia in alia *glo.* dixit, quod non conceditur de toto, conceditur de parte, & supra alia *glos.* arguit, & prohibetur in specie, & vetatur in genere per iura allegata, quæ non repeto, nè sim prolixior, ergo prohibuit de pignore, maximè quod per *l. fin. C. de reb. alien.* venit pignus sub prohibita alienatione, maximè ẽt & lex Federici prohibet pignus, deindè *glos.* dicit quod procedit lex Federici in toto, non in parte, vt in §. *rursus quib. mod. feud. amm.* & quod Constitutio ista procedat, quando fraudulenter, vel in totum.

16 Deindè aduertit quod *Pyl.* est sibi contrarius, dum subaudit illum *tex.* de pignore, & se remittit ad dicta per ipsum in notulis *Pylei* quasi velit dicere *glos.* si *text.* dicit, quod ad libellum potest medietatem alienare, & huic consuetudini est derogatum p *l. Lotharij*, vt dicit idẽ *text. in c.* 1. *de alien. feu.* siuè sit ex glossatore, siuè ex *Hugolino* cõpilatore, ergò si *tex.* loquitur de pignore, sicut de libello, & *tex.* dicit, esse derogatum per *Loth.* merito *Const.* ista. prohibet pignus in totum, nec potest cauillari, quin prohibeat etiam verum pignus; nam vt benè aduertunt omnes hic *Const.* loquitur de vera pignoratione, & de toto feudo, & *Io. Rayn.* dicit *nu.* 28. esse structum verborum, de quo fit mentio in *l. denique*, §. 2. *ff de minor.* quasi sit vna colligatio verborum, in qua non est ordo, sed vna sententia, quod sensit *glos.* 1. hic, & sic *glos.* aduertit contrarietatem *Pyl.* & tandem se remittit ad notata per ipsam super *Pyl.* qui declarat suam sententiam hic. Vndè *Iser.* non supplet *glos.* neq; sic praue intelligit hanc *Const.* sed reprobat, quicquid notat in *d. c.* 1. ideſt illam primam sententiam *Pyl.* postquam, etiam si hæc *Const.* nõ dixisset de pignore, est in opinione, quod veniret pignus sub generali prohibitione.

17 Superest vt resoluamus obiectionem *Camer.* si enim hæc *Const.* non diceret de pignore, sola prohibitio alienationis comprehenderet pignus ex interpretatione *l. fi. C. de reb. alien.* sed dicta lex seipsam limitat, quando lex, vel homo permictunt, sed hoc Iure feudorum est permissum pignorare pro parte, ergò hęc Cõstitutio (circumscripta prohibitione expressa de pignore) ex sola prohibitione alienationis permicteret pignorare pro parte, cum non detur correctio legis, nisi dicatur, & si dicimus, quod erat subintellectum pignus, ergo frustatoriè posuit de pignore, quia in his quæ tacitè insunt, nihil operatur eorũ expressio, *l. 3. ff. de leg.* 1. hãc oppositionẽ facit *Cam.*

18 Ad quam oppositionem dicimus, ex verbis *Isern.* esse præuisam solutionem, nam de pignore prohibito erat expressum in *c.* 1. §. *è contrario, in fin. de inuest. de re alien.* nec rei feudalis pignus fieri potest, quod cõsultum dicitur; superuenit consuetudo concedens licentiam dandi ad libellum pro medietate, meritò subaudit

Digitized by Google

audit *Pyl.* & ad pignus pro medietate, ideo in casibus priuationis, dicit *text. in §. aut plus medietate pignori dedit* ex permissione præcedēti, quia *tex.* specificus non adest, nisi ille, qui punit, quando vltrà medietatem pignoraretur, qui dependet ex *c. 1. de alien.* qui corrigitur per *l. Lothar.* meritò si hæc *Constit.* simplicitèr prohiberet alienare, prohiberet etiam pignorare, & nō esset locus permissioni pro parte.

Præterea *Isern.* dicit, *si de pignore non dixisset*, non mutando cętera verba *Cōst.* quæ loquitur *siuè totum, siuè partem*, & sic nō cadit dubitatio *Camerar.*

Ad obiectionem nostram dicebat *Io. Rain.* hic, habuisse à patre suo, fuisse dictum de pignore, vt euitaret dubium de interpretatione, quæ non procedit in odiosis, sed vt dixi non est bona solutio, sed alia, quam idem primo dat, ne. s. videatur negligere, *l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur.*

20 Sed verba *Isern.* non percipiūtur à scribentibus, non quod sint inuoluta, perturbata, & impedita, vt consueuit dicere, *Cannett. in c. volentes*, sed quia non leguntur verba cum eadem intelligentia, sub qua ipse verba conscripsit, cum ista sint meo iudicio clara, nedum non obscura.

Isern. igitur, postquam summauit hanc *Constit.* vt nullus feudum habens, illud totum, vel partem alienet, vel pignori obliget, &c. incipit inferre ex secundo dicto, quod non potest pignori dare, ex quo lex prohibet alienare, deindè antequam obijciat huic præpositioni, subijcit aliam, quod etiam si hæc lex nō prohiberet de pignore, veniret prohibitio pignoris sub prohibitione de nō alienando per *l. final. C. de reb. alien.* deindè sicut fecit duas præpositiones vnam post aliam, sic subijcit oppositiones duas, vnam ad vnamquāquè præpositionē: ad primam, quod non pignori obliget, intelligit *Isern.* nec totum, nec partem, prout supra summando dixit, huic obijcit de in-
21 tellectu *Pylei. in c. 1. de alien. feud.* qui intelligebat hanc *l.* loqui de toto nō de parte, vel de fraudulenta, non vera pignoratione, & soluit: *quicquid not. in c. 1. de alien. feud.* quæ verba licèt videantur proxima ad secundam præpositionem, quādo lex non dixit, & sic secundum ordinem licteræ ei debent referri, tamen secundum licteræ rationem ordinis, nedum secūdum ordinem intellectus referuntur ad primam præpositionem, quod nō pignoret in totum, vel in partem, & soluit, *quicquid not. in c. 1.* quasi quod non obstant ibi notata, quia lex prohibet siuè totum, siuè partem. Secūdo obijcit ad secundam præpositionem (etiam si de pignore non dixisset) & arguit, & soluit simul, *quamuis videatur suam rem. posse pignori dare emphyteuta*, idest *l. ista* si simplicitèr prohiberet alienationē, intelligeretur de pignore per *l. fin.* cui obstaret, quod emphyt. habens vtile, prohibetur alienare *l. fin. C. de iur.*
22 *emphyt.* sed tamē pignorat *d. l. lex vectigali*, ergo de iure Rom. posset argui, quod lex feudi prohib. alienationem, permitteret pignus, & soluit per verba *quamuis videtur*, quasi quod non est bonum argumētum de iure Romano à simili de emphyteuta, quia maxima est differentia inter vnum, & alium, non ea ratione contra *Imol. in cap. potuit ext. de loc. nu. 15.* quia *tex. l. fin.* dixit *transferat*, quam extollit *Carb. in causa ob alien. lim. 33. & Cappc.* hic super *i. p. 1. glos.* nec ratione *Velasc. q. 31. de iur. emphyt.* quod scilicet differat vectigal fundus ab emphyteotico, nam tollitur ex *glos. in rub. ff. si ager. vectig. vel emphyt.* vbi exponit, *vel*, pro *id est*, &

Digitized by Google

ex Iuriſconſult. in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. §. 1. ibi, *vectigalem. i. emphyteuticariũ.* ſed ex ratione, quã ducit *Iſern. in c. 1. qual. olim*, quia licèt videtur æquum, ne quis prohibeatur diſponere de iure ſuo, tamen æquius ſtatuit hoc ius feudorũ, nè vaſſallus alienet ſine conſenſu Domini ratione fidelitatis, quam debet, & vt ſit magis obſequioſus Domino, à quo poterit impetrare licentiam, & ſic non eſt odioſa prohibitio, ſed fauorabilis, & procedit interpretatio *l. fi.* ad idem tendit *Neapod.* ſoluçio in *cõſuet. 1. tit. quib. hab. locum* 4. ver. *in bonis feudalibus*, qui facit differentiam de emphyteuta, & feudatario.

23 Nec obſtat ſi veniret abſq; quod exprimatur, quarè ergo expreſſit, cũ ſuperfluum ſit, & expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur? *Io. Rayn.* dicit, ne videretur neglectum hoc caput de pignore, eſt *text.* punctualis in *Litem apud Labeonem* §. *hoc edictum, ff. de iniur.* vbi *Iuriſconſult.* ait, quod licèt ſufficeret generale edictum, poſuit ſpeciale prætor, ne videatur negligere hcã ſpecialitatẽ,

Intellectus ad l. præcipimus, C. de appellat.

9 *Apponitur* gloſ. *argumentum, & regula* l. 2. C. de vſuf.

Iacobi de Beluiſ. & Aluari *reſponſio ad argumentum* Gloſæ.

10 Rayn. & Capyc. *reſponſio ad argumentum* gloſ.

11 Lipar. *impugnat* Iſerniam, *& an prohibitã alienatione proprietatis, intelligatur prohibita pignoratio? & n. ſeq.*

12 *Author defendit* Iſerniam à Liparul. *impugnatione.*

Et declarat ius Romanorum, ius Longobardorum, & ius feudorum.

13 *Per legem* Corradi *Dominus ſine voluntate vaſſalli feudum nequit alienare.*

Et vt Mediolani hoc ſeruetur? & nu. ſeq.

14 *Intellectus ad* l. Corradi. *Et ſi res ſubiaceat reſtitutioni, & perindè prohibita alienari, alienatio vt accipiatur ſtrictè, vel largè?*

15 *Dominus, vt valeat pignorare proprietatem.*

Et adducitur Iſernia *arguens pro affirmatiua, & negatiua.*

SVMMARIVM.

1 *Verſus hic vbi reſtituendus? Et reprehenduntur* Liparul. & Camer. *quod non emendarunt:*

2 *Author declarat mentem* Iſerniæ.

Et vt Dominus directus ſuum directũ dominium pignorare poſſit?

3 *Pro negatiua ſententia arguitur à correlatiuis.*

4 *Arguitur à lege Longobardorum.*

5 *Pignus perit debitori, & quid ſit alienatio?*

6 *Soluitur argumentum pro negatiua ſententia.*

7 *Proprietarius proprietatem pignorat abſq; vſufructuarij conſenſu.*

8 *Iure nouo ſi non prohibeatur aliquid, remanet in diſpoſitione iuris veteris.*

Iſern. in nu. 4. verſ. ſed ſi vaſſallus vſq; ad verſ. Debet ergo Dominus conſentire.

CAP. V.



1 Ste *verſ. debet reſtitui* ſupra *n.* 2. antè *verſ. nec in emphyteuſim*, vbi tractat articulum, an vaſſallus poſſit pignorare feudũ, ſubſequenter quærit, ſed ſi vaſſallus nõ põt pignorare vtile dominium, an dominus poſſit directum, prout *gl.* 1. tra-

Digitized by Google

tractat vnam eãdemq; quæstionem coniunctim, vnam post aliam, in eodem loco, in *glos.* 1. quod non emendarunt hic nec *Loffred*, nec *Liparul.* nec *Camerar.* qui studium posuerunt huic ordini licteræ, id quod demonstratur, nam *Isern.* continuat quæsitum, quod facit *glos.*

2 Deueniamus igitur ad expositionem commenti sui, dicit ergo *Isern.* quod sumpta occasione dominij vtilis quærit *glos.* de directo, postquàm ad paria semper iudicantur vassallus, & dominus: aduertatur, quod ista parilitas non est allegata per *glos.* sed est argumentum, quod facit *Isern.* pro parte negatiua, vt sicut non potest pignorare vassallus, ita non possit Dominus, quia semper ad paria iudicantur, & ad probandam parilitatem, allegat supra *de forma fidelit. in* 1. *glos.* quæ est vnica, & in *tex. §. fi. in textu* .n. dicitur, quod Dominus quoq; deber vicẽ reddere fideli suo in his omnibus, quæ dixit *Philibertus Episcopus in decret.* 22. *causa* de fidelitate vassalli erga dominum, ibiquè *glos.* quærit, si in casu contrarij priuabitur proprietate? & dicit, quod sic, exemplo liberti, & patroni, & quia *tex.* dicit, *in his omnibus*, potest stare, (*semper*) in *tex. Isern.* alias dicẽdum

3 esset (sepè) quia in pluribus non est parilitas, vt infra, & ad probandam parilitatem *Isern.* allegat *c.* 5. incip. *ex facto quæsitum scio. qual. dom. prop. priu.* vbi agitur de hac priuatione in beneficium vassalli, & *Isern.* dat distinctionem, quando interest vassalli, vel non, & *tex. §. in quibus etiam, de consuet. recti feud.* vbi de iuramento calumniæ nõ inquietatur dominus, ita nec vassallus, vt seruetur æqualitas, licèt ibi in *tex.* reddatur ratio, vt quod quisquè iuris in alium statuit, &c. vbi declarat *glos.* quod instantibus Dominis Federicus Rex hoc statuit, dicit ille *text. Consuet.* quod idem ius statuit pro vassallis, item ad idem allegat *tex. de alien. feud. pat. §. pen. in glos. ver. Lõgobar.* vbi agitur de campione dando pro pugna, qui de consuetudine Mediolani ob Feloniam non admittitur, de iure verò Longobard. sic, subdit *glos.* idem ius respectu domini, ratione parilitatis, & hucusq; *Isern.* arguit pro negatiua, argumẽtum fundat ex parilitate, & parilitatem fundat ex partis iuribus, & authoritate *glos.* & exemplis.

Sequitur *Isern. in alienatione dicitur expressim, quod non potest, nisi vbi est vsus, sicut Mediolani, sicut diximus supra plenè de lege Corrad. §. ex eadem lege, quod hic repete.*

In isto *versic.* incipit arguere pro parte affirmatiua, ea ratione, quod lex *Corradi* phibuit expressim alienationem, propterea non potest alienare, nisi vbi est vsus, sicut Mediolani, de quo se remittit ad dicta per ipsum in §. *ex eadem lege*; vbi addit alium casum ex *glos. fin. per quos fiat inuest.* de alia parilitate, quando dominus distulit inuestire, sicut vassallus, quando differt petere inuestituram,

5 Infert *Isern.* ex hac positione *Corradi in d. §. ex eadem l.* quod tantum prohibuit alienare, at pignorare non est alienare, quia non transit dominium in creditorem, *C. de pign. act. l. pignus*, vbi est casus clarus, quod pignus perit domino, quia dominiũ non abdicatur ab eo, sed in alienatione transit dominium *l. 1. C. de fundo dot.* vbi deciditur, quod alienatio est omnis actus, per quem transfertur dominium.

Sequitur *Isern. ideo potest dici.*

6 Postquam arguit pro affirmatiua, & argumentum firmauit ex differentia inter alienare, & pignorare, nũc incipit soluere argumentum, factum pro negatiua, quod formauit ex parilitate, cui respondet, quod non ob-

stat

Digitized by Google

ſtat argumentum de parilitate, nam non cauetur hoc iure feudorum, vt ſit parilitas in omnibus, niſi in quibus expreſſit, vt dicit dixiſſe in §. *domino committente ſi de feud. fuer. controuer.* ideo poteſt dici, quod cum in hoc iure non cauetur de pignoratione, ſicut de alienatione, nõ ſit parilitas inter eos de pignore. In *d.§. domino committente*, dicit, regulam ſatis æquam eſſe in illo *text.* vt ex illis cauſis priuetur dominus proprietate, quibus vaſſallus vtili dominio, ſed in fine ex *text. c. 1. qual. dom. feud. propr. priu.* arguit nõ eſſe in omnibus parilitatem, niſi quando dominus culpat offendẽdo vaſſallum, vt amittat proprietatem, ſicut vaſſallus perdit feudum, quando offendit dominum, vt in *c. 1. an ille, qui interfec. fr. domin. ſui, & qualiter Domin. propr. feud. priu. c. 1.*

Sequitur *Iſern. vt cum hoc non caueatur*, poſtquam reſoluit argumentum de parilitate, nunc corroborat affirmatiuam, dicendo, de iure veteri
7 proprietarius pignorat proprietatẽ ſine conſenſu vſufructuarij, *l. 2. C. de vſufruct.* & etiã alienat *l. fundi Trebeliani ff. de vſuf. leg.* licèt ille *text.* loquatur de fructibus annuis, non de iure vſus fructus, tamen quia lex feudi vetat alienare, *d. §. ex eadem lege*,
8 ideo *Iſern.* nõ inſiſtit; remanet igitur permiſſio pignorationis, quia cum hoc nouo iure non prohibeatur pignus, remanet in diſpoſitione iuris veteris, *l. præcipimus, C. de appel. in fin.* & ad eũ finẽ in *tit. ſi de inueſt. lis orit. int. dom. & vaſſall.* allegat *l. ſãcimus; C. de teſt. & d. l. præcipimus.* Nec ſine ratione, nã ſi voluiſſet, dixiſſet *l. vnic. §. ſed & verit. in fin. C. de cad. toll. l. cũ prætor, ff. de iud. C. de procur. l. maritus.* In illa *l. præcipimus* corriguntur vetera iura in quibuſdam caſibus in materia appellationum, ſubiungit *Imper. in fin.* quod ea, quæ non reperiuntur expreſsè correcta, ſubiacent regulis veteris iuris, ergo dicit *Iſer.* lex Romana permittit proprietatem alienare, & obligare, ius feudorum correxit alienationem tantum, ergo remanet in diſpoſitione iuris Romani pignoratio.

Gloſ. 1. hic quærit de hoc, & arguit, quod ſic, quia lex *Corrad.* tria prohibuit, de pignore nõ dixit, & ſuccedit reg. *l. 2. C. de vſufr.* ad quod allegat *l. tutor. § fin. ff. de pign. act.* quæ loquitur in vtile dominio, vt aduertit *Capyc.* qui allegat *gloſam* 5. hic, *Iacob. de Beluiſ.* tenet ſecũdùm *gloſ. Bal.* etiam ſequitur *gloſam*, ſed limitat, quando ceſſat ſpes luitionis *l. qui habebat, ff. de legat.* 3. quod dixit *Bar. in l. in quorum de pign. Aluar.* hic dicit, quod *glo.* nihil reſoluit, & quod in pignore æquiparantur, & in alienatione *c. 1. qual. olim feud. pot. alien.* Lex *Corradi* non correxit in vaſſallo de pignore nec in domino, cũ ille *text.* loquatur etiam de Domino, *Præpoſ* ſequitur *Aluar. Io. And. ad ſpecul. de feud. verſ. 3. §. quoniam, in gloſ. Io. Rayn.* dicit eſſe *text. de feud. dato in vicem l. comm.* ſed ille *tex.* loquitur de proprietate, antequam ſit conceſſum vtile illius dominium in feudum, *Capyc.* relata *gloſ.* reprobat exemplum *l. tutor.* dicit poſſe attentare *l. Corradi* de vtili dominio vaſſalli, ſed ipſemet aduertit eſſe indubitabilem deciſionem, *l. tutor. gloſ.* allegat, vt oſtenderet, ſimile non eſſe de vaſſallo ad dominum, *Lipar. hic ver. ea.* dicit *Iſern.* eſſe ſibi ipſi contrarium, quoniam hic dicit prohibita alienatione proprietatis, nõ eſſe prohibitam pignorationem, quia lex non dixit, & ſupra contrariũ firmauit, quod vaſſallus non poteſt pignorare ex ſola phibitione de non alienando, etiam ſi de pignore non dixiſſet per *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* & cum ſimus in vtroq; caſu in materia feudali, dominus .n. eſt prohibitus

Digitized by Google

hibitus alienare iura feudi, sicut vassallus, §. *ex eadem lege de lege Corrad.* & sic semper strictè, aut semper largè accipiẽdum esset verbum alienatio; vndè concludit, quod melius loquutus fuit hic, quã supra, vbi fuit necessarium, exprimere de pignore, alias esset superfluum, super quo dicit melius cogitandum: hanc additionem habuit à quodam Codice, manuscriptam per formalia verba, sed *Isern.* non est contrarius, & benè dixit supra, & benè dicit hic: obseruatę, quomodo probatur hæc conclusio, & non contradicit primæ, duplici modo, vno de iure feudorum, alio de iure ciuili, de iure ciuili proprietarius poterat alienare, & obligare proprietatem sine consensu vsufructuarij, vt *Isern.* probat. Superuenit ius Lõgobardorum, & *Corrad. Imper.* & prohibuit ne dominus faciat cambiũ, precariam, vel libellũ de feudo sui militis in *l. fin. de benef. & terris tribut.* Superuenit ius feudorum, (& solet allegari *text. in §. si quis de proh. feu. alien. per Lothar.*) per quod si quis fecerit inuestituram, vel cambium de beneficio sui militis sine illius cõsensu, pretio, & beneficio priuetur. De domino verò loquitur *text. in §. præterea ducatus, vers. nec dominus infra tit. nostro*, ibi: *nec dominus feudum sine voluntate vassalli ad alium transferat*, vbi *Isern.* de potestate Regis circa demania.

13 Item de lege *Corrad. §. ex eadem lege*, dominus sine voluntate vassalli feudum alienare non potest, quod Mediolani non obtinet, item *qual. olim feud. alien. pot. in fin.* de illa vero alienatione, quæ à dño fit, si dubitetur, consulatur lex *Imperatoris Corradi*, quæ posita est in iam dicto *tit. de ben. & terr. tribu.* vndè licèt *text. §. ex eadem lege*, loquatur de alienatione, tamen declaratur descendere ex lege *Corradi*, quæ in dubio est attendenda, & quando dubitatur, ad illam est recurrendum, illa vero prohibet tres species contractus particulares, non prohibet alienationem, ergo non cadit interpretatio *l. final. C. de reb. alien. non alien.* cum non sit prohibita alienatio, merito *Isern.* arguebat de parilitate, & resoluta parilitate, comprobat de specie contractuum prohibitorum, quibus potest addi ratio *l. fin. C. de caduc. tollen. §. sed & veritatis*, quia noluit, non dixit, si voluisset, dixisset, & sic non cõtradicit præcedenti conclusioni.

14 Secundo modo de iure Romano, certum est, quod si lex *Corradi* prohiberet alienationem, tamen diuerso modo intelligenda est respectu domini, alienatio .n. aliquando accipitur strictè *l. 1. C. de iur. emphyt. Isern. hic infra* aliquando largè *d. l. fin.* ex interpretatione, quæ est in re subiecta restitutioni, argumento *l. fin. C. comm. deleg. & auth. res, quæ*, & quando lex prohibet alio respectu, exprimit de pignore *l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr. l. fin. C. de pact. in fin. cap. nulli extr. de reb. eccles. non alien.* sed feudum est subiectum restitutioni *Isern. in fin. num. 38.* & pluries diximus, & *Cannett. in capit. volentes, §. 1. fol. 21.* merito fit larga interpretatio respectu vassalli, sed proprietas non est subiecta restitutioni, quia respectu domini est allodium, ergo strictè accipiẽdum verbum alienatio, *l. quicquid, ff. de verb. oblig.* & sic *Isern.* benè dixit supra, *etiam si non dixisset*, & benè dicit hic, *quia non dixit.*

15 *Isern.* igitur arguit ex *text.* in quo prohibetur vassallus alienare sine cõsensu Domini, quærit *gl.* dicit ipse, qui prosequitur commentum *glos.* sicut vassallus prohibetur pignorare vtile dominium, vtrum videatur ex hoc *tex.* prohibitus dominus pignorare proprietatẽ, & ad partem affirmatiuam, vt videatur prohibitus arguit

ex

Digitized by Google

ex parilitate, qua solet esse inter eos ex exemplis positis per ipsum; deindè arguit pro negatiua, vt hæc constitutio prohibens vassallum, non prohibeat dominum, rationē differentiæ ponit, quia non est parilitas in omnibus, sed in aliquibus, item, q lex prohibuit certos casus contra dños, igitur non extenditur ad alios: item, quia nulla lex prohibet alienationem, vt possit fieri extēsio verbi in lata significatione, vt prohibeatur etiam pignorare, & sic non disputat de *l. fin.* & cessat cōtrarietas, quia casum diuersum diffinit.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus prohibitus alienare, vt valeat subfeudare? Et citatur* Glosa *vbi articulum tractat.*
2 Ardiz. *sententia, ac* Glosæ, *& Authoris intellectus, ad* text. in §. sed & res per quos fiat inuest.
3 *Vassallum hodie posse subfeudare ex* Isern. *sententia probatur, & declaratur.*
4 Constitutio Feder. *vt sit correcta in Regno? & quando valeat argumentum à contrario sensu?*
5 Constitutio Constitutionem diuæ memoriæ, *vt prohibuerit subfeudationem?*
6 Commutatio *feudi, vt sit prohibita per* Feder. & Lothar.?
7 *Differentia inter ius feudorum, &* Constitutionem Constitut. diuæ memoriæ.
Et vt vassallus de feudo transigere possit?
Et vt acceptum ex transactione sit feudum?
8 *Verba aliquid operari debent.*
9 *Datio in feudum an esset permissa lege Imperatoris, vel consuetudine?*
10 *Consuetudo vbi seruanda? & qua ratione prohibeatur alienatio feudi?*
11 *Dominus, qui rem in feudum concessit, vt possit alienare proprietatem inuito vassallo?*
Et arguitur à paritate, vt subfeudatio sit prohibita.
Et vt sit expressè prohibita per Constit. Feder.
12 *Author declarat additionem* Isern.
13 Rex Federic. *permisit sterilium locationem ad partem fructuum.*
14 *Additio ad* Constit. Feder. *vt sit vitiosa, & propterea difficilis?*
15 *Remittit se ad loca* Isern. *in quibus tractauit articulum.*
16 *Author arguit contra consuetudinem.*
17 *Differentia inter emphyteusim, & subfeudationem.*
18 *Subfeudatio vt fiat ad vitā vassalli?*
11 *Resoluto iure datoris, ius resoluitur acceptoris.*
Et vt differat: agnatum reuocare alienationem statim, vel morte sequuta?

Isern. in §. præterea, num. 7. de cap. Corradi.

CAP. VI.

1 QVærit hic *Isern.* an vassallus prohibitus alienare possit subfeudare? Et dicit, *glosam* hoc examinasse plenè, prout *in summa*, ideo dimittit: *Glosa* hoc dixit in *rubr. de alien. feud. pat.* & corruptè allegatur, hic dixisse: dixit etiam in §. *sed etiam res, per quos fiat inuestitur.* in quibus locis examinat plenè, vt dicit *Isern.* arguendo ad partes, an nouelli Imperat. *Lothar.* & *Feder.* prohibentes alienationem prohibuerint subinfeudationē, cum sit alienatio, & si venit sub alienatione

Digitized by Google

tione, an sit derogatum Iuri veteri, quoniam per Consuetudines feudales erat permissa, vt in *cap.* 1. *d.* §. *sed etiam res, & de leg. Corr.* §. *similiter, & qualit. olim,* §. *penultimo*, & quia *Federic.* videtur prohibere tantum fraudulentam in §. *callidis*, ideò *glos.* concludit non esse correctum Ius antiquum, *Ardizo.* vero *in* 1. *par. summ. cap.* 15. quærit, & allegat infinita iura, ac in specie, quod natura feudi sit, vt patiatur subinfeudationem, ideò concludit posse hodiè, sed ego putò in *d.* §. *sed etiam res*, dari declarationem, dum limitat nisi in fraudem nouę legis *Lothar. & Feder. & Hugolinus*, compilator post legem Federici hoc declarauit.

3 *Iser.* hic refert suam sententiam, hodiè posse per dicta Iura allegata, deindè in *vers. quid sit*, declarat, qñ intelligitur sincerè, & bona fide, & se remittit ad *glos.* hic, quod etnẽdat *Liparul.* vt sit in *d. rub. de alien. feud. pat. in fin. glos. magnæ*, quando eadem lege; prout ipse habet, quando æquè idoneo, & quando non ex precio, *glos.* verò *in d.* §. *sed etiam res*, declarat, quando in fraudem, ponẽs exemplum de eo, qui carebat filijs, & spe procreandi, remictens se ad regulam Iuris Romani *de his quæ in fraud. creditor.* quæ exempla ponit *Neapod. in Consuet. Et si testator, ver. disponere de succ. mori. sine fil.* & ego *in alleg.* 22. *nu.* 11.

4 Deindè *Iser.* quærit, si Ius Feden nõ mutauit, an correxit *Const. Feder. Secundi* in Regno nostro, & arguit, quod non correxit, quia prohibet alienationem, per quam minuitur feudum (corrige cum *Liparul.* dictionem, *non*, quia vacat) quia si non minuitur, concedit, *l.* 1. §. *huius rei, ff. de offic. ius*, vbi sumitur regula de arg. à contrario sensu, corroborat arg. quia prohibuit in vno casu diminution s feudi, ergo in alio permisit *l. cum prætor, ff. de Iud.* vbi est casus de personis prohibitis, vt si vni de pluribus prohibuit, videtur cęteris permictere, & hanc legem solet sępè allegare; deindè *Iser.* dat suam sententiam, & *Const. Const. Diuæ memoriæ*, prohibuit subinfeudationem, arguit primo ex vniuersali prohibitione, quia prohibuit commutationem tam personæ, quam rei, ideſt ne feudum cõmutetur, & ne persona feudatarij commutetur, & ad fundandum hoc argumẽtum ex illa *Const.* dicit, quod licet *Const.* in litera dicat *de reb. feudalibus commutandis*, tamen satis commutatur, quãdo feudum transfertur de persona in personam, ideò benè corrigit literam hic *Liparul.* supplendo *nam satis commutatur*, cũ alias esset sensus imperfectus, sed qa poterat obijci aduersus hoc argumẽtum: nonnè de Iure feudorum erat prohibita commutatio, quarè non est correctum per *Feder. & Lothar:* sicut dicit fuisse correctũ per *Const.* ? replicat, quod hoc Iure feudorum non est inhibita commutatio, *de leg. Corr.* §. *profecto, & d.* §. *præced.* sed ista intelligentia non habet sensum ex *text.* allegato, oportet dicere cum *Liparul.* quod intelligit de subinfeudatione, dum dicit, hoc non est prohibitum Iure isto, *de leg. Corr.* §. *profecto, & d.* §. *præced.* in quibus locis agitur de subinfeudatione, sequitur liquidò arg. Ius feudorum permisit subinfeudationem, *Const.* posterior generaliter prohibuit commutationem, quasi sit plus commutare, quã alienare, quia alienationẽ prohibuit *Feder. per hoc cap. Imperial.* corroborat arg. vt sit plus commutare, quia satis diminuitur Ius Domini, quando immutatur etiam in melius contra suam voluntatem, *l. fin. ff. de vsu, & hab.* & sic benè corrigit *Liparul.* vt intelligatur de vsufructu, *ex d. l. fin.* & est *text.* topicus sępè ab *Iser.* alleg. Cũ

Digitized by Google

igitur *Conſt. Conſt. Diuæ mem.* prohibeat commutationem feudi in diminutionẽ Domini, benè probat *Iſern.* procedere in ſubinfeudatione, quia commutatur, & diminuitur Ius Domini ex ſolo defectu voluntatis *d. l. fin.* nunc reddit rationem rationis, quare ſolus defectus voluntatis diminuat Ius Domini, quia ſi eſt contentus Dominus de perſona feudatarij, non eſt contentus de alia etiam meliori, quia concurrit intereſſe voluntatis.

Tex. Iſer. antiquus ſequitur in *verſ. nec ſequitur*, quia verba intermedia ſunt addita poſtquam ſcripſit ſuper *Conſt.* proſequendo ergo arg. de intereſſe voluntatis, reddit aliam rationem differentiæ inter Ius feu-
7 dorum, & Conſt. *Conſt. diuæ mem.* vt licet Ius feudorum ſub generali prohibitione permiſerit ſubinfeudationem, *Conſtitutio* non ſequitur in hoc Ius feudorum; quod demonſtrat à ſimili de tranſactione, quæ eſt prohibita in ſpecie in *d. Conſt.* & Iure iſto conceditur, *cap. ſi vaſſallus de feud. in tit. ſi de feud. fuer. contron. & in cap. ſi controuerſia, de contron. inter vaſſal. & al. de benef.* In *cap. ſi vaſſalus*, permittitur vaſſallo agere, & conueniri, & tranſigere, & quod accepit ex tranſactione, feudum non erit, & in *cap. 1. de controuerſ.* dicitur idem, quod poteſt agere, & conueniri, & tranſigere, dummodo non fraudulẽter: nec obſtat Domino factum vaſſalli, ẽt feudo aperto. Infert igitur *Iſer.* vt ſi *Conſt.* prohibuit tranſactionem permiſſam de Iure feudorum, vt etiam improbet alienationes alias, conceſſas de Iure feudorum, inter quas eſt datio in feudũ per quam commutabitur feudum
8 de vno in alium, quia debet aliquid operari, & verba operantur aliquid, *l. ſi quando, ff. de leg. 1.* quam ſæpè allegat, vbi eſt caſus, vt verba aliquid operentur, ampliatur diſpoſitio teſtatoris, ne ſit fruſtatoria diſpoſitio, ſed quæ ſunt verba in *Conſt.* quæ debent operari? non ea quæ de tranſactione, quia potius probarent contrarium, cum dixit de tranſactione, ergo de alijs permiſit, ſed *Iſer.* arguit ex pluribus ab illo ſimile de tranſactione, nũc de verbo *commutãdis*, q vt aliquid operetur, cum alij caſus eſſent prouiſi, intelligitur de ſubinfeudatione, quæ commutat rem, & perſonam.

9 Nunc incipit ab ouo exordiri, quod datio in feudum non erat permiſſa ex lege Imperatoris, ſed ex Conſuetudine: Immò Imperatores prohibuerunt, & *lex final. in Longob. de benef. & terris tribut. in fin.* (ſic corrige literam, dicit, n. *de alien. dñj ſine voluntate vaſſalli*) ſic quo *temp. mil. c. 2. & de l. Corr. S. ex eadem lege*, in quibus prohibetur Dominus alienare, ſed *d. leges* non dicunt, q poſ-
10 ſit vaſſallus in feudum dare, ergo conſuetudo ſeruanda eſt in loco vbi eſt; in Regno non eſt, ergo, & ſi eſſet, videtur tolli per *d. Conſt.* ideò benè correxit negatiuam *non Liparul.* hãc ſuppletionem fecit *Iſer.* quando. C. in præamb. quæſt. dixit de authoritate Iuris feudorum, vt liget omnes gentes, quia eſt authorizatum de Iure Canonico, & Imperij, ideò nè diceret quid contrarium, tranſit ad aliam rationem, quod *Conſt.* correxit Conſuetudinem, nunc corroborat Conſtitutionem cum ratione naturali, dicendo, *ſi do tibi feudum, vt te habeam in vaxallum, quomodo debis alij me inuitos?* & ſic prohibitio commutationis eſt rationabilis.

11 Nunc tranſit ad aliam rationem, ſi ego Dominus, q conceſſi rẽ in feudum, non poſsũ alienare proprietatem inuito vaſſallo *d. l.* (corrige, *in nomine*, & dic *l. ſi.*) *in Longob. de benef. & terris trib.* & ſic arguit à parilica-

tc,

te, cum subinfeudare sit alienare, à qua parilitate resultat, vt non sit æquum, nec rationabile, vt Dominus non possit alienare, & vassallus possit subfeudare, cum sit maior ratio prohibitionis cõtra vassallum, quam contra Dominum: hæc ratio non resultat ex *Const.* sed ex hac ratione resultat ratio æquitatis, quia *Const.* prohibuit omnem commutationem, postquam dixit de rationibus, q̃bus *Const.* prohibuit commutationem, & de rationibus, quibus dicẽdum est, commutatione prohibita, venire prohibitam subfeudationem, nunc djcit, quod expressè *Const.* prohibet subfeudationem, dum in fine permittit locari excadentias, ergo dicit *Iser. Const.* generaliter prohibet cõmutationem, deindè in fine permittit locationem excadẽtiarũ, videtur ergò omnem aliam commutationẽ prohibuisse, si voluisset dixisset *C. de cad. toll. §. pen.* latè in simili, *in cap. 1. num. 4. in fin. ff de iuuest. inter dom. & vall.* In sequenti *Iser.* tractat aliam quæstionem.

12 Nunc redeamus ad additionem, & certè *Isern.* postquam compleuit hoc commentum, & fecit solidam conclusionem, de Iure communi feudorum ex Consuetudine esse permissam subfeudationem.

Item de Iure Imperatorum non fuisse correctum Ius consuetudinarium.

Item de Iure Regni per *Const. Const. Diuæ memoriæ*, quia prohibuit commutationem, est prohibita subfeudatio.

Item ex alio, quia *Const.* permisit locationem excadentiarum.

Nunc addendo incipit addere alium casum, arguendo ad verba præcedentia de augmento, & dicit quod *glos.* in illa *Const.* limitat, quando in augmentum feudi, de quo articulo se remittit ad dicta per ipsum, scilicet *in rub. de vassall. qui contra Const. Loth.* cuius verba declarauj vobis sub illa addit. *An ille qui interf. fr. dom. sui*, & quia de illa quæst. non intendit tractare, subiungit, quod est alius casus permissus, non obstante *Const.* illa, ex gratia *Feder.* quæ conseruatur in archiuio in registro, vt possit concedere res de demanio feudi steriles ad partem fructuum, vt possit fieri, nisi fiat prò tam modica quantitate, vt præsumatur fraus, vndè concludit, quod in augmentũ feudi potest concedere, cum quo venit declarare, hoc esse augmẽtum feudi: nunc allegat simile de Iure Romano, *l. cum hi, §. 1. ff. de transact.* vbi prohibita transactione de alimentis, permittitur, quando est in augmentum alimentarij, & finit additio, de hac quæst. supra latius diximus, ideò prætermittimus.

14 Sed quoad additionem, visa est omnibus difficilis, quia erat in margine posita, postea inter linearis facta est vitio impressoris, & disiungit verba commenti, & dum ignoratur quantum se extendit, verba, quibus finitur, non congruunt cũ verbis sequentibus, & difficilis redditur intelligentia commenti, & additionis.

Regula est, nè fallaris, vt perquiras verba additionis, vsquè in venies literam, F, maiusculam, quæ designat finem additionis, & legenda sunt verba præcedẽtia, & sequentia, vsq; ad perfectum sermonem, & deindè legenda est additio seiuncta, & redditur commentum, & additio sine oscuritate, sed cum claritate.

15 Quod ad quæst. attinet de subfeudatione permissa de Iure communi in pluribus dixit *Iser.* sed breuiter idem, q̃ hic, quę loca citat fideliter hic *Liparul.* eaq; non recitamus, nè videamur transcribere, & de Iure Regni ponit eadem verba in *Constit.*

Digitized by Google

Conſt. Diuæ mem. ver. Iure proprio, quæ hic poſuit.

16 Sed nè videatur hæc concluſio tàm exorbitans à regulis iuris, inquirendum eſt de ratione, ſi enim ſubfeudatio eſt alienatio, & de natura eius eſt, vt non alienetur ſine conſenſu Domini, vndè cõſuetudo permiſit ſubfeudationem contra voluntatem Domini? Item ſi res eſt ſubiecta reſtitutioni, quia datur vni poſt alium, *cap. 1. de ſucc. feud.* & *Iſer. infra in cap. Imperial. n. 38.* vndè eſt, quod prohibitio de non alienando, facta de re ſubiecta reſtitutioni, habeat latam ſignificationem? *l. fin. C. comm. de leg.* & *dict. l. final. de reb. alien.*

17 *Cam. hic fol. 14. à ter. in 3. concluſ.* reddit rationem differentiæ, quare non poteſt dare in emphyteuſim, & poteſt ſubfeudare, dicit quod infeudatio, & ſubinfeudatio habent ſymbolum, & ideò permiſſa eſt, quia facilis eſt tranſitus in habentibus ſymbolum, *Io. Rayn. in §. caſtidis* reddit rationem, quia remanet vaſſallus primus, & nouus additur, quia vaſſallus vaſſalli debet reuerentiam maiori Domino, infra *in §. illud*, & reſultat maior vtilitas Domini, quia ſecundus vaſſallus tenetur adiuuare primum, & primus adiuuare Dominum.

18 Ego autem puto rationem eſſe, quia ſubinfeudatio non eſt permiſſa in perpetuum, ſed tantum in vita feudatarij, ſicut de pignore dixit *tex. in §. rurſus quibus mod. feud. admit.* Immò fit diſtinctio per *Iſer. in §. ſed etiam res, per quos fiat inueſt. n. 3. in fin.* vt hæc ſubinfeudatio duret in vita tantum vaſſalli ſubinfeudantis, quo mortuo, reuocat agnatus proximior, ratio vero quare permittitur ſubinfeudatio eſt, quia non debet interdici alienatio rei ſuæ, nec offendit Dominum, dum concedit ea lege, qua ipſe habet, quaſi quod à principio cogitarunt partes de ſubinfeudatione, & hæc quoad tempus vitæ ſuæ, reſoluto vero Iure datoris reſoluitur Ius acceptoris, *d. §. rurſus*, & *l. lex vectigali.*

Immò fit differentia, qñ quãdo in fraudem ſubfeudat, agnatus reuocat ſtatim, non expectata morte, ſi vero ſincerè, & bona fide, & ea lege prout ipſe habet, reuocat poſt mortem; reſpectu Domini vero, quando nõ reliquit agnatum, tunc ſi voluerit recognoſcere à primo Domino, & erit æquè idoneus, teneretur Dominus inueſtire, *§. ſi autem qualibet feud. pot. alien.* & not. *in cap. Titius, ſi de feud. controu.* ideò in ſeq. *Iſer.* dicit *nec in emphyteuſim perpetuam.*

SVMMARIVM.

1 *Feudum nec pignorari, nec in perpetuum emphyteoticari, aut Ius in re conſtitui poteſt, & n. 3. & 4.*

2 *Explicatur littera* Iſeru. *vt ſit intelligenda de vſufructu, aut vſufructuario?*
Ac text. in l. arboribus, §. 1. ff. de vſuf.

3 Gloſ. *opinio dilucidatur circa emphyteuſim perpetuam in feudo.*

4 *Mos ſemper eſt* Gloſæ, *reſpondere per verbum* forte, *vel* videtur.
Ac de opinione Iacob. Ardiz. *& aliorum circa emphyteuſim in feudo.*

5 Ioannis Fabri *ſententia ponitur contra Gloſam, & refelluntur* Fabri *rationes.*
Et vt emphyteuſis conſtituatur in emphyteuſim [illegible] & n. 8. & 9.

6 Camer. *opinio contra* Fabrum *refertur, & quæ differentia inter feudum, & emphyteuſim conſtituatur?*

7 *Author refellit* Camer. *ſolutionem, & alio modo obiicit.*

8 *Alie-*

Digitized by Google

8 *Alienatione prohibita, prohibita est etiam perpetua emphytheusis.*

9 *Emphyteusis perpetua est alienatio, vel alienationi similis.*

10 *Intellectus Authoris ad* §. licentiam, authent. de non alien. vel permut. rebus Eccl.

11 *Reijcitur differentia inter feudum, & emphyteusim notata per* Camer.

Feudum nè non posse in perpetuum subfeudari, sed tantum ad vitam vassalli probatur.

12 *Societas potest ad tempus, & in perpetuum coiri: & soluitur* text. in L. 1. ff. pro socio.

13 *Emphyteusis, & si de sui natura perpetua sit, potest tamen ad tempus concedi.*

14 *Explicantur* Camerarij *limitationes. Et vt res allodialis infra confines feudi existens, possit concedi in feudi augmentum? siue addi feudo?*

15 *Impugnatur ab Authore* Camerar. *limitatio.*

16 *Excadentialia bona, vt possint in feudum, vel emphyteusim concedi? Excadentialia bona, quae sint?*

17 *Res feudales in emphyteusim ad tempus dari possunt, & cur?*

18 *Agnatis circa feuum interesse nulla alienationis species praeiudicat.*

19 *Poena contra alienantes feudum, vt incurratur, quae requiratur?*

20 *Admonitio Authoris ad videnda sequentia.*

Isern: vers. nec in emphyteusim perpetuam dabit, vsq; ad vers. sed fructus.

CAP. VII.

1 PRosequendo eandem conclusionem *Isern.* concludit, quod nec dum non potest feudatarius feudum pignori dare, sed nec in emphyteusim perpetuam concedere.

Secundò, nec aliter ius in re constituere.

2 Tertiò, ponit exemplum in vsufructu, & est contentio inter DD. si dixit de vsufructu, vel de vsufructuario, quia littera in breuiatura est cõcepta.

Quartò, ad probationem duarum conclusionum, & ad probationem exempli, allegat *l. arboribus, §. 1. & l. final. C. de reb. alien.* & inter DD. est maxima contentio, quoniam *l. arboribus* non probat intentionem *Isern.* nec si dicat de vsufructu, nec si dicat de vsufructuario.

Ideo verba *Isern.* sunt explicanda, & à vobis attendenda.

3 Istam quæstionem de emphyteusi perpetua quæsiit *glos.* hic *vers. seù alienare in fu.* antè *Isern.* & soluit more suo dicens, fortè, quod non potest, quia emphyteusis perpetua non procul distat ab alienatione, *§. nos igitur, & §. alienationis, auth. de non alien. vel permut. reb. eccles.* vbi relatis legibus cõditis per Leonem, & Anastasium Prædecessores Imperat. de prohibitione alienationis bonorum Ecclesiæ, *Imperat. Iustin.* phibet ibi perpetuã emphyteusim,

4 quia non procul distat ab alienatione,

Digitized by Google

ne, & mos *glos.* est dicere *fortè*, prout dixit in alia quæstione in §. *præterea si quis infeudatus*; & supra in 1. *glos.* dixit *videtur*, vndè resolutè *glos.* tenet, non posse, hanc eandem solutionem tradidit *Iacob. Ardizo. in 1. p. summa c.* 119. licèt ibi se extendat ad emphyteusim, quæ appellatur libellus secundum morem Veronæ suæ patriæ *Io. Blan.* antiquus *Summista in 2. p. nu.* 87. *in tit. quib. mod feud. amitt.* refert formalia verba *Ardizonis*, *Odoffred.* etiam in sua *summa eod. tit. nu.* 30. per eadem iura cõcludit cum *glos.* & addit *cap. nulli, extr. de reb. eccles. non alien.* & in prædictis concordat *Isern.* hic, quos cæteri post ipsum sequuntur.

5 Verum ex antiquioribus *Ioa. Fab. in §. adeo, inst. de locato* tenet contrariam opinionem, reprobando hanc *glos.* expressè, sed rationes allegatæ non videntur dignę tanto viro, siquidèm allegat exemplum de emphyteuta, qui potest in emphyteusim cõcedere, ergo paritèr & vassallus, item quia Barones habent reditus in eorum feudis, ergo processerunt ex concessionibus in emphyteusim factis.

6 Cui respondet *Camer.* hic *fol.* 14. 3. *col.* differentiam esse maximam inter feudum, & emphyteusim, quia feudatarius non potest alia lege dare, quàm ipse habet, & in habentibus symbolum facilis est transitus, cum concurrat fidelitas in prima, & secũda infeudatione, quæ deficit in emphyteusi, item quia *Isern. in cap. an agnat.* dicit, non valere argumentum de feudo ad emphyteusim, nec è cõtra.

7 Sed solutio *Camer.* non tollit difficultatem, & alia reddi posset obiectio fortior, quod per *auth. de alien. & emphyt. §. licentiam*, fit data licentia concedendi in emphyteusim perpetuam, quæ nouo illo iure procul distat ab alienatione.

8 Sed solutio est, quæ tollit omnem obiectionem, sine dubio prohibita alienatione est prohibita perpetua emphyteusis est *tex.* ad licteram in *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* quam ad hoc allegat *Isern. & tex.* ad licteram in *auth. de alien. §. alienationis*, qui *tex.* dicit, quod non procul distat ab alienatione cum sit alienatio vtilis dominij, *l.* 1. *ff. si ager vectig. vel emphyt. pet.* & probatur melius, quã alibi in *l. possessores, C. de fund. limitrof. lib.* 11. secundùm *And. de Bar.* ac *Luc. de Penn.* ibi, vndè cum habeamus iura aperta, non est dubitandum de articulo: nec sine ministerio *Isern. glos.* & cæteri antiquiores, dixerunt, *perpetuam*, quia perpetua est illa, quæ est alienatio, vel similis alienationi, temporalis. n. permittitur, quia non constituit ius in re, *Valasc. inter Hispanos de iure emphyt. quæst.* 38. *Molin. de primogen. lib.* 2. *c.* 19. & 20. *Hern. tolli. & Ant. Gomes. in* 40. *l. Tauri, Aurel. Corb. de caus. emphyt. in tau. ob alien. ampliat.* 48. vndè mirãdũ est *de Serm. lib.* 3. *select. interpret. c.* 2. *nu.* 24. qui dicit, communem rem posse dari in emphyteusim, cum sit in contrarium, licèt ipse teneat, nec cum assensu Domini posse.

10 Nec est attẽdẽda dispositio §. *licẽtiam*, quoniam loquitur, quando cõceditur in perpetuam emphyteusim cum euidenti vtilitate, vt plus detur de cẽsũ annuo, quam erat in redditu res Ecclesiæ, quo casu non emphyteoticus cõtractus, sed quædã vtilis locatio dicitur, & trãsit ad extraneos hæredes, *Præs. de Franch.* declarat *decis.* 235. & dicit vobis in 1. *rub.* quod non requiritur consuetudo, neq; assẽsus, sed decretum, siuè declaratio, quod cedit in euidentem vtilitatem, licèt iure nouo aliæ requirantur solemnitates pro forma, vt in *Paulina extrauag. Ambitiosæ.*

11 Dif-

Digitized by Google

11 Differentia verò notata per *Cam*; inter feudum, & emphyteusim non est attendenda, quoniam nec feudū potest dari in feudum perpetuum, sed tantum ad vitam vassalli, vt docuit *Ifern. §. sed etiam res, per quos fiat inuest.* ex regula, quod resoluto iure datoris resolvitur ius acceptoris, *§. rursus, quib. mod. feud. amitt.* & *§. è contrario, de inuestit. de re alien.* maximè, quod argumentum de feudo ad emphyteusim, ab ipso impugnatū non procedit in his, in quibus differunt, sed in quibus cōueniunt, benè procederet, nedum ex allegatis per *Ioa. Bapt. de Sanctoseuer. in repet. capit. 1. de feud. cognit. in 7. dubio*, sed ex relatis per *Valasc. dict. quæst.* 38.

12 Neq; obstat *l. 1. ff pro socio*, quę dicit, societatem posse coiri ad tempus, & in perpetuum, idest durante vita sociorum, quoniam intelligitur ibi perpetuum, secundum subiectam materiam, quæ est ibi, vt societas nō excedat vitam socij, & sic accipitur perpetuum, ad vitam, quod est maxima prorogatio societatis: cęterum in perpetuum dicitur quando conceditur pro heredibus, *l. fin. C. de donat.* & isto modo intelligitur hic *glos. Iser. & cęt.* & de hac perpetua emphyteusi loquitur *l. fin.* allegata.

13 Neq; etiam obstat natura emphyteusis, quæ est, vt sit perpetua, *§. adeo, inst. de locato*, ergo quærere de perpetua, esset frustatoriū, quoniam ad tempus non posset dari, nam respondetur, verum esse de natura, sed extra naturam contractus potest emphyteusis ad tempus dari, *Bart. in l. 3. §. è contrario, ff. de acquir. poss. Molyn. de primogen. d. l. 1. cap. 20. n. 6.* cum ea, quæ sunt de natura, possint alterari: notat. in *l. cum quid, ff. si cer. pet. & in cap. 1. de feud. non habend. propr. nat. feud.*

Cam. hic limitat,

14 Primò, in re allodiali infra confines feudi, & vassallus vellet illam dare in emphyteusim, faciendo de burgensatica feudalem in augmentū feudi, quia posset in augmentum feudi, allegat *Iser. de contr. feu. apud par. term. & in §. fin. de inuest. de re al.*

Sed in dictis locis *Iser.* tractat articulum, si Baro potest adderē allodialem feudo, & illam facere feudalem, de qua quæst. faciam particula-

15 rem sessionem infra, sed quoad limitationem *Cam.* parum facit, si enim quæstio est de re allodiali antequam addatur feudo, & cessat dubiū, quia adhuc est allodialis; si vero postquā esset annexa feudo, & esset effecta feudalis, secundum opinionem eorū, qui tenent posse fieri feudalem, & tunc limitatio non probatur ex *Iser.* in dictis locis à *Cam.* allegatis, & sic cessat ista prima limitatio.

16 Secunda limitatio de excadentialibus, procedit ex *Const.* in Regno nostro.

Tertia vero de solita concedi, confundituir cum secunda, quia tantum est dicere bona excadentialia, quantum solita concedi, & ex dispositione Iuris diximus in *1. rub.* cum *Iser.* quia solitum cum cursu temporis præsumit, solemnitatem interuenisse in prima dismembratione à mensa Ecclesiæ, vel à demanio, & corpore feudi, & remansisse censum de membris feudi, & sub illa regula permisit *Const. Const. diuæ mem.* cum de Iure esset permissum, *D. Iacob. in præct. de cond. ex cap. Imper.*

17 Limitate vos, quando non in perpetuum, sed ad vitam concedentis esset data res feudi in emphyteusim, ad differentiam perpetuæ, quia tunc non constituit Ius in re, ideò non esset prohibita concessio.

18 Circa hoc esset considerandum de specie contractus, nam quoad interesse agnatorum vel Domini, feu-

do

Digitized by Google

do aperto, certum est nullam alienationem eis præiudicare, quia nemo plus Iuris in alium transfert, quam
19 ipse habet, sed quoad pœnam huius constitutionis requiritur, vt sit locus pœnæ, vt fiat contractus per quem transferatur dominium, vel constituatur Ius in re, alias non procederet pœna *Const.* exempla horum casuum ponit *l. fin. ab Iser. alleg.*

Item requiritur, ꝙ res sit tradita, cũ requiratur actus consumatus, atq; ex traditione lęditur Dominus, & contemnitur, vt supra in alijs sessionibus demonstraui.

20 Videnda sunt sequentia, quæ meliora, quia videntur latiora.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio* Iserniæ, *& an possit vsusfructus constitui in feudo? & n.* 10.

2 *Mos est* Glosæ *respondere per verbũ* fortè, *& vt emphytheusis distet ab alienatione? & perpetua prohibeatur in feudo?*
Referuntur DD. *sequentes* Glosæ *opinionem.*

3 Ioannes Faber *reprobat* Glosam, *& qua ratione?*
Et sic seruaui in Francia testatur?

4 *Emphyteusis perpetua prohibetur in feudo, non vero ad tempus. Et quæ sit ratio diuersitatis?*

5 *Intellectus ad* l. 1. ff. pro socio, & ad l. sancimus, §. fin. C. de donat.

6 *Emphyteusis cur prohibeatur in feudo, non vero subfeudatio?*

7 *Feudum, & emphyteusis in quo conueniant, & in quo differant?*

8 *Subfeudatio fieri potest ad vitam tantum vassalli.*

9 *Limitationes* Camerarij *circa emphyteusim, in feudo concedendam quãdo sint attendendæ?*

10 *Maioratus à feudo an differat? Et vt vsusfructus possit in feudo constitui.*

11 Iserniæ text. *vt sit intelligendus de vsufructu, vel vsufructuario?*
Capicij *sensus est, quod intelligatur de vsufructuario.*

12 Liparuli *sensus, quod sit intelligendus de vsufructu.*

13 Tex. in l. arboribus, §. vsufructuarius, *explicatur.*

14 *De natura vsusfructus est, vt morte vsufructuarij extinguatur*
Et vsusfructus possit alteri cedi quam proprietario?

15 *Vsusfructus tunc prohibetur alienari, si nouus intẽdatur constitui, alias secus, & refertur* Barb. in l. vsufructu, ff. sol. matr.

16 *De voluntate proprietarij potest vsusfructus alienari, vt nouus cõstituatur.*
Et vt delegato vsufructu, extinguatur Ius delegantis?
Et declaratur text. in l. si vsusfructus, ff. de iure dot. *cum similibus.*

17 *Vendito vsufructu, mortuo vsufructuario cuius erit periculum?*

18 Decisio l. arboribus, §. vsufructuarius, ff. de vsuf.

19 *Prohibita alienatione rerum, prohibetur etiam iurium alienatio, eorumq; remissio.*

20 Iserniæ *sensus, per Authorem declaratur.*
Et Capicij, & Liparuli *interpretationes, vt reijciantur.*

Digitized by Google

Isern. num. 2. vers. nec in emphyteusim, vsq; ad nu. 3. vers. sed fructus.

CAP. VIII.



Erba sunt clara, sed difficilia, quoniã in verb. *vt in vsufructu*, est differentia inter scribẽtes, si dicit *de vsufructu*, vel *de vsufructuario*. Item est differentia in inductione *l. Arboribus* ab *Andrea* allegatæ; ideò explicemus singula verba, referendo verba sua, & regulas Iuris, cum traditionibus *DD.*

1 Dicit ergò *Iser.* continuando illationem, quam fecit supra *non potest ergo pignori ponere*, vbi expressè docuit feudatarium per hanc *Const.* esse prohibitum pignorare, vel hypothecare feudum; nunc continuatiuè dicit, quod nec potest in emphyteusim perpetuam dare, nec Ius in re constituere, nunc ponit exemplum de vsufructu, secundum intelligentiã *Liparul.* & secundum intelligentiam *Capyc.* & *Cam.* de vsufructuario, & ad probationem duarum conclusionũ, de emphyteusi, & de Iure in re, ac ad probationem exempli, siue de vsufructu, siue de vsufructuario, allegat duo Iura, *l. arboribus, ff. de vsufruct. & l. fin. C. de reb. alien. non alien.* quã supra allegauit, de pignore, etiam si de pignore nõ dixisset, examinemus ergo dicta *Iser.*

2 De emphyteusi posuit *quæstion. glos. 2. hic in fin.* & quærit de emphyteusi perpetua, sicut quærit *Isern.* & respondet per verbum *fortè*, quod non, quia non distat ab alienatione, *§. alienationis, auth. de non alien. reb. Eccles. & §. nos igitur.*

Iacob. Ardiz. in summa, part. 1. cap. 119. sequitur *glos.* sine verbo *fortè*, sed tantum distinguit de emphyteusi, quæ dicitur libellus, & refert consuetudinem Veronæ suæ patriæ.

Io. Blanch. antiquus summista *in 2. par. n.* 87. refert eadem verba *Iacob. Ardiz.*

Odoffred. in summa, tit. quib. mod. feud. amitt. n. 30. quærit, & respondet sicut *glos.* per eadẽ Iura, sine *fortè*, & addit *text. decret. in c. nulli de reb. Eccles. non alien.*

3 Sed *Io. Fab. in §. adeo, inst. de locat. nu.* 3. expressè reprobat opinionem *glossæ* nostræ, eam citando nomine proprio, reddens rationem, quia sic seruatur in Francia, vbi Barones habent redditus emphyteoticos in feudis, eo etiam exemplo, quod emphyteuta sub emphyteusim concedit, quare vassallus non potest? Sed differentia est maxima, quia sine assensu nec emphyteuta concedit in emphyteusim, vt post *Speculatorem de locato, §. nunc aliqua, vers. & quæst.* 125. *Corbul. ampliat.* 48. *de causa priu. ob alien. in tract. de caus. emphy.* vbi cæteros coaceruat, *Valas. de Iur. emphyt. quæst.* 38. *nu.* 7. Vndè miror dè *Sermon. in lib.* 3. *select. inter petr. capit.* 2. *numer.* 24. qui dixit, posse sine licentia Domini, cum etiam *Io. Fab.* dicat, de licẽtia Domini, merito *Io. Rayn. hic in §. habito, nu.* 20. reprobata opinione *Io. Fabri*, tenet opinionem *glos.* & aliorum, cum quibus est authoritas *Iser. hic*, & *ibi Rayn.* citat *Io. Capriol.* antiquum Doctorem Gallum.

4 Sed cum ministerio *glos.* & *Isern.* hic dicunt, de perpetua emphyteusi, cum ad tempus fieri posset, ratio differentiæ est maxima. Ideò enim prohibita est emphyteusis, quia est alie-

Digitized by Google

natio; alienatio aũt ꝑpetuo transfert dominium, secus si ad tẽpus, nec est mirum, licet enim emphyteusis de sui natura sit perpetua, *d.§. adeo*, tamen ex conuentione fit ad tempus, & alteratur natura, quæ alteratio nõ mutat substantiam contractus, *DD. in l. cum quid, ff. si cert. pet. & Feudista per tex. in c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feudi*: hinc est, quod Ecclesia
5 non concedit emphyteusim perpetuam; sed vel ad vitam, vel ad certam generationem. Sed fortiter obstaret *tex. l. 1. ff. pro socio*, vbi perpetuum dicitur ad vitam, & tamen in *l. sancimus, §. fin. C. de donat.* dicitur perpetua donatio, quæ acquiritur prò hæredibus, sed respondetur *l. 1. ff. pro socio*, significare societatem in perpetuum, respectu naturę contractus, qui nõ transit ad hæredes, ideò perpetuum est ad vitam, cum soleat fieri pro breuiori tempore, sed in contractu qui ex sui natura transit ad hæredes, perpetuum est, quando prò hæredibus; alias temporalis emphyteusis permittitur, quia est locatio, nisi ad longum tempus, quia tunc est alienatio, vt sic de alienatione ad longum tempus communiter respõderunt, & infrà in materia locationis in feudo dicemus.

6 *Cam. hic fol. 14. à ter.* refert opiniones prædictorum, & reddit differentiam, quare emphyteusis est prohibita, & subfeudatio est permissa, dicens, quod feudatarius non potest dare alia lege, quam ea, qua ipse habet *de lege Corr, §. ex eadem lege, & §. præterea, de cap. Corr.* & sic cum habeat in feudum, potest in feudum dare, secus in emphyteusim, qa sub lege emphyteotica non habet, & de feudo ad emphyteusim non valere argumentum, probat ex *Isern. in cap. 1. an agnat.*

7 Sed in hoc est insistendum, quoniam *Ioan. Bapt. Caccialup.* quem ipse allegat *in repet. cap. 1. de feud. cogn.*
7 dum tractat materiam, in quo conueniant, & in quo differant feudum, & emphyteusis, non stringit solutionem *Camerarij*, quoniam vt dixi in pluribus cõueniunt, in pluribus differunt, & in quibus differunt, non est bonum arguere de vno, ad aliud, & in quo conueniunt, benè valet argumentum, vndè si vellet *Camer.* arguere de significatione vocabuli phibitæ alienationis, certè venit emphyteusis *d. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* quam hic iterum ad hoc citat *Iser.* ergo dum *Const.* ista prohibet alienationẽ, prohibet emphyteusim; arguere, quod permisit subfeudationem, ergo permisit emphyteusim, benè procederet differentia consi-
8 derata. Sed quia *Iser. in d. §. præterea*, quem supra exposuimus, quamuis teneat permissam fuisse subfeudationem de Iure consuetudinario, & per *Const.* istam non fuisse prohibitã, tamen tenet, & declarat *in §. sed etiã res, per quos fin. inuest.* procedere ad vitam vassalli tam ex regula, *§. à contrario, de inuest. de re al. & §. rursus quib. mod. feud. amitt.* cum ex regula, quia res subiecta restitutioni non potest in præiudicium successorum alienari, ideò *Iser.* cum ministerio, dixit hic, *perpetuam*, prout *glos.* & cęteri antiquiores *DD.* notant; ergo potest in vita, & sic differentia notata per *Camer.* confunditur, & non est attendenda.

7 Limitationes verò *Camer.* nũ sint attendendę? quia quantum ad primã de re allodiali annexa feudo, vt possit illam facere feudalem, & addere feudo in augmentum feudi, casus est difficilis, si enim dicit, quod potest facere rem allodialem feudalem est quæstio, quæ indiget particulari solutione; si vero antequam fieret annexio, vellet dare in emphyteusim benè posset. Sed postquam esset

anne-

Digitized by Google

annexa feudo, & esset verum, quod esset effecta feudalis, sicut non posset alias res feudales concedere in emphyteusim, nec posset istam annexam, & effectam iam faudalem.

Secundò limitat in excadentialibus per *Consil. Const. Diuæ memoriæ.*

Tertiò, si esset consuetudo dandi in emphyteusim, quę resultat eadem cum 1. *limit.* & seruanda esset regula tradita in 1. *rub.* ad probandam Consuetudinem.

10 Et *Molin. lib. 1. c. 20. de primogen.* facit aliquam differentiam de maioratu ad feudum, & quoad vsũfructũ benè procederet opinio negatiua, quia de fructibus tenetur seruire, licet dicat, *allegaui glos. in §. è cõtrario*, quæ non inuenitur, cum hic dicat *Iser.* expresè, sed secus de maioratu, nisi cõcurrat prohibitio legis, & hominis, *glos. magna in fin. in d. l. fin.* & ex hoc inferebat *Ann. super Constitut.* operari prohibitionem testatoris in feudo, nè detur assensus.

Cęterum concordat cum §. *& quid ergo, cum §. è cõtrario, l. Statius florus, §. Cornelio Fulici, ff. de Iure fisci; & l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2. & §. rursus, quib. mod. feud. ammitt.*

11 Sequitur *tex. Iser. nec aliter Ius in re constituet, vt in vsufruct.* non exprimit littera in vsufructu, vel vsufructuario, allegat *l. arboribus, §. 1. ff. de vsufruct. & l. fin. C. de reb. alien. non alien.*

Capyc. hic in glos. ver. nec in emphyteusim, fol. 6. legit *vsufructuario*, non *vsufructu*, sed dicit voluisse *Iser.* allegare *glo. in d. l. arboribus*, nã *tex.* probat contrarium, si enim *Iser.* vult comparare feudatarium vsufructuario, vt non possit Ius in re constituere, sicut vsufructuarius non posset, ad probãdum, ꝙ vsufructuarius non potest, *l. arboribus*, probat contrarium, quia ibi dicitur, quod potest vendere, & locare vsũfructum, ideò dicit *Capyc.* voluit allegare *glos.* quę declarat *tex.* esse intelligẽdum de cõmoditate, vt euitetur contrarium de *l. si vsusfructus, ff. de iure dot.* & ità legit hic *Camer.* non examinando si *l. arboribus*, probet opinionem *Iser.* vel contra,

12 *Liparul.* vero dicit legendum esse, *vt in vsufructu, & non vsufructuario*, quasi quod vellet exemplificare ius in re, vt est vsusfructus, quod probat primo ex *l. fin. C. de reb. alien.* quã allegat, vbi probatur ad licteram, secundò ex *Iser. in Consil. diuæ memoriæ, ver. transactionis*, vbi dicit idem de vsufructu, ergo *Iser.* declarat seipsum ibi, tertiò per intelligentiam *Affl.* hic *nu.* 30. & 31. & *Aluar. col. 4.* qui sic intelligunt, sed quia *Affl.* miscet vnam, & aliam *quæst.* non est attendenda eius decisio, nec de *Aluar.* qui non declarat *tex. Iser.*

13 Proindè explicanda est, *l. arboribus, d. §. vsusfructuarius*, quæ habet suas concordantes leges, & contrarias: in illo *tex.* dicitur vsufructuariũ posse vendere, & locare vsũfructum suum, *l. si cui, ff. de vsufr.* vbi habetur eadẽ decisio, & fortius quod potest etiam inuito proprietario, *l. non vtitur, ff. eod.* vbi est similis casus, *l. in venditione, ff. de bon. auth. Iud. poss.* vbi quando fit exequutio, potest exequi vsusfructus, quem habet debitor in bonis alienis.

14 In contrarium facit regula *inst. de vsufr. §. finitur*, vbi de natura vsusfructus est, vt finiatur morte vsufructuarij, ergo alij vendere non potest suum vsumfructum, *d. l. si vsusfructus, ff. de iure dot.* vbi in specie vsũfructũ non posse alteri cedi, quam proprietario, *l. 4. ff. de nouat.* vbi vsusfructus hæret personæ, & non potest separari à persona, ergo est inalienabilis.

Vndè cum *glo.* det plures solutiones ad *l. arboribus*, & in spęcie quod loquatur de commoditate, *Pin. de bon. mat. par. 3. nu. 38.* arguit eas de

Digitized by Google

errore, qa esset improportio magna, & propterea in illo articulo, an priuetur quis vsufructu, si eum alienauerit, ait priuari, si alienat vsumfructū, secus si commoditatem, quem nouissimi sequntur.

15 Sed ista quæstio benè dilucidatur à *Barbos. in l. vsufructu, ff. solut. matrim.* qui altius exordiendo materiam conciliat dicta iura ad veram eorum intelligentiam, siquidem iura, quæ dicunt, non posse alienari vsūfructum, benè procedunt, vt nouus, vel alius constituatur in persona emptoris, cum enim natura vsusfructus sit, vt morte fructuarij finiatur, non potest in præiudicium proprietarij vsumfructum, constitutum in sui persona, constituere in persona alte-
16 rius, quia est inseparabilis *d. l.* 4. nisi de voluntate proprietarij, quia tunc non transfertur suus vsusfructus, qui per cessionem extinguitur, sed nouus de consensu partium erigitur, & sic delegatio vsusfructus non extinguit ius delegantis, nisi de nouo constituatur. Propterea in *dict. text.* de dotali vsufructu, cum sit radicatus in persona viri, si in fūdo vxoris, sufficit in casu restitutionis retrocessio, nō q retrāsferatur, sed vt extinguatur: si in fundo alieno, locatur vxori, vel hæredib⁹ vsusfructus viri, duraturus in vita viri, ad hoc, vt vxor habeat, cū non possit retransferri in ipsam vsusfructus, radicatus in persona viri, sic declarat *tex. in l. necessario, §. fin. ff. de*
17 *peric. & comm. rei uend.* dum quæritur, vēdito vsufructu, mortuo vēditore vsufructuario, cuius erit periculū, & respondet L. C. satis differre, si fuit venditus vsusfructus, mortuo vsufructuario non extingui vsūfructum, sed expectandam mortem emptoris, aut fuerit venditum ius vtendi, & finitur morte fructuarij, quia si fructuarius vendit vsūfructum suum, transfert in emptorem ius suum, quod finitur morte sua, ideò quamdiù viuit venditor, emptor moriens transmittit ad hæredem, si vero Dominus rei vendit ius vtendi, constituit vsūfructum in persona emptoris, cuius morte
18 expirat; lex igitur *arboribus*, decidit, quod si fructuarius vendit suum vsumfructum, vel locat, tamen ipse fruitur pretio, & sic retinet vsumfructum, ideò etiam si emptor, vel conductor non vteretur, ipse venditor retinet, quia fruitur, dum fruitur pretio, secus in donatario; si igitur in *l. arboribus*, dicitur quod, & si vēdat, tamen retinet vsūfructum, ergò deciditur, quod potest vēdere fructus, per venditionem vsusfructus sui, nō facit vsūfructum in persona emptoris, & sic non constituit ius in re, & sic intelligit *Isern.* Immò in *d. Const. verb. transactionis*, apertè hoc dicit, dum prius dicit de vsufructu, & allegat *l. fin.* deindè de vsufructuario.

19 Sicut prohibetur alienatio rerum, ita, & iurium, *d. l. fin.* Item remissio iurium, *Iubemus nulli, C. de Sac. Eccl.* idem de vsufructu *d. l. fin.* secus si cōcedat fructuum perceptionem, hoc enim non videtur prohibitū, *l. arboribus, & de iur. dot. l. si vsufructus*, Nec alienat rem, donando vsumfructum, *l. codicillis, §. instituto, ff. de leg.* 2. quod de fructibus loquitur.

20 Vndè *Isern.* ad probandam illationem de emphyteusi, & de iure in re allegat hic *l. fin.* ad faciendam comparationem de feudatario cum vsufructuario allegat *l. arboribus*, vbi quis cedere pōt vsūfructum suum, & remanet vsufructuarius, quia nō cōstituit ius in re sine voluntate Dñi, ergò alienando vsūfructū suū, remanet vsufructuarius, quia ius in re nō pōt constituere, & sic malè intellexit *Li-par.* & malè induxit *Capyc.* mētē *Iser.* & peius *Cam.* licet in libro *Capyc.* fortè erat bona lictera in vsufructuario.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Memorantur conclusiones, quas* Iſern. *decidit.*

2 *Fructus feudi à ſolo ſeparati allodiales ſunt, ſeparandi vero, de feudo dicuntur.*
Et ſi de fructibus ſeparatis ematur res, an ſit feudalis?

3 *Bona empta de fructibus Regni, an ſpectent ad ſucceſſorem in Regno, vel ad Regis hæredem in allodialibus?*

4 *Intellectus ad §.* his conſequenter, ſub rub. hic finit. lex, & cap. 1. an agnatus.
Et vt feudum diſtinguatur à fructibus ſeparatis?

5 *Reſtituitur* Luc. de Penn. & Capyc. à Camerar. *quos tamen Author defendit.*
Et datur intellectus ad cap. 1. §. ſi duo de fratr. de nou. beneſ. inueſt.

6 *Feudum, & quæuis res, pecunia communi empta, vt ſit communis, & fructus feudi taliter empti, quando veniant communicandi?*

7 *Res pecunia communi empta efficitur communis, ſi ematur nomine ſocietatis, ſecus ſi nomine proprio.*

8 *Fructus feudi empti ab vno ex duobus fratribus ſimul viuentibus veniunt communicandi ratione communitatis in menſa.*

9 *Socius in his in quibus non quæritur dominium commune omnibus ſocijs, actionem habet pro ſocio ad petendum fructus, & emolumenta.*
Quod tàm in officiorum, quàm feudorum emptione procedit.

10 *Cautela, vt ſocius acquirens dominiũ ipſumuè alienans, perſonaliter non tantum obligetur, ſed etiam realiter.*

11 *Fructus feudi à ſolo ſeparandi, quando poſſint alienari?*

12 *Præmiſſa Authoris ante declarationẽ* commenti Iſerniæ.

Venditio fructuum feudi, & locatio feudi haud differunt, niſi reſpectu penſionis ſoluendæ.

13 *Locatio, & pignus in pluribus conueniunt.*
Et effectus facti, quando attendendus?

14 *Locatio, vt poſſit conſtitui per centum, & mille annos?*
Et reprobatur communiter Gloſa *quæ tamen ab Auth. ſaluatur.*

15 *Locationem in quinquenniũ fieri poſſe iura expenduntur.*

16 *Feudatarius feudum locare poterit p toto tempore, quo erit apud ipſum.*
Et vt prohibitus alienare, prohibeatur de fructibus diſponere?

17 Capyc. & Liparul. *ſenſus circa* l. arboribus, ff. de vſufr.
Ac ſenſus Camer. & Affict. *& vt ſit corrupta eius littera? poſſitquè aliquo modo ſuo candori reſtitui?*

18 *Ad excludendam inſinuationem in donatione rei ſtabilis, non æſtimantur fructus.*

19 *Fructus Iuriſdictionis in feudo conſiſtentis, vt poſſint locari?*

20 *Adnotatur* Conſt. Si quis poſt litem *in materia exequutionis in cauſa Iudicati.*
Et vt Militi in cauſa Iudicati, aliquid ſit reliquendum vt viuat, ac ſeruiat, & quis miles dicatur Bano?

21 *Locatio, vt reſoluatur reſoluto iure feudatarij?*
Et quid in Prælato, & Viro?

Digitized by Google

Iſern. num. 3. verſ. ſed fructus, vſq; ad verſ. nec in dotem dabit.

CAP. IX.

1 

NIſtis verbis *Iſer.* decidit ſubſcriptas concluſiones.

Primò, quod feudatarius nõ poteſt conſtituere Ius in re, ſed poteſt vendere fructus feudi totius tẽporis, quo erit apud ipſum.

Secundò, ſi vendit fructus pro duobus annis, feudo aperto, pendẽte tempore, expirat diſpoſitio feudatarij, & feudum cum fructibus aperitur Domino.

Tertiò, in actione perſonali quomodo ſit exequenda ſententia ſuper feudo?

Quartò, ſi decedit feudatarius ante Kalendas Martij fructus feudi sũt Domini, & nõ emptoris fructuũ.

Quintò, feudum amittitur, ſi vẽditur, & traditur, quamuis ex poſt facto feudum recuperetur.

Sextò, non poteſt in vltima voluntate relinqui feudum extraneo hæredi, ſed proximè ſucceſſuro.

2 Quoad primam concluſionem *Cam. fol.* 18. differentiam facit de fructibus ſeparatis à fructibus ſeparandis, ſed de ſeparatis *Iſer.* omiſit tanquam indubitabile, ſed de his dixit *de pace ten. num.* 5. vbi indubitanter dixit, eſſe burgenſaticos, quoniam quouſq; ſunt pendentes, tanquam pars rei, dicuntur feudales, nõ vt fructus, ſeù ſpecies, ſed vt pars rei, ad quod *Iſer.* allegat *l. defuncta, ff. de vſufruct.* vbi eſt *tex.* punctualis, quod fructus ſeparati ſpectant ad hæredem fructuarij, quia non ſunt pars rei, & *Iſer.* ampliat, nedùm fructus ſeparatos eſſe burgenſaticos, ſed etiam rem emptam de illis fructibus, *l. cum oportet, §. & ſi quid, C. de bon. quæ lib.* vbi pater habet vſufructum in bonis aduentitijs filij, & ſi quid de fructibus comparauit, patris proprium erit, poteritquè de illo in extraneos diſponere, vndè *Luc. de Penn. in l. quicunquè, C. de omni agro deſer. lib.* 11. *n.* 3. *in fi.* not.

3 bona empta de fructibus Regni non ſpectare ad ſucceſſorem in Regno, ſed ad hæredẽ Regis in allodio, quia non ſunt bona fiſcalia, ſed patrimonialia, quem refert hic *Capyc.* & *Cam.*

4 Sed dum *Camer.* hic adducit *text. in §. his conſequenter, rub. hic finitur lex, & cap.* 1. *an agnat.* vbi an fructus reſeruẽtur hæredi in allodio, aduertendum eſt, illa iura loqui de fructibus pendentibus, non de ſeparatis, dum fit diſtinctio de tempore mortis. Item addit *tex. Conſt. Si quando, §. fructus, & Conſt. Poſt mortem,* vbi in caſu cõfiſcationis, & aperturæ feudi, fit diſtinctio de feudo ad fructus ſeparatos, in quibus locis ſe remittit ad dicta per ipſum in *d. tit. de pace ten.* vbi dixit, de hoc non eſſe controuerſiam inter DD.

5 Item aduertendum eſt *Cam.* velle carpere *Lucam*, & *Capyc.* dum fundãt, rem emptam de fructibus feudi non eſſe feudalem probari in *cap.* 1. *de fratribus, de nou. beneſ. inueſt. verſic. fructus,* vbi dicit eſſe *tex.* punctualẽ de hoc, qui iudicio meo hoc non probat, ſed hoc tantum, quod ſi ex duobus fratribus ſocijs, vnus de cõmuni pecunia emit, licet non quæratur feudum alteri fratri, ſed tantũ emptori, tamen fructus erunt communicandi, donec ſimul vixerint; & ſic emptio feudi non fuit facta de fructibus feudi, ſed de pecunia allodiali, & communi, nec dicitur feudũ

emptum

Digitized by Google

emptum non esse feudum, ideò eius animaduersio aduersus *Lucam*, & *Capyc.* non est bona.

6 Secundo ex illo *tex.* elicit aliam conclusionem inferius, vt licet res, empta de pecunia communi, non sit communis, & tantò minus feudum emptum de pecunia communi, non erit commune, tamen fructus erunt communes per illum *tex.*

Sed hæc conclusio nullo modo ex illo *tex.* colligi potest, siquidem de duobus societatibus loquitur, prima de emendo feudum, & in hoc Ius feudorum statuit cũ ex *l. si patruus,* 7 *C. commun. vtriusq. Iudic.* erat cautum, vt res empta de pecunia communi, non efficeretur communis, quando socius emit nomine proprio, sed quando nomine societatis, *l. 2. ff. pro socio,* nisi in incorporalibus, in quibus nõ requritur traditio, vel in priuilegiatis, *l. si vt proponis, C. de reiuẽd.* licet ergo in illo casu frater socius emat vt socius, tamen non procedit in feudis, nè Dominus habeat alium vassallum præter suam voluntatem, sed quia societas erat vniuersalis etiam de mensa, nedùm de emendo feudum, ideò ratio, quæ militat in corpore feudi, nè Dominus habeat alium vassallum, non procedit in 8 fructibus; fructus ergo veniũt cõmunicandi ratione societatis in mensa, ideò dicitur in *text. donec simul habitauerint,* quod notat ibi *Isern. & in cap. 1. de fratr. à cap. de nouo benef. inuest.* quod fuit cognitum de Iure Romano in militia empta per socium *l. cum duobus, §. idem Papinianus,* alias *§. si frater, ff. pro socio* , & sic socius in his, in quibus non quæritur dominium commune omnibus so- 9 cijs, haberet actionem pro socio aduersus socium in cuius caput esset quæsitum feudum, vel militia, ideò illatio *Cam.* in illo *tex.* non probatur, & deseruiunt ad practicam tum in emptione officiorum, cum in emptione feudorum, quoniam sequntur caput illius emptionis, & ipse actione pro socio tenetur communicare fructus, & emolumenta, & haberet ipse contra consocios alia iura competẽtia actione pro socio, prout nunc pendet quæstio in Sac. Consil. de feudo, empto de communi pecunia.

10 Insuper notandum ad cautelam, cum socius acquirit dominium, posset illud alienare, vel obligare, & sola supereſſet obligatio personalis, cautela est antiquitus obseruata, vt promittat disponere, vt fuerit conuentum, & pro obseruantia obliget cum assensu, quia non posset disponendo prejudicare, q̃ fuit sumpta ab arg. ex *l. emptorẽ, C. locat.* in pmissione de nõ alienãdo cum speciali hypoteca, quę deseruit contra nouum emptorem pro Colono. Addendus esset alius casus in possessorio in simili materia.

11 De fructibus vero separandis, distinguitur triplex species alienationis, siuè locationis, aut ad longum tempus, & quia constituere tius in re, *l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet.* quod est prohibitum sub prohibita alienatione, *l. fin. C. de reb. alien. non alienan.* per istam *Conslit.* est prohibita: aut ad modicum tempus, aut indefinitè pro toto tempore vitæ suæ, de quibus duobus casibus loquitur hic *Iser.* affirmatiuè.

Antequam procedamus ad declarationem commenti *Iser.* præmittendum est, quod ipse loquitur pro- 12 miscue de venditione fructuum, & de locatione feudi, vt ostenderet, non esse differentiam pro decisione articuli, de quo hic agitur, licet sit maxima respectu solutionis pensionis cõuentæ, quoniam quando venduntur fructus, illis non natis, nullus est cõtractus, qui re perficitur, vt sunt terminj de emptione, & venditione, si

vero

Digitized by Google

vero locantur, tunc ſpes eſt, quæ venit in locatione, & attenderetur illa regula, ſi vis maior talem, vel qualem induxit calamitatem, notatur per *Bar. in l. cotem, §. qui maximos, ff. de public. & vectig.*

Secundò prȩmittendũ eſt, q̃ *gloſ. in Cõſt. Conſt. Diuæ mem.* examinat ad partes, quod prohibita alienatione
13 ſicut venit pignus, ità venit locatio, cum in pluribus conueniant, tum in translatione poſſeſſionis, tum Dominij, Dñs. n. retinet dominiũ, & poſſeſſionẽ per iura allegata, & ſaltim alienatur de facto cũ locatur, *l. vbi, C. de tranſact.* & attenditur effectus facti quãdoq; ſine effectu iuris, *l. q̃ Romæ, §. ſtatius, ff. de verb. oblig.* ſed dum ratio probabilis differentiæ reddi non poteſt, *l. à Titio, ff. de verb. oblig. & l. cum multæ, C. de don. ante nupt.* videtur probari, permiſſam locationem, quoniã nõ venit ſub *verbo alienationis, l. alienationis, ff. de verb. obligat.* arg. *l. nemo, C. locati,* vbi conductor poteſt locare, tanto magis feudatarius, qui habet plus iuris, prout poteſt fructuarius *d. l. arboribus,* & pignoratio fuit comprehenſa in *l. fin.* quia ex ea peruenitur ad venditionem *l. fin. C. de iure dom. impetr.* & prohibito vno, prohibentur omnia per quæ peruenitur ad illud vnum, *l. oratio, ff. de ſponſal.* & probatur in *text. l. codicillis, §. inſtituto, ff. de leg. 2.* quem *gloſ.* prædicta, & hic *Iſern.* citant.

14 Verum in tempore *gloſſ.* & *DD.* diſcordant, nam *gloſ. in d. §. inſtituto,* tenet, poſſe fieri locationem per centum, & mille annos, quæ in hoc *com.* reprobatur, quia eſſet conſtituere ius in re, *l. 1. ff. ſi ager vectig. & l. 1. ff. de ſuperf.* etiam ſi proteſtaretur, quod non transferatur dominium, vt voluit limitare *Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum 31. declar. de Conſt.* cum præſumeretur in fraudem, vt *Bal.* hic notat, cum idem *Felyn.* aduertat, q̃ proteſtaretur, quod tot ſint locationes, quod ſint anni; ſed poteſt ſaluari *gloſ.* quod dixerit hyperbolicè per centum, & mille annos, cum excedat hæc meta vitam hominum per tanta ſecula, ſed voluit dicere, quolibet anno poſſe locare per centum, & mille, comprehendens omnes futuros feudatarios.

15 Itẽ *glo. in d. Conſt.* videtur cõcludere, vt poſſit locare per quinquẽniũ, *l. ſi à colono, ff. de verb. oblig. & l. qui concubinam, §. qui hortos, ff. de leg. 2. & ff. de ſepar. l. 1. §. quod dictum eſt, & ff. de diuor. l. vxores, §. ſin autem in incerto,* in quibus primis iuribus eſt caſus de locatione ad quinquenniũ, in ſecundis inducitur præſcriptio infra quinquennium, & poſſet allegari *text. l. ſi filiofamilias, §. ſi vir in quinquennio, ff. ſolut. matrim.* vbi maritus obligat vxorem ad locationem factam per ipſum infra quinquennium ſoluto matrimonio. Item allegat *Cõſt. Authoritate, de locat. deman.* licet lictera corrupta, dicat de *offic. procur. Cæſar.* vbi dicitur, poſſe procuratorem Cęſaris locare ad modicum tempus infra quinquennium, infert *gloſ.* vltra quinquennium haberet ius in re, *d. l. 1. §. quod aũt ait, ff. de ſuperfic.* vbi *gloſ.* refert varias opiniones, & concludit, decennium eſſe ad longũ tempus, prout comprobat *Bart.* ibi per *l. fin. C. de præſcript. longi temp.* & per *Canon. in cap. 1. extrà de reb. Eccl. non alien.* itaq; per tempus infra decennium non conſtituit ius re, & valet locatio, vltra, eſſet alienatio, & per iſtam *Conſt.* eſſet prohibita locatio vltrà decenniũ. Alias lõgum tempus intelligitur ſecundum ſubiectã materiam, vt in caſibus citatis, quod *Cam.* non examinauit, ſed ſimpliciter retulit opiniones, relinquens arbitrio lectorum, ſi ſit infra quinquennium, vel ſeptennium, vel vltra.

In

Digitized by Google

In hoc igitur articulo *Iſern.* concludit hic, & *in d. Conſt. verb. tranſa-*
16 *ctionis*, poſſe locare feudatarium, pro toto tempore, quo feudum erit apud ipſum, quoniam vt benè examinat *Camer.* eſt incertum, quanto tempore poſſet viuere, ad quod *Iſer.* nihil allegat, ſed tantum allegauit ſupra *l. arboribus*, vbi vſufructuarius poteſt vendere, & locare vsũfructum ſuum, quod nihil aliud eſt, quàm pro toto tempore habere vſumfructum, quo habet feudatarius, vt in *§. huius autem generis, in quib. cauſ. feud. amitt.* reddit poſtea *Iſern.* rationem, nàm prohibitus alienare, non prohibetur de fructibus diſponere, *d. l. codicillis, §. inſtitutio*, vbi eſt caſus de hærede, prohibito alienare ſub pœna, & ex locatione non contrafacit prohibitioni. Sequitur lictera, *l. pater filium, ff. de leg. 3.*

17 *Capyc.* hic, quem *Liparul.* ſequitur, dicit, legem illam id non probare, nã tantum agit de obligatione neceſſaria, *Cam.* citat illam legem, prout facit *Afflict.* & non inducit, & quilibet laxatur ſuper illa inductione, ſed hæc lictera eſt corrupta, vt videtis ex conteſtu: *prohibitus vendere, non prohibetur de fructibus*, certè non eſt bona conſtructio, oportet. n. ſupplere *diſponere*, & conſequẽs eſt, vt ſi lictera corrupta ſit in hoc, ſit ẽt in allegatione *d. l. pater*; reſtituenda eſt ergo ſuo cãdori, nec aliunde, quã ex eodem *Iſer. in d. Conſt.* vbi tractat eundem articulum, & allegat *l. in*
18 *ædibus, §. ex rebus, ff. de don.* vbi in sũma vltra quingentos aureos, ſine inſinuatione nõ valet donatio, ſi fortè donatur res ſtabilis, in æxtimatione non cõputantur fructus, cum non ſit prohibitus de fructibus diſponere, vel vt in ſecunda lectura, quod donatio rei corporalis nonobligat ante traditionem ad fructus.

19 Supereſt, vt addamus quoad locationem feudi, procedere etiã in feudo habitato cum Iuriſdictione, quãquam contrarium defenderit *D. Camill. de Med.* Sed Sac. Conſ. deciſit, poſſe locari fructus Iuriſdictionis.

20 Subdit *Iſer.* de authoritate *Ardiz.* etiam in materia executionis in cauſa Iudicati, de qua nos habemus *Conſt. Si quis poſt litem.*

In qua executione *Cam.* hic latè defendit, relinquendum eſſe militi, vt viuat, & ſeruiat, quod ego defendi, ſed S. C. iudicauit contrarium, fortè, quia ſeruitium prẽſtabit nouus vaſſallus, & Baro non eſt Miles actu ſeruiens.

21 Subdit *Iſern.* quod reſoluto iure feudatarij, expirat locatio, quia non obligat rem ex ſupradictis, minus perſonam Domini, quod ſecus in Prælato, & viro, qui habent adminiſtrationem, dummodo bona fide, *l. tutelæ, ff. de adminiſtr. tut. Surd. deciſ. 299. Couar. lib. 1. variar. reſol. c. 5. & 15.*

Vltimo, quando ante Kal. Martij, & procedat etiã in agnato, *de Franch. deciſ. 19.* contrarium vero decidit *D. Fab. March.* & S. C. confirmauit in cauſa Principis Venuſij, fortè, qa ex teſtamento cepit cum fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius, & ſi non poſſit conſtituere ius in re, fructus tamen totius temporis, quo feudum poſſidebit, vendere poteſt.*

Explicatur text. in l. pater, ff. de leg. 3. *& vt probet intentionẽ* Iſer.

2 *Fructus ſi ſint venditi pro duobus annis, & infra illos decedat vaſſallus, vt præiudicet Domino? & de executione ſententiæ ſuper fructibus.*

3 *Vaſſallus ſi decedat ante Kalendas Martij, fructus ad Dominum, non ad emptorem pertinent.*

4 *Fructus à ſolo ſeparati, indifferenter*

Digitized by Google

ad feudatarium spectant, & feudales minime dicuntur.
Et feuda, bonaq; burgensatica in casu publicationis bonorum, cui applicentur?

5 *Feudum ex pacto ab hæreditate separatur, non fructus feudi.*

6 *Feudum, & quilibet fundus cum fructibus pendentibus vnum reputantur corpus.*
Fructus separati, faciunt corpus de per se.

7 *Res empta de fructibus feudi, vt sit feudalis? transeatq; ad heredem in allodio?*
Et vt bona, quæsita de fructibus Regni, sint patrimonialia, vel fiscalia Regis?

8 Camer. *reprehensio contra* Capyc. & Lucam de Penn. *& intellectus ad* cap. 1. de duob. frat.

9 *Feudum, communi pecunia emptum, & si non sit commune, fructus tamen communes erunt. Et cuius erit dominium fructuum?*
Et vt res empta communi pecunia Iure Romano efficiatur communis?

10 *Socius emens pecunia communi, vt acquirat alteri socio sine traditione, & quid in militia?*
Et qua actione socius aget ad communicandos fructus?

11 *Fructus si cum effectu sint percepti, & separati, dies tamen solutionis non cessit, ad cuius hæredem spectet exactio?*

12 *Circa fructus ciuiles quid seruetur, quidue in fideicommisso vniuersali, quid in Prælato, Maioratu, &c.?*

13 *Vassallus, vt possit locare fructus feudi indefinitè, &c.?*

14 *Indefinita locatio fructuũ feudi substinetur ratione incertitudinis.*
Locatio feudi ad centum annos reprobatur.

15 *Vassallus si decedat ante finitam locationem, feudum aperitur Domino, & si feudum hæreditarium fuerit, an hæres teneatur stare locationi, ac ratum habere factum defuncti?*
Et quid si feudum sit ex pacto?

16 *Hæres vassalli quomodo habebit ratam fructuum in allodio locato?*

17 *Feudatarius si decedat ante Kalendas Martij, fructus spectant ad Dominum: si verò post, ad hæredem in allodio pertinebunt.*

18 *Feudatarius si instituat hæredem in feudo, & antè Kalendas Martij decedat, fructus ad quem pertinebunt?*
Concordantur duæ decisiones Sacr. Consil. contrariæ in hoc articulo.

19 *Locatio expirat (decedente feudatario, locatione non finita) non obstãte dispositione tex. l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennio, ff. soluto matrim.*
Et vt locatio facta à marito, aut ore, & Prælato, expiret, decedentibus ipsis, locatione non finita?

20 *Feudum cum vassallis, vt possit locari?*
Executio potest fieri super fructibus feudi.
Et vtrum in tali executione, militi sint aliqua relinquenda, vt viuat, & seruiat?
Per Sacrum Consilium fuit decisum negatiuè.

21 *Affertur ratio decisionis Sacri Consilij.*
Et vt Iudex possit vti pietate, in relinquendo aliquid feudatario, vt viuat?

Isern.

Digitized by Google

Iſern. numer. 3. verſic. ſed fructus poſſet vendere, &cęt.

CAP. X.

1 

Roſequitur eandem propoſitionem, vt nõ poſſit feudatarius conſtituere Ius in re, ſed ſicut fructuarius poteſt concedere perceptionem fructuum per *l. arboribus*, ideò nunc dicit primo, quod poteſt vendere fructus totius temporis, quo feudum erit apud ipſum, reddens rationem, quia prohibitus diſponere de re, non prohibetur diſponere de fructibus, *l. codicillos, §. inſtituto, ff. de leg. 2.* qui *text.* non indiget inductione, quoniam ad literam id probat, allegat etiã *l. pater, ff. de leg. 3. in princ.*

Antequam progrediamur vlterius, aduertit *Capyc.* hic, quod iſta *lex pater*, non probat intentionẽ *Iſer.* qa tantum loquitur de obligatione ex cauſa neceſſaria, & *Liparul.* hic refert animaduerſionem *Capyc.* argues *Affl.* & *Cam.* quod non aduertunt, dicit *Iſern.* allegare iſtum *tex. in Conſt. Regni*, pluries citata, *ver. trãſactionis*, vbi ẽt allegat *d. §. inſtituto, & l. in ædibus, §. ex rebus, ff. de don.* qui probat intẽtionem *Iſern.* nã habetur in eo *tex.* de prohibita donatione vltra quingentos aureos, abſq; inſinuatione, quærebatur, ſi res tanti non valeret, ſed iunctis fructibus valeret, an ſit locus prohibitioni, & dicitur, quod non, nam fructus non conſiderantur, & ſic prohibitus alienare rem, non prohibetur de fructibus diſponere, & ſic emenda literam corruptam, concordat *gloſ. in Conſt. Hac ædictali, in gloſ. magna, la 2.*

Secundò *Iſern.* facit alium caſum, diuerſum à venditione fru-
2 ctuum indefinitè, quoad feudum erit apud ipſum, ſed determinatè pro duobus annis: ſi decedit infra illos duos annos, non præiudicat Domino ex *reg. l. lex vectigali, ff. de pign.* quia reſoluto iure datoris, reſoluitur Ius acceptoris, *§. rurſus, quib. mod. feud. amitt.* ad quod allegat *Ardiz. in ſum. vtrum etiã pign. oblig. & rub. ſeq.*

Tertiò dicit, quòd *Ardiz.* tractat etiã de executione faciẽda ſuper fructibus feudi, de qua executione eſt *tex. in Conſt. Si quis poſt litem.*

Quartò concludit in materia fructuum, quod emptor non poteſt ha-
3 bere pluſquam venditor, ideò ſi deceſſerit feudatarius ante Kalendas Martij, fructus erũt Domini, cui aperitur feudum, non emptoris fructuũ, *§. his conſequẽter, hic fini. lex*, ſic emẽda literam.

Super iſtis quatuor propoſitionibus *Iſer.* conſiderandũ eſt, ꝙ quæ de fructibus dici poſſunt, ad duo capita deducuntur.

Primò, de fructibus ſeparatis à corpore feudi.

Secundò, de fructibus ſeparandis, vel quia ſunt pendentes, vel quia adhuc non ſunt nati.

4 De fructibus ſeparatis, non eſt dubium ſpectare ad feudatarium, & eius hæredem, quia non ſunt feudales, cum non ſint pars rei, ad quod *Cam. hic fol. 17. col. 3.* allegat *Iſern. de pace ten. num. 5.* vbi hoc dicit ad literã ꝙ *l. defuncta, ff. de vſufruct.* Iub qua occaſione tractat *Iſer.* de publicatione bonorum, vt feuda applicẽtur baroni, à quo condemnatus recognoſcit feuda, ſed burgenſatica, quæ à nullo tenet, publicantur fiſco, & ſub burgenſaticis, dicit, venire bo-

Digitized by Google

na mobilia, & fructus feudorũ ſepa-
rati à feudis; quibus addit *Cam.tex.*
5 *in cap.1.an agnat.* vbi fit differentia
de feudo ex pacto à fructibus feu-
di, quia feudum ex pacto ſeparatur
ab hæreditate, fructus vero, tanquam
quid ſeparatum à feudo, ſunt hære-
ditarij, ſed loquitur de pẽdẽtibus, vt
gl. declarat, *addit.& tex.in §.his cõſe-
quenter, hic fini.lex.* Sed ille *text.* lo-
quitur ẽt de fructibus pẽdẽtibus, &
ſeparandis, ideò remittimus ad locũ
ſuũ: addit quoq; *tex.in Conſt.Regni Si
quando, §.fructus de pœna foriud.* vbi
fit diſtinctio, vt feuda aperiantur
Baroni in caſu foriudicationis, fru-
ctus vero, & mobilia, applicẽtur Cu-
riæ Regis ratione maioris dominij ſe-
cundum generalem vſum Regni, q̃
eſt in *Conſt. Poſt mortem*, in quibus
locis *Iſer.* ſe remittit ad dicta *de pac.
ten.* vbi dicit, de hoc non eſſe contro-
uerſiam inter *DD.* exemplum ponit
Cam. de fructibus beneficij, cum
licet ſpiritualia vendi nõ poſſint ſinè
ſimonia, *cap.quærelam, & cap.conſu-
lere, de ſimon.* tñ fructus locãtur *extr.
de locato, c.veſtra, & tex.in c.de iure,
extra de iure patron.* vbi non poteſt
vendi ius ſpirituale, nec res tempo-
ralis, ſpirituali annexa, niſi cum vni-
uerſitate, tamen fructus locantur,
quia ſunt ſeparati à ſpiritualitate,
quod erat neceſſarium pro victu
Prælati, cum non ſolo pane viuat ho-
mo.

6 Regula eſt igitur, quod feudum,
vel fundus cum fructibus pendenti-
bus reputatur vnum corpus, cuius
partes ſunt eiuſdem naturæ, ideò
fructus, vt pars rei ſunt eiuſdem na-
turę, ſicut eſt pars, ſed ſeparati, faciũt
corpus de per ſe, quia tranſeunt in
aliam ſpeciem diſtinctam, & habent
proprium eſſe, in quibus non cadit
illa qualitas feudalis, vel ſpiritualis,
ſed naturaliter ſunt ſpecies rerum, à
natura ſic producti, & formati, & à
lege cogniti, vt ſpecies, de qua facit
ſpecialem proniſionem: vnũm tantũ
retinent ratione originis, quia reſpe-
ctu collectarum, reputantur fenda-
les, nam ſeruiunt Regi in functione
feudi in ſeruitio militari, ideò alijs
non ſubſunt impoſitionibus, *Iſern.
quę ſint regal. §.etiam ſi plauſtrorum,
nu.58.*

7 Aliud infertur ex hac concluſio-
ne, quod res, empta de fructibus feu-
di, non eſt feudalis, ideò tranſit ad
hæredẽ in allodio, quod *Iſer.* docuit
de pace ten.d.num.5. breuibus verbis,
ibi, *& quicquid indè quæſitum eſt*,
allegat *l.cum oportet, §.& ſi quid, C.de
bon.quæ liber.* ad quod *Cam.* hic alle-
gat *Lucam de Penn. in l.quicunq; C.
de omni agro deſer.num.3, in fin.* allc-
gat *tex.in l.2.C.de aqueduc.lib.11.* vbi
Lucas facit differentiam de re fiſcali,
à re patrimoniali, & dum *lex 2.* ponit
pœnam contra rumpentẽ aquæductũ
publicum, vt fundus applicetur pa-
trimonio Principis, infert, quod ex
fructibus Regni bona acquiſita effi-
ciuntur patrimonialia Regis, non
fiſcalia, & in his ſuccedũt hęredes in
allodio, non in Regno, quem citat
*Capyc.hic, & in inueſt.ver.feudorum
fructus, in princ.* & ex hoc inferebat
Lucas nu.15. contra *Iſer.in cap.1.de
cap.qui cur.vend.* vbi improbat Cu-
riam Capuanam, in qua mandauit
Rex, reuocari conceſſiones, factas
p prędeceſſores Reges de bonis Re-
gni, quaſi quod eſſent inalienabilia,
præſupponens *Iſer.* quod eſſent alie-
nabilia, de quo articulo ibi cum
Iſer. diximus.

8 Addit etiam *Cam.tex.in cap.1. de
fratr. de non.hon.inu.* dicens, q̃ *Capyc,
& Luc.ad d.tex.* non aduerterunt, vbi
probatur, quod res empta de fructi-
bus feudi, non eſt feudalis, ſed ibi
non agitur de re empta de fructibus
feudi, ſed tantum, quod frater ſocij
emit de cõmuni pecunia feudum, vt

non

Digitized by Google

non quæratur vtriquè contra voluntatē Domini, sed fructus benè quærantur omnibus, quia non sunt feudales, postquam sunt separati, & sic non confert ad punctum emptionis de fructibus feudi, & quomodo intelligatur ille *text.* infra declarabo.

9 Postremo in hac conclusione *Camer.* dicit, quod licet feudum, emptum de communi pecunia, non sit commune, tamen fructus erunt cōmunes, & allegat eundem *text.* Aduertendū est tamen, quod aut consideramus dominium fructuum, & in illo *text.* talis præpositio non probatur, quoniam dominium fructuum spectat ad Dominum feudi, itaq; si feudum quæritur inuestito, per consequens, & dominium fructuum; sed tantum ibi communicantur fructus ratione societatis de emendo feudū, & ratione societatis in mensa; de iure enim Romano res, empta de pecunia communi, non efficitur communis, *l. si patruus, C. comm. vtriq. Iud. cum concord.* minus poterat effici de

10 Iure feudi, & licet socius, emens de pecunia communi acquirat socio sine traditione, *l. 2. ff. pro socio*, tñ in feudo esse non potest sine assensu Domini, *cap. 1. de benef. fratr. & d. c. 1. de duob. fratr. de nou. ben. inuest.* & in militia de Iure Romano poterat acquiri, *l. cum duobus, §. idē Papinianus*, alias *si frater, ff. pro soc.* ideò ratione societatis actione personali aget ad communicandum fructus; vel ad emolumentum, nō ratione dominij, sed actionis personalis, quia si haberet alius frater dominium, non ageret ad communicandum, sed reuendicaret, ideò *text.* ibi, dicit, *fructus erunt communes, donec simul habitauerint*, quia ex habitatione fit noua societas in mensa, & ex societate disponit de fructibus, vt separatis, & sic de allodio, non de feudo, quod docet *Iser.* ibi *n. 2. vers. licet autem*, & allegat *cap. 1. de ben. frat.* alias esset dispositio contra regulas aris. Nec *decisiones Afflict.* citatæ per *Cam.* loquuntur de hoc casu, sed tantum de executione super feudo in actione personali.

11 Vltimo, circa istam conclusionem de fructibus separatis, dicendum est, quod si fructus in effectu sunt percepti, & separati, licet dies solutionis non venerit, tamen spectat exactio hæredi feudatarij, sicut hæredi fructuarij, putà si vlteriori die faciendæ erat solutio per conductorem, quam erat perceptio fructuum, vt notat *glos. per illum tex. in l. defuncta, ff. de vsufr.*

12 Sed quæ ratio seruanda sit in fideicommissario vniuersali, quæuè distinctio in fructibus ciuilibus, *D. de Franch. decis. 13. 19. 49. & 167.* quæuè in Prælato, in Maioratu, in Viro, & Vxore, in officiali, in Milite, prò stipendijs, notatur in *l. decurio*, vbi *Barbosa, ff. sol. matr. Molin. de primogen. lib. 3. c. 11. Couarr. variar. resol. lib. 1. cap. 15.*

13 De fructibus vero separandis *Cam.* ex dictis per *Isern.* hic, & in *Consil. Consil. Diuæ mem. & in Consil. Si quis post litem, & in §. his consequenter, & in §. è contrario*, concludit, quod potest vassallus locare fructus feudi, & facit tres casus, aut locat ad longum tempus, aut ad modicum tempus præfinitum, aut sine præfinitione tēporis, sed indefinitè, quòad viuet.

De primo casu certum est, non posse, quia locatio ad longum tempus constituit ius in re, *l. antiquitus, C. de vsufr.* notatur *in l. penul. §. quod ait, ff. de superfic. & in l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet.* quod constituere non potest, vt per *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* supra concluſimus, nec proficeret cautela *Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, ext. de Consti. in*

decla-

Digitized by Google

declarat.6. si caueret, nè transferatur dominium, quia *Bald.* hic tenet, esse apertam fraudem, maximè quod idē *Felyn.* dixit, ibi, esse in fraudem, si diceret, vt tot sint locationes, quot sunt anni.

14 Secundus est casus, quando indefinitè locat, & ratione incertitudinis valet locatio per *dict.* §. *instituto*, quia posset statim mori, *l.1.ff.de cond. & demonstrat.* & tunc nō cōstitueret ius in re, immò nec capit iure proprio, sed nomine vassalli, ex doctrina *Bart. in l. fundi Trebet. ff. de vsufr. leg.* sed melius probat, *l. arboribus*, §. *vsufructuarius ff. de vsufr.* quia fructuarius fruitur ex persona conductoris, & propterea non esset recipienda *glos. in d. §. instituto*, quæ voluit, posse locare per centum annos, cū per lōgū tēpus cōstituat ius in re.

Tertius est casus minus dubitabilis, quando breuiori tempore locasset fructus feudi, quoniam posset, *Frecc. in limit. 2. ad Const. Const. Diuæ mem.*

15 Subdit *Iser.* vt vidistis, quod licet valeat locatio pro certo breui tempore, tamen si prædecēdit vassallus, feudum aperitur Domino, quia resoluto iure datoris, resoluitur Ius acceptoris, *l. lex vectigali, ff. de pignor.* quod *Iser.* hic habet pro indubitato, & hæc conclusio respicit duo, vnum an colonus possit se defendere contra Dominum, vel agnatum, cui esset apertum feudum, & si feudum esset hæreditariū, certè hæres per *l. cum à matre*, C. *de rei vend.* teneretur id habere ratū, vel filius in feudo paterno sine inuentario, vt in *cap. 1. an agn. Iser.* docet: sed si ex pacto, tunc quia successor, vel Dominus non est hæres, & per consequens non tenetur id habere ratum, feudum non est obligatum, quia sine assensu, ergo obligatio personalis defuncti extincta est cum ipso.

16 Aliud est, si hæres feudatarij in allodio, possit habere ratam fructuū, & de anno currenti secundum regulas communes habet pensionem pro rata temporis fructuum perceptionis, quamuis sit in vlteriori die promissa solutio *d. l. defuncta, ff. de vsufr.*

17 Aliam ponit limitationem *Isern.* quādo decedit infra Kalendas Martij, quoniam omnes fructus pendentes pertinent ad dominum, §. *his consequenter, hic finit. lex*, si vero post, pertinent ad hæredem in allodio, quamuis sint pars rei, & licet sit ille *tex.* consuetudo localis, & quasi non rationabilis, tamen videtur iuri consona propter culturam, & curam feudatarij, quasi quod sua impensa fructus sint, ferè maturi, vel de proximo separandi, & sic reperitur approbata in *cap. 1. an agnat.* vt supra diximus, & licet loquatur, quando aperitur Domino, idem quando aperitur agnatis, vt fuisse decisum in Sac. Cons. refert *D. de Franch. decis. 19.*

18 Et cum contigisset eadem quęstio inter Illustrissimos filios Principis Venusij, *D. Fab. Mansfr.* celeberrimus I. C. iudicauit contrarium, feudū s. cum fructibus ad primogenitū spectare, & fuit per Sac. Cons. confirmatum, & sic duæ decisiones contrariæ in eodē puncto, & poterat esse ratio differentię, quia in casu Venusij pater instituit hæredem in feudo primogenitum, & sic ex voluntate defuncti videtur filius habere feudū cum fructibus, cum sint pars feudi, & consuetudo loquitur, quando aperitur contra voluntatem feudatarij.

19 Aduertendum tamen est, locationem ipsam expirare non obstante *l. si filiofamilias*, §. *si vir in quinquēnio, ff. solut. matrim.* quoniam lex illa procedit authoritate legis, sicut pupillus tenetur stare locationi, factæ à tutore, vt *commun. DD.* tenent ibi, & in *l. emptorem*, nè maritus, aut tutor

sint

Digitized by Google

sint in damno, & pariter de Prælato, *Couarr. lib. 1. var. resol. cap. 15.* nisi appareat simulata locatio ex verbis *l. si tutelæ*, ibi, *si potuit, & debuit eodem modo contrahere*, & secus esset si vltra solitum, vel viliori pretio, *Surd. decis. 299.* sed feudatarius non potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habet, & expressè est cautum, quod non potest obligare successorem, nec rem, sicut potest tutor obligare pupillũ, & maritus, qui est administrator rerũ vxoris; sicut Prælatus rerum Ecclesiæ, non obligant ipsi res, sed personas successorum.

20 Aliud esset dubium de feudo cum vassallis, si potest locari sine assensu, & licet scripserit celeberrimus Aduocatus *D. Cammill. de Medic.* fuit tñ contrarium iudicatum per Sacrum Consilium.

Vltimo in materia fructuum, dicit posse exequi super fructibus feudi in actione personali, quod probat de iure *Ardiz. in summa, rub. vtrum etiam pign. obligat. & seq.* & in Regno est *Cõst. Si quis post litem*, in quo articulo *Cam.* dicit, relinquendum esse Militi, vt seruiat, tamen fuit decisum contrarium per Sac. Cons. in causa hæredum *D. Francorum*, quia vsq; ad valorem feudi fuit facta executio, ea ratione, quia feudum est hæreditarium, alia respectu seruitij, quia emptor seruiet.

21 Decisio allegata processit in venditione feudi, in qua cessat consideratio *Camerarij*, quia nouus emptor seruit: primus vassallus vẽditor cum desinat esse, non habet illam specialem pietatem, vt viuat, & seruiat; secus esset in modo exequendi fructus, quia respectu Domini pro seruitio militari Quæstores Regij exigerent propria authoritate; & respectu alimentorum vassalli, semper Iudex posset vti pietate relinquendo aliquid, vt viuat.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum factum feudo an sit Domini, si ipsi aperiatur feudum?*

2 *Augmentum si separari non potest à feudo, prout est seruitus prædialis, illi acquiritur, cui feudum aperitur.*
Seruitus prædialis est indiuidua, & pro ea hæredes conueniuntur in solidum.

3 *Seruitus prædialis, & si acquiratur Domino, vel agnatis facto vassalli, ipsi tamen tenẽtur soluere pretium seruitutis, sicut de melioratione.*
Et vt possit vassallus meliorare feudum sine consensu agnatorum?

4 *Feudum licet sit vassalli respectu vtilis dominij, est quoquè Domini respectu directi.*

5 *Res addita feudo, vt transeat ad hæredem in allodio?*

6 *Augmentum si fiat per alluuionem, feudo connectitur.*
Et quid de augmento, quod peruenit facto vassalli?
Quidnè de re corporali, vel incorporali?

7 *Vassallus, vt possit naturam feudi dare rei burgensaticæ? & n. 9.*

8 *Baro non rusticus nec burgensis, nec de comprehensis in l. rub. vt possit allodium dare in feudum? & nu. 10.*
Et vt possit sibimet rem propriam allodialem infeudare?

9 *Ilsen. negatiuè concludit, posse Baronem allodium dare in feudum.*

10 *Baro comprehenditur sub nomine Capitanei.*

11 *Vassallus si addat allodium feudo, an allodium transeat cum feudo?*

12 *Dominium rei acquiri ex mistura, seù adnexione rei, nouum non est.*
Et alluuio siuè sit latens, siuè patens, intrinseca, siuè extrinseca, semper plenam dat acquisitionem.

13 Tex.

Digitized by Google

13 Text.l.quod in rerum,§.si quis post, ff.de leg.1. obst.
Et an fundus fiat natura,vel destinatione patrisfamilias?

14 *Res addita,naturam sapit eius, cui addita est,& n.15.& 17.*
Et qua actione repetitur, quod doti additum est?

15 *Res alteri rei vnita, vt primam naturam retineat?*
Et declaratur text. in l.qui fundũ, §.1.ff.de vsuc.pro empt.*& numer.* 18.

16 *Monasterium alicuius Diœcesis,si ob desolationem vniatur alteri Diœcesi,adhuc Episcopus primæ Diœcesis cognoscit.*

17 *Regula, quod res addita sapiat naturam eius,cui additur, vt intelligatur? Intellectus ad* tex.in cap.quia, de priuileg.

18 *Solutio ad* l. qui fundum, §.1. ff.pro emptore.
Et ad capit. quia de relig. domibus.

19 *Ecclesiarum vnio quibus modis fiat?*
Et quid si Baro de allodio, addito feudo,velit facere vnum corpus, an allodium assumat naturam feudi?

20 *Tria necessaria dicuntur ad omnem actum, & quæ necessaria in feudi constitutione.*
Et feudum dicitur quid vniuersum,consistens ex pluribus.
Peculiumuè sicut nascitur, crescit, viuit, atq; munitur,ità feudum.

21 *Feudum est ad instar hominis muti, et vt possit possessor integrare membra suo capiti?*

22 *Ad feudum constituendum quæ requirantur? quæ respectu Domini, quæ respectu vassalli, queuè respectu tertij.*

23 *Res allodialis feudalis, vel emphyteotica non efficitur per solam recognitionem.*

24 *Dominium ex Principis concessione quando acquiratur?*

25 *Baro vt possit addere feudo, vt simul succedat cum suis hæredibus in feudo successuris.*
Et vt requiratur inuestitura,si intendit addere rem feudo, vt sit feudalis?

Iser.in §.è contrario,de inuest. de re alienan. nu.9. vsq; ad vers. idcircò.

CAP. XI.

1  Vmmando *tex.*firmat *quæstionem*, an augmentum, factum per feudatarium,quæratur feudo, ità vt eo aperto, transeat ad Dominum cum augmento? Distinguit iuxtà *tex.*aut augmentum potest per se subsistere,vt prædium, emptum propè feudum, & tunc non acquiritur Domino,vel agnatis,quã conclusionem limitat, nisi vassallus possederit per triginta annos augmẽtum cum feudo, & vt feudum,præstando seruitium Domino de dicto augmento,sicut de feudo arg.eorum quæ supra dixit *Iser.*in materia præscriptionis per *text. in cap. si quis per* 30.*si de feud. fuer.controu.*

2 Ampliat procedere etiam in ædificijs,impositis feudo per §.*si vassallus in fin.hic fini.lex.*

Aut augmentum non potest per se subsistere, & separari à feudo, vt si seruitutem prædialem acquisiuit feudo, quæ non consistit, nisi inhabente prædium,*ff.com.prædiorum, l.* 1. vbi est regula, quod seruitus prædialis non potest acquiri, nisi ab eo,qui habet prædium, & respectu illius prędij,& tunc hoc augmentum ser-

Digitized by Google

seruitutis acquiritur ei cui aperitur feudum, quia est indiuisibile, & ratione indiuiduitatis cõceditur, quod si posset diuidi, non concederetur, *ff. de seruit. leg. l. fin.* vbi singuli hæredes conueniuntur in solidum pro seruitute legata, quia est indiuidua, cum alias cõuenirẽtur pro portionibus hæreditarijs, & notat *glos.* hic, *ver. subsistere*, quæ adducit iura concordantia.

3 Limita tamen secundam conclusionem, quod quamuis cum feudo deuoluatur seruitus, acquisita facto vassalli, tamen dominus, vel agnatus tenetur soluere pretium, sicut tenetur de melioratiõnibus, *d. §. si vassallus.*

Reddit rationem secundæ conclusionis, & decisionis in *text. §. præcedentis quid ergo*, vt in littera, quod vassallus potest meliorare feudum, non deteriorare sine consensu agnatorum, vel Domini, ad quos debet peruenire, quod argumentum inducit ad dicta supra *in dict. §. quid ergo.* Hæc verba *text.* excepit à *l. seruus creditoris, C. de pact.* licet *glos.* hic alleget alia iura in *verb. meliorem.* Demum *Iser.* ponit similem decisionem in fructuario, *l. sed & si, §. proprietatis, ff de vsufruct. vsq. in fin. l.* prout dicit *lex de filio.*

4 Reddit rationem, nam licet feudum sit vassalli respectu vtilis dominij, tamen est Domini respectu directi, qa dicitur Dominus, *l. minor, §. 1. ff. de minor. & l. 1. §. qui in perpet. ff si ager vectig.* & respectu agnatorum est alia ratio, quia est res subiecta restitutioni, quæ propterea est prohibita alienari, *l. pen. & fin. C. comm. deleg. & c. 1. qual. olim feud. pot. alien.* Ex hac theorica colliguntur plures difficultates.

5 Prima, quod res, addita feudo, transit ad hæredem in allodio, postquam non transit cum feudo.

Secunda, quod limitatur, non procedere, si possederit per triginta annos cum præstatione seruitij, cum in re propria non detur præscriptio.

Tertia, quod etiam in re indiuidua, quæ transit incorporata cum feudo, adhuc hæres in allodio succedit in pretio, cum videatur contra naturam dominij, vt quis teneatur soluere æxtimationem rei, cuius dominium authoritate legis acquirit.

6 Pro intelligentia igitur prædictorum, & eorum, quæ infra dicenda sunt, faciamus distinctiones, & sic dicamus de augmento feudi: aut agitur de augmento, peruento sine facto vassalli, vt per alluuionẽ, & est materia, *§ si quis de manso, de controu. inuest.* & fit vnus fundus, *l. si à Titio, ff. de vsufruct. & glos. in l. qui fundum, de vsucap. pro empt.* aut in ædificijs, & est materia, *§. si vassallus, hic finitur lex*, de qua dixi in 1. *alleg.* mea, pro Illustr. Principe Hostiliani, aut in re addita feudo corporali, siue incorporali, & est materia huius *§. è contrario.*

In quo agitur de duobus articulis.

7 Primò, an vassallus possit dare naturam feudalem rei burgensaticæ.

Secundò, an per annexionem videatur vocare Dominum, vel agnatos in dicto feudo, vel hæredes suos, & quem ex eius hæredibus, super quibus erit nostra disputatio.

De quo articulo *Isern.* tractauit in pluribus locis, & diuersimodè.

Primò, an burgensis, vel rusticus possit rem suam allodialem alicui in feudum dare, & de hoc tractauit in *§. si vero contigerit, de pace iur. firm.*

8 Secundò, an Baro, qui non est rusticus, nec burgensis, sed tamen non est de comprehensis in 1. *rub.* possit rem allodialem in feudum dare, & de hoc tractauit *in cap. 1. de controu. feud. apud pares termin. num.* 11. sub quibus quæstionibus inclu-

Digitized by Google

duntur ea, quæ obiter dixit in *addit. an ille qui interf. f. at. domini sui, & in cap. 1. de cleric. qui inuest. fecit, & in 1. rub. feudorum.*

Tertiò, an Baro possit sibimet infeudare rem propriam allodialem, adijciendo eam feudo, & per viam vnionis mutare qualitatem rei, illāq; facere feudalem, & an quando adijcit rem allodialem feudo, efficiat eam feudalem, de quo articulo hic breuiter dicit ea, de quibus in suo commento.

9 In primò articulo an burgensis, vel rusticus, possit rē allodialē infeudare, concludit in *d. §. si vero contigerit*, quod non, quia ex infeudatione confertur nobilitas, & paradogum, vt dixit *in 1. rub. & in dict. cap. 1. de controu. apud par. termin.* quam non habet rusticus, nec burgensis, ideò non potest infeudare, cum nemo det, quod non habet: est & alia ratio, nè iuretur fidelitas rustico.

10 In secūdò, an Baro possit, &c. & qa non est de contentis in 1. *rub.* videbatur dubitandum, tamen quia 1. *rub.* numerat Duces, Marchiones, Comites, & Capitaneos, quamuis de Barone in ea non fiat mentio, tū comprehenditur sub Capitaneis, qa hoc nomen non erat cognitum, inclinat, quod iure isto feudorum, possit; soluens aliam obiectionem, quod conditio Baronis non fit deterior, vt latius *d. cap. 1. de controu. feud. apud par. nu. 11.* & cessaret ratio nobilitatis conferendæ, si sic intelligitur 1. *rub.* & ratio fidelitatis iurandæ.

11 In sertiò quærit hic de vno, & in limitatione soluit de alio articulo, nam quærit, quando feudatarius addit rem allodialem feudo, an quæratur feudo, & ex hac acquisitione, feudo facienda, resultat alia consequētia, nam transit cum feudo, ad quem vadit feudum, & sic ad Dominum, & ad agnatum, in quo puncto adnexionis facit distinctionem, si est separabilis res addita, vel non, & semper cadit resolutio respectu donationis præsumptæ, exclusiua donationis, quia in re separabili indubitanter non acquiritur feudo: in re inseparabili, acquiritur feudo, sed Dominus, vel Agnatus tenetur ad pretium; limitatio vero de re separabili, vt sit idem, quod in inseparabili, quando per triginta annos soluit seruitium de re addita feudo, eaquè possessa per dictum tempus simul cum feudo, innuit secundum literam, vt Dominus, vel Agnatus teneatur ad æxtimationem, sicut de re inseparabili, sed in sensu intellectus innuit, quod res sit effecta feudalis, & acquisita Domino feudi, quoad directum dominium, & sic cessat æxtimatio; propterea altius est exordienda materia, & vlterius est speculandum, quid significent ista verba *l. sern.* hic, quæ videntur incongrua ad materiam augmenti, sicut præscriptio rei suæ?

12 Difficultas ergo non consistit in effecienda annexione, sed in effectu resultante ex ea, nam non est nouū, vt ex mistura, & annexione quæratur dominium rei sine voluntate Domini; non tamen acquirens dominium, debet lucrifacere cum aliena iactura, prout fauore Ciuitatis, nè deformetur, dicitur de tigno, iniuncto ædificio vrbano, ac pariter ratione impossibilis separationis, vt in mistura aridorum, vel liquidorū, & similium, solus casus alluuionis cū distinctione si est latens, vel patens, intrinsecum, vel extrinsecum, dat plenam acquisitionem, ratione cōmunis periculi, vt in pluribus iuribus *in tit. ff. de acq. rer. domin. & inst. de rerum diuis.* secundum quas regulas procedit ista decisio *tex.* quia ratione impossibilis separationis res incorporalis, addita feudo, cum ipso transit, sed tenetur successor ad æxtima-

tio-

tionem; quando vero est separabilis res addita, corporalis, non transit cũ feudo, & sic vnio, vel annexio rei burgensaticæ cum feudo est temporalis, & non perpetua, & illa quæ est inseparabilis, licet sit perpetua respectu rei, tamen est temporalis respectu pretij.

13 Contra quam decisionem *text.* & *Iser.* opponitur.

Primò, de *l. quod in rerum, §. si quis post ff. de leg.* 1. vbi de duobus ædibus facit paterfamilias vnas, quia dicit I.C. pro ratione decidendi, fundi fiũt destinatione patrisfamilias, non natura fundi, concordat *l. cum fundus, ff. de leg.* 2. ibi, *si eam partem non separatam possedit, sed vniuersitati prioris fundi adiunxit*, sicut de vno fundo potest facere plures, positis terminis *l. plane, §. fin. ff. de leg.* 1. *et l. si quis duas, §. si quis partẽ, ff. comm. præd.* Ex hac

14 præpositione sequitur alia, quod res addita sapit naturam illius, cui additur, *l. etiam, C. de iure dot.* ibi, *etiam id quod additamenti causa in dotem datum est, eadem actione repetatur, l. inter, §. cum inter, ff. de pact. dot. al.* ibi, *nec separabitur portio dotis, additamenti causa data, cap. quia, extr. de priuileg.* quia eadem substantia, non debet diuerso iure censeri, & loquitur, si priuilegium immunitatis trahatur ad bona, addita post priuilegiũ

Vndè *Cam.* hic, *fol.* 14. *lit. V.* dicit, posse rem allodialem addi feudo, duobus copulatiuè concurrentibus, quod sit propè feudum, & quod detur in augmentum feudi, quod repetit *fol.* 16. *col.* 1. & *fol.* 39. *col.* 2. vbi ampliat in re, quam tenet Baro ab Ecclesia in emphyteusim, quod quomodo procedat, infra dicam.

15 In contrarium faciunt, quod res vnita alteri, retinet primam naturam.

Primò, de iure ciuili est *text. in l. qui fundum, §. 1. ff. de vsucap. pro emptore*, vbi si quis cepit possidere rem titulo pro emptore, & addidit illi aliã, quam postea cepit possidere etiam pro emptore, quæritur, an præscriptio cæpta, & completa comprendat etiam rem additam? dicitur, quod non, reddẽs rationem, quod res, additæ retinent separatam conditionẽ, ergo res allodialis retinet separatam conditionem, licet sit addita feudo.

16 Secundò, de Iure Canonico, per *text. in cap. quia, extr. de relig. domib.* vbi Monasterium, situm in Diœcesi Nuceriæ, desolatum per hostes, vnitur Monasterio, sito in Ciuitate Surrenti, tamen Episcopus Nucerinus cognoscit, quia vnio non alterat naturam rei, ergo.

17 Et posset responderi ad iura ciuilia, quod natura ibi accipitur de latitudine, vel longitudine prædij, quàm poterat mutare Dominus ipsius, non de natura, data rei ex contractu, prout est natura feudi in re, erecta in feudum, de qua non loquitur ille *text.* pariter & de natura actionis de dote, dos remanet, cum res non prohibeatur dari in dotem, vel in augmẽtum dotis, priuilegia dat lex, non sic in natura feudali, quam non potest dare vassallus, & sic *text. in cap. quia, de priuileg.* retorquetur, dum loquitur de vna, eademq; substantia, quia non est eadem substantia feudi, & rei allodialis, additæ feudo.

18 Verũtamen possunt solui adducta pro contraria opinione negatiua, quia *l. qui fundum*, loquitur de separata cõditione respectu tertij, si enim præscriptio est inducta, nedum fauore possidentis, sed in odium negligẽtis, & requiritur patientia aduersarij, nulla ratio patiebatur, vt res addita, alteri fundo, præscribatur minori tẽpore à lege statuto, ideò nè fiat præiudicium tertio, lex dicit, quòd retinet separatam naturam.

Sic procedit *cap. quia, de relig. domib.* nè fiat præiudicium Episcopo ex

Digitized by Google

vnione Monasterij, ad aliud de alia Diœcesi, sed hic nõ fit præiudicium, nisi ipsi, qui vult rem suam addere, cum quis rei suę sit moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand.*

19 Si vero volumus imitari exemplum vnionis Ecclesiarum, de qua in *cap. 1. per glos. extr. ne Sede vacant.* adhuc termini nõ sunt habiles, nã fit altero de tribus modis (& si *Hostiens.* ibi dicat, quinquè) vno modo vnitur vna Ecclesia alteri, vt subijciatur illi, & isto modo possent esse bona allodialia subiecta feudo, sed non erũt ipsa feudalia.

Alio modo, vt vtraquè remaneat cathedralis, & erunt duo Episcopatus, & vnus Episcopus, quolibet remanente in sua natura, & isto modo procederet *text.* noster, vt vnus sit Dominus, sed bona diuersæ naturæ remanent, vnumquodq; in propria natura: alio modo, vt de duabus fiat vna, & tunc res addita assumit naturam eius, cui additur, & hic est casus dubitabilis, quando Baro vellet de re allodiali, addita feudo, facere vnum corpus, an allodialis assumat naturam feudi? & ad hoc *Iser.* requirit lapsum triginta annorũ cum prestatione seruitij, & *Camerar.* requirit, vt sit propè feudum, quod est contrà regulas iuris, cum ex *l. si quis alias, ff. comm. præd.* habemus, quod quãdo res additur rei, non refert, quod sit propè, vel procul, & fuit deceptus *Cam.* ex verbo *propè*, quod ex contingenti casu *Iser.* dixit.

20 Vt ergo vos veros terminos apprehendatis, premittamus, quod tria sunt necessaria ad omnem actum, potestas, voluntas, & forma. Potestas requiritur maximè in erectione feudi; videamus, quam habet Baro in hoc, & quæ requiritur ad perficiendum actum; & quidem ex parte feudi est possibile, quod recipiat augmentum, cum sit quid vniuersum, consistens ex pluribus, sicut peculiũ, quod est vniuersũ, nascitur, crescit, viuit, & moritur, *l. peculium, ff. de peculio*, cuius exemplo potest feudum crescere, etiam ex additamento extrinseco propter annexionem alterius rei, additæ; ex parte tamen feudi requiritur, quod sit eiusdem naturæ, & substantiæ, vt dominium directum sit pęnes Dominum, vel aliquid loco directi dominij, & ℘ vtile sit pęnes vassallum, & quod sit fidelitas promissa, vt in §. *huius autem generis, in quib. cauſ. feud. ammitt.* cęterum licet feudum sit vniuersitas agrorum, vel rerum stabilium, etiam distantium, quæ vni nomini subijcitur, quod est feudum, arg. *l. rerum mistura, ff. de vsucap.* propterea *in Const. Quatri-*

21 *gennali*, dixit, esse ad instar hominis muti, & posse possessorem reintegrare membra suo capiti, & in *Const. Si quis Baro, de dotar.* dixit eandem sententiam, & quod habet caput, & mẽbra, vndè est, quod nedum constat ex pluribus, distantibus corpore, sed in diuersis territorijs, hinc est, quod *Cam.* non potest defendi, dum dixit, requiri, quod sit propè feudum. latius de his dixi in *alleg. 6. & 50.* Potest tamen altera res addi ab habente potestatem, & hinc est, quod habet statum, & pertinentia, *l. si quando, vbi Lucas, C. de bon. vac. lib. 10.* Illis verò in qbus fuit erectum feudũ, post erectionem, sicut Dominus posset aliam rem addere, an possit Baro hoc facere, videamus.

22 Requiruntur ergo illa, de quibus supra respectiuè ad directum Dominum, item ad ipsum cõstituentem, item respectu tertij.

Respectu Domini, quamuis videretur, quod sit vtile acquirere, tamẽ est in consideratione, quod tenetur vicem reddere in fidelitate, vt §. *Dominus, de forma fidelit.* ergo requiritur voluntas Domini, vt obligetur ad

fide-

Digitized by Google

fidelitatem erga vassallum, item respectu immunitatis fructuum feudi.

Respectu vassalli consideratur directum dominiū, quod à se abdicat, & qualitas quæ additur illi vtili retēto, scilicet feudalis, ergo requiritur dispositio expressa, & acceptatio respectu acquirere volentis.

Respectu tertij, quia Vniuersitas non potest collectare bona feudalia, si efficiantur de allodialibus feudalia, *Petr. de Greg. de concess. feud. par. 1. quæst. 2. in fin.* & sic requiritur potestas ex parte Baronis, & voluntas ex parte vtriusquè, merito si non exprimatur, non fit abdicatio dominij ex parte Baronis, quod etiam si vellet, non abdicaretur, nisi à Domino ac-
23 ceptetur, *l. si quis vi, §. differentia*, vbi *Bart. not. ff. de acq. poss.* cum dominiū quæratur traditionibus, *l. traditionibus, C. de pact. & §. traditionibus, quid sit inuest.* & licet Principi quæratur sine traditione, *l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles.* tamen requiritur acceptatio, *l. qui absenti, ff. de acq. p. ff.* Hinc est, q per recognitionem solam non efficeretur feudalis res allodialis, nec emphyteotica, *Guid. Pap. quæst. 272.* merito *Iser.* dixit, requiri, quod fuerit tenta simul cum feudo, & præstitum ex ea seruitium per triginta annos, quia ex his præsumitur, quod ipsi nouum contractum infeudationis fecissent de allodio addito.

In §. autem *è contrario*, agitur de simplici possessione, quæ potuit esse, vel sub spe successionis suorum filiorū, vel gratia vberioris culturę, *l. Gaius Seius, §. Titius, ff. de leg. 2.* & feudū non transit ad Dominū iure successionis, sed per annihilationem, *Iser. cap. 1. ex quib. caus. feud. ammitt. num. 13.* igitur annihilato feudo, res addita remanet pęnes Dominū, vel hæredem; ad acquirendum ergo requritur potestas, voluntas, per actum facti, & forma per actum validum, latè sed non per istos terminos; *Molyn. de primogen. cap. 26. lib. 1. Mich. Pal. de maior. expens. & melior. quæst. 10.*

24 Quādo dominium possit tolli per Principem, vel ex concessione Principis, docet *Iser. quid sit inuest. Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 6.*

25 Si ergo Baro addit feudo, vt simul succedat ex suis hæredibus, qui successurus est in feudo, potest. Sic iudicauit Reg. Camer. inter sorores Musceptulas, sed res sēper remanet burgensatica, si vero vt fiat feudalis, requiritur inuestitura vera, vel præsumpta, vel pręscripta. Pēdet de hoc lis cū Sereniss. Duce Mutinense cum Camera Apostolica. Si vero simpliciter addit, non acquirit Domino, vel Agnatis, sed sibi, & suis hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus an possit feudum filiæ in dotem dare absq. licentia Domini?*
Explicatur text. in l. 3. C. de natur. liber. in fine, *& nu. 12.*

2 *Libertus, qui Patrono legitimam relinquere tenetur, potest in damnum Patroni bona sua filiæ in dotem dare, & n. 13.*
Pietas paterna in dotatione filiæ reprehendenda non est.

3 *Pignus à debitore vt possit dari in dotem?*
Causauè dotis onera matrimonij, lucratiua non dicitur.

4 *Alienans rem litigiosam punitur, non tamen si alienet in causam dotis.*

5 *Res subiecta restitutioni, & si alienari nequeat, in causam dotis benè distrahitur. & n. 16.*

6 *Mulier, & si sit grauata, hæreditatem restituere; Si congruè non possit se dotare de fructibus, non obstante fideicommisso, potest corpora in dotem dare. & n. 17.*

7 *Hæres consentire tenetur dispositioni defuncti in dotis beneficiū. & n. 18.*

Et

Et an Regis assensus dari possit, mortuo viro?

8 *Tutor sororem pupilli viterinam non dotabit, sed consanguineam.*
Et an bona minoris possint alienari in causam dotis?

9 *Publicus fauor priuato semper præfertur.*

10 *Matrimonij fauore multa sunt inducta specialia, quæ etiam dotem respiciunt.*
Specialia inducta quæ sint?

11 Glos. & Ifern. *demonstrant irrationabilitatem Iuris feudorum, & Constitutionum Regni.*
Iuri feudorum semper standum est, si iure ipso casum habeamus expressum, eoq; deficiente, recurrimus ad Ius Romanum.

12 *Intellectus ad* l.3.C.dē natur.liber.

13 *Intellectus ad* l.1.§.sed & si libertus, ff.si quid in fraud.patr.

14 *Intellectus ad* l.sicut, §.sed si permiserit, ff.qui pot.in pignor.hab.

15 *Intellectus ad* l.fin.C.de litigios.

16 *Intellectus ad* text. in auth.res quæ, C.com. de legat.

17 *Explicatur* l.mulier, §. cum proponeretur, ff.ad trebell.

18 *Dilucidatur* tex. in l.si ego, §.si res, ff.de iur.dot.

19 *Dilucidatur* l.cum plures, §. in primis, *iuncta* glos. ff.de administr. tutor.

20 *Feudum pro dote dari non posse, aperto feudorum iure cautum est. & n. seq.*

21 *Expenduntur iura feudorum, quibus feudum posse in dotem dari probatur.*

22 *Explicatur* tex. in cap.1. an maritus succedat vxori.

23 Tex. in cap.1.de inuest.quam Tit. & cet.& cap.1. de eo qui sibi, & her. suis, *vt accipiantur de dotatione cū assensu Domini?*

24 *Quoties in iure reperitur, mulierem dedisse feudum in dotem, præsupponitur, dedisse, præuio assensu Domini.*
Explicatur tex. in l.Titia, ff. de iur.dot.

25 Tex. in §.donare, tit.qualiter olim feud.pot.alien. *an sit correctus per* tex. in cap.nuper, de donat. inter vir. & vx.
Referuntur Canonistæ, *explicates* tex. in d.cap.nuper.

26 *Pater vt possit feudum dare filiæ in dotem? Filiaē, quæ in feudo successit, possit de eo seipsam dotare?*

27 *Fœmina potest ex pacto succedere in feudo, sicut & in Regno ex* Const. Regni In aliquibus. *& n.seq.*
Et datur intellectus ad d. §. donare, & ad d.cap.nuper.

28 *Fœmina potest feudum in dotem marito dare, dummodò non det æstimatum.*

29 *Explicatur ratio, cur fœmina possit de feudo dotare, eamq; iure ciuili, & feudorum esse regulatam probatur.*
Et quis sit Dominus dotis maritus, an vxor? & n.seq.

30 *Dominium vindicationis dotis, non vero dispositionis est penes maritū.*

31 *Dominus si à principio concessit, fœminam in feudo posse succedere, casum dotationis considerauit.*

32 *Referuntur* DD. *tractantes articulam, dandi feudum in dotem.*

33 *Assensus hominis, & legis æquiperantur.*

34 *Testator, vt possit prohibere alienationem rei suæ etiam ex causa dotis?*

Glos.

Digitized by Google

Glos. 2. verb. alienare, in vers. sed nonne vassallus.

CAP. XII.



1 Værit ista *glos.* si vassallus prohibetur alienare, an possit sine cõ. sensu Domini in dotem dare? arguit quod sic.

Primò, per *l. 3. C. de natur. lib. in fin.* vbi datur modus ciuibus oriundis ex Ciuitate, illi offerre liberos naturales, & hoc modo legitimare, in fin. addit *Imper.* eodem modo posse filiam naturalem maritando cum ciue, ipsamq; legitimare per hunc modum, subdẽs quod parum refert, vt Ciuitati cõsulatur p filios, vel per generos, & sic dum fit æquiparatio filij, & generi, videtur probari arg. *glos.* vt sicut pater potest refutare feudum filijs, eodem modo posset in dotem dare genero pro dote filiæ.

2 Secundò, per *tex. in l. 1. §. sed & si libertus, ff. si quid infr. patron.* vbi libertus, qui tenetur relinquere legitimam patrono, potest in damnum patroni, & legitimæ, ei debitæ, dare in dotem filiæ suæ bona, super quibus tenebatur relinquere legitimã; subdens rationem *tex.* quia pietas paterna in dotatione filiæ non est reprehendenda, ergo minus erit reprehendenda in datione feudi pro dote filiæ.

Tertiò, per *tex. in l. sicut, §. sed & si permiserit, ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluit.* vbi disputando I. C. de consensu ad vendendum pignus, si extendatur ad donationem, excipit causam dotis, quia propter onera matrimonij non dicitur causa lucrativa, & sic fauore dotis permittitur tacitè ex præsumpta voluntate creditoris, habentis ius in re, ergo pari ratione, videtur permissum dari in dotem feudum filiæ ex præsumpta voluntate Domini, propter onera matrimonij.

3

Huc vsq; arguit *glos.* pro parte affirmatiua, sed sunt alia iura, quæ arguunt, posse dari feudum in dotem, quorum aliqua adducit *Isern. in §. donare, supra qualit. olim feud. pot. alien. in princ.* quæ sunt, *l. fin. in fin. C.* 4 *de litig.* vbi punitur qui alienat rem litigiosam propter ius, quæsitum cõlitiganti, & in odium mendacis, qui tacuit ius quæsitum aduersario, & in *fin. Imp.* inter alias limitationes, ponit, nisi alienauerit propter dotẽ, ergo pari ratione à prohibitione alienationis feudi videtur excepta dos, quamuis habeat interesse Dominus.

5 Item per *auth. res quæ, C. com. de leg.* vbi res prohibita est alienari, quę est restitutioni subiecta per rationem in *l. Codicis*, ne quis subuertat ius illius, cui facienda est restitutio, limitatur tamen, quãdo causa dotis, vt in *auth.* vnde sumitur, *de restit. & ea quæ parit in 10. mense*, vbi est consimilis *tex.* fundatus super deceptione mulierũ sub occultis fideicõmissis, vnde fraudabãtur sua dote, ergo pari ratione feudum, quod subiacet restitutioni, poterit in dotem dari ne mulier careat dote.

6 Tertiò, p *tex. l. mulier, §. cũ proponeretur, ff. ad trebell.* vbi mulier grauata restituere hæreditatem, potest, non obstante fideicommisso, bona in dotem dare, quando de fructibus non posset congrue dotari, quia congruit pudicitiæ filiæ, & voto parentis, qui grauauit, ergo pari ratione mulier potest in dotem dare feudum suum; quia congruit suæ pudicitiæ, & tacitæ voluntati Domini, qui inuestiuit fœminam.

7 Quar-

Digitized by Google

7 Quartò, per *tex. in l. si ego, §. si res, ff. de iur. dot.* vbi hæres tenetur cõsẽtire diſpoſitioni, ordinatæ p defũctũ in beneficium dotis, nè mulier remaneat indotata, & tamen conſenſus defuncti erat expiratus, & hæres tenetur de nouo diſponere fauore dotis: pari ratione ne mulier remaneat indotata, Dominus debet conſentire in datione feudi in dotem.

Ex illo *text.* primus omnium inferebat *Bartol. de Capua* hic, poſſe dari aſſenſum Regis pro dote, mortuo viro, cuius conſenſus expirauit, quia hæres tenetur conſentire, & ſic practicamus, quod quomodo ſit intelligendum, infra declarabo.

8 Quintò, per *l. cum plures, §. in primis, cũ glo. ff. de admin. tutor.* vbi tutor minoris nõ dotat ſororem vterinam, ſed tãtũ conſanguineam pupilli, iuncta *l. lex quæ*, C. *eod.* vbi excipitur cauſa dotis in alienatione rei minoris, vbi *gloſ.* ſoluit contraria fauore dotis, & de minori, ſe dotante, eſt, *tex. l. Titia, ff. de iur. dot.* ſecundum vnum intellectum, ergo ſicut limitatur lex prohibens alienationem rei minoris pro dote, pariter debet limitari prohibitio alienationis feudi pro dote.

9 Sextò, per regulã generalẽ, q̃ fauor publicus præfertur priuato, *l. iuriſgentium, §. & generaliter, ff. de pactis, l. Lucius, ff. de euiction.* vbi quis priuatur re ſua propter publicam vtilitatem, ſed dos eſt publicus fauor, *l. prima, ff. ſol. matrim.* & nõ dixit *Orbem*, ſed *Vrbem*, quia non omnes gentes vtuntur matrimonio, & dote; ergo fauore dotis, & ſic publicæ vtilitatis, derogandum eſt iuri directi Domini, vel cuiuslibet, cui facienda eſt reſtitutio fauore dotis.

10 Septimò, quia fauore matrimonij multa sũt inducta ſpecialia, ẽt cõtra voluntatem diſponentis, quæ reſpiciunt etiam dotem, cum ſit conſecutiua matrimonij, cum quis non ducat vxorem ſine dote, *l. ſi fraudator, ff. quæ in fraud. credit. §. 1. ff. de doli except. l. pure, §. ſi eum*, quamuis aliquã. do ſine dote, ſed quæ frequenter accidunt, attenduntur, *l. nam adea ff. de leg.* ſpecialia ſunt, quia reijciuntur cõditiones à legatis de non nubendo, vel de non nubendo cum tali, vel non nubendo in tali loco, cum alibi, vel cum alio non poſſit æquè nubere, *l. cum tale, §. reſcriptum, & l. cum ita, & l. hoc modo, ff. de cond. & demonſtrat.* ergo debet reijci prohibitio de non alienando feudum, cum ſit quid minus, alienare contra prohibitionẽ, quam nubere aliter, quam teſtator decreuit, quod valet etiam inter vnos, *l. pactum, ff. de pact.*

11 *Gloſ.* & *Iſern.* de dictis Iuribus parum, aut nihil curant, licet aliqua allegauerit *Iſer. infr. nu. 13. & nu. 6. & in §. donare*, ad demonſtrandum inrationabilitatem Iuris feudorum, & *Conſt. Regni*, nam de iure habemus *tex.* valere pactum inter contrahentes, *l. 1. §. ſi conueniat, ff. de pollic.* propterea in feudis dixit concedens in inueſtitura ſecundum iura feudalia, iure autem feudi conſtitutum eſt, vt quando habemus caſum, expreſſum iure ipſo feudorum, illi ſtandum eſt, quo deficiente, recurrimus ad Ius Romanum *cap. 1 de feud. cognit.* immò prius arguendum de ſimilibus, & regulis iuris feudorum, vt ibi vobis dixi, ſed de iure feudi habemus *tex.* in contrarium expreſſum, *in §. donare*, ergo non ſunt attendenda iura ciuilia, quæ habent diuerſam rationẽ, vt infra.

12 Primò, *l. 3. C. de natur. liber.* non tendit in præiudicium tertij, cũ legitimatio ſit reſtitutio nataliũ, & agitur de fauore publico, & priuato, & non tollitur ius, quæſitum tertio, ſed impeditur quærendum, ſed in feudi alienatione agitur de iure, quæſito

Do-

Digitized by Google

Domini ex pacto inuestituræ, ergo.

13 Secundò, nec *l.1. §. sed si libertus*, quia paternum officium est dotare filiam, *l. fin. C. de dot. promiss.* & dotando de bonis suis allodialibus, nõ facit fraudem patrono, cui debetur legitima de eo, quod supereſt, & sic tractat de lucro, quod secus esset in creditore, in cuius præiudicium non posset se dotare mulier debitrix, *ff. quæ in fraud. credit. l. ait prætor*, §. *sed cum mulier*, vbi *glos.* dat hanc conciliationem.

14 Tertiò, nec *l. sicut*, §. *sed si permiserit*, *ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol.* qm̃ agitur de interpretãdo cõsensu creditoris ad vendendum, & non ad donandum, cum ex donatione lędatur patrimonium debitoris, vt consensus compræhendat dotem, cum posset creditor aperta verba dicere, *l. veteribus*, *ff. de pact.*

15 Quartò, nec *l. fin. C. de litig.* ab *Iser.* citata, quia inter plures casus exceptos, ponitur de dote, ad euitãdam suspicionem fraudis ex alienatione rei litigiosę, & alij casus qui non sunt ita fauorabiles, vt est diuisio, transactio, & cęteri in *d. tex.* sicut ergo aliæ causæ, quæ excusant alienãtẽ à suspicione fraudis obvitiũ litigiosi, sic excusat causa dotis, non quod inferatur præiudicium alicui in iure suo propter dotem.

16 Quintò, minus obstat *Auth. res, quæ*, quoniam procedit respectu descendentium, quibus pater si viueret, verisimiliter permissurus esset, vt aiunt communiter scribentes, vndè limitant in collaterali, nisi ab eodem fidei commictente descenderet, & penitùs in extraneo negant procedere, latè *Molin. lib. 4. cap. 6.* sed quia posset replicari, admicti posse dationem feudi in descendente, adduco aliam restrictionem, vt non procedat in re prohibita alienari per contractum, *glos. & Bald. in l. nulla, C. de iur. dot. Andr. Barb. ad Bald. ibi, & ad Bar. in d. auth. res, quæ*, & sic inferunt ad feudum, & emphyteusim, vltra quod limitant, quando de fructibus, vel quando aliundè, & sic in subsidium.

17 Sextò, nec obstat §. *cum proponeretur*, quoniam recipit easdem restrictiones, etiam ex eodem *tex.* satisfaciendi voto parentis, & quando fructus non sufficient.

18 Septimò, *l. si ego*, procedit respectu hæredis, vt debeat se conformem reddere voluntati defuncti, qui sic disposuit, & sic non de præiudicio tertij, hinc limitabam assensum præstãdum post mortem, vt ille *tex.* supleat defectum consensus vassalli defuncti, quia nouus hæredis inducitur per illum *tex.* nec cogit Dominum ad consentiendum, ideò si non teneretur Dominus consentire, quia hæres non haberet hæredem, non operatur ille *tex.* ex quo etiam infero, quod D. Prorex tali casu non posset consentire, etiam si vellet, quia est de casibus limitatis in *prag. 3. de feud.*

19 Octauò, leges de tutoribus non militant, quia procedunt respectu solemnitatis, non totalis præiudicij, & nihilominus sunt in opinione, quod requiratur decretum, vt in dictis iuribus, sed in effectu non agitur de præiudicio alieno, & de debito necessario pupilli.

20 Nonò, non obstat fauor publicus, qui versatur in dote, quoniam certa sunt priuilegia de Iure Romano, & certum est Ius de iure feudorum, quod pro dote non possit dari feudum, quod etiam est de publico.

Decimò, quod lex dixit aliqua pro dote, nõ dixit de feudo cõtra voluntatem Domini, standum ergo est legi, *l. prospexit*, *ff. qui & à quibus.*

21 Vndè alij dicunt arguendum esse de iure feudorum. &

Digitized by Google

Primò, per *cap.* 1. *An maritus succedat vxori*, vbi fœmina habet feudum, & filij succedunt.

Secundò, ex *cap.* 1. *de inuest. quàm Titius accep. à Sempr.* vbi fœmina dedit in dotem feudum.

Tertiò, p *cap. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis*, vbi fœmina dedit in dotem feudum marito suo, quæ iura videntur contraria *§. donare, qualiter olim feud. pot. alien.*

22 Sed hæc iura feudalia non obstãt p subscripta, & primo *c.* 1. *an maritus succedat vxori*, nõ loqtur de datione feudi in dotem, sed disponit, quod maritus non succedit vxori, prout erat de Iure Longobardorum *de succes. marit.* & quoad filios fœminæ, procedit de æquitate, vt ibi dicitur, & sic non est contra *§. donare.*

23 Reliqua vero duo iura, licet expressè loquantur, quod fœmina dedit in dotem feudum marito, tamen non obstant, quia non dicunt id fecisse sine assensu Domini. Immò vt dicit *Cam. hic fol.* 82. subintelligendum est, processisse de consensu Domini, & sic cessat contrarietas, sed in qua lege fundatur hæc subintelligentia, *Cam.* non attingit.

24 Vndè dicamus nos, quod dum habemus *tex.* apertum, non posse dari feudum in dotem, quando in iure reperitur mulierem dedisse feudum in dotem, præsupponendum est cum consensu Domini, vt euitetur contrarietas, & vt actus valeat: hoc assumptum probatur de Iure Romano, siquidem minor non potest nec in dotem dare sine decreto *d. l. lex quæ*, & dum in *l. Titia. ff. de iur. dot.* dicitur, quod mulier minor dedit in dotem, *Ioannes* dat suam intelligentiam, quia *tex.* in principio narrat casum, quando mulier minor fecit permutationem, deindè quãdo subdit lex, quod fundum permutatum dedit in dotẽ, *Ioannes* supplet, quod dedit quando erat maior, & *glos.* reddit rationem, vt expositio *Ioannis* sit vera, ad euitandum contradictiones iurium, licet *Azo* dicebat esse speciale in dote. Ideò *Iser.* non proponit de dictis iuribus feudalibus.

25 Transeamus ergo ad Ius canonicum, quo iure videtur correptus *§. donare*, quoniam in *cap. nuper, ext. de don. inter vir. & vx.* est *tex.* vbi datur feudum in dotem sine assensu, pro cuius *tex.* intelligentia licet *DD.* fint varij, quoniam aliqui intelligunt illũ procedere in donatione propter nuptias, non in dote, *glos. ibid.* exponit *in dotem ideſt donationem*, quam sic omnes intelligunt, sed in *cap. 2. de feudis*, dicit apertè, posse dari feudũ in dotẽ per *d. cap. nuper*, *Inn. in d. cap. nuper*, dicit, in dotem, quia maritus dotauit, & expressè disponitur, posse dari feudum in dotem per *cap. 2. Hostiens.* relato *Inn.* se refert ad *cap. fin. nè Prælat. vices suas*, *Io. And.* refert *Inn. & Host.* & pertransit, sed *tex.* loquitur de donatione propter nuptias, quia in fine reprehendit supplicationem supplicantis, qui incongruè locutus est; quo vero ad articulum parum refert, nam parificantur, sed quia *tex.* loquitur, durante dominio vxoris, quia nemo plus iuris, quasi quod de fructibus disposuit durante tempore vitæ suæ, quod diximus posse fieri, ergo ex hoc non obstare videtur, & *Cald. in cons.* 10. *tit. de feud.* intelligit illum *tex.* procedere in feudo personale, seu temporale, non perpetuo.

26 Vndè *Iser. in §. donare*, relato *Ardiz. in summ. par.* 1. *in* 2. *cap.* 130. vbi arguit pro, & contra, concludit posse patrem dare feudum in dotem filiæ, & filiam, quæ successit in feudo, posse dotare semetipsam, per *§. cum proponeretur*, dummodo non det æxtimatum, quia faceret emptionem, vel ni faceret pactum de lu-

Digitized by Google

lucrando feudo dotali.

Primò, huic conclusioni dicit obstare *Isern.* quare non idem pro necessitate propria, & licet diuersificet de fructibus; tamen, quando nõ sufficiũt, adhuc remanet quæstio, soluit quia dotando remanet pęnes vxorem, vel ad vxorem, vel patrem dotantem est recasurum, quod secus in alia alienatione.

Secundò, arguit *Iser.* quod sequeretur aliud inconueniens, quia succedent filij ex equitate, de qua supra contra regulam §. *hoc autẽ in* 1. *rub.* vbi omnes descendentes ex fęmina à feudi successione remouentur.

Tertiò, arguit de pia causa, quæ pariter est priuilegiata, immò magis, & tamen indubitanter non potest pro anima iudicare *d. §. donare*, & in hoc *tex.* nostro, in quo dicit *Cald.* nõ adesse hoc verbum in antiquis, vt ibi per ipsum in *dict. cons.* 10. respondet q dũ *DD.* sic intellexerunt in dote, non est trahendum in casus similes.

27 Arguit pro fęmina, quia ex pacto potest succedere, & in Regno, ex *l. Regni*, ergo si ipsa succedit in feudo, potest feudum dare in dotem viro, cui se dedit.

Primò, concludunt, §. *donare* procedere in extraneo.

Secundò, *cap. nuper*, quando non habebat aliud pater, vt possit dare feudum.

Tertiò, fęminam posse se dotare, p §. *cum proponeretur*, & p d. iura feuda-
28 lia; dũmodo nõ det ęxtimatũ, neq; faciat pactũ de lucrãdo, & licet *Cam.* ad prędicta respondeat *f.* 83. *l. F.* & *f.* 84.
29 *l. A.* Obseruate vos de muliere se dotante, de qua tantum exclamat *Cam.* contra Doctores sensientes posse dotare se de feudo, quod est regulatum à Iure ciuili, & feudorum, siquidem respectu dominij non transfert dominium per dotationem in virũ, vt efficiatur patrimonium viri, sed dominium de iure ciuili, non de iure gentium, quia statutum est per *l. doce ancillã*, *C. de reiuen.* vt maritus faciat fructus suos propter onera matrimonij, cõsequẽs erat, vt possit vẽdicare, sed in effectu vxor remanet domina, *l. in rebus*, *C. de iur. dot.* vbi est *tex.* expressus, q mulier potest vendicare, & habet hypotecariam, reddit rationem *tex. de reiuendicatione*, quod licet de subtilitate iuris ciuilis dominium est viri, in rei veritate tñ dominium est vxoris, *glos.* subdit dominium de iure naturali, secundum *Martinum*, & sic dominium de iure gentium habet vxor, de iure ciuili ad agendum habet maritus: quod patet nam si haberet dominium de iure gentium, haberet augmentum alluuionis, quod non habet maritus, *l. 4. ff. de iure dot.* nec habet *Thesaurum*, nec partum ancillæ dotalis, *C. de rei vx. act. l. vnica*, §. *itaq. glo. in l. diuortio*, §. *si fundum*, *ff. sol. matr.* vbi agitur de arboribus euulsis, quod maritus restituet, & *l. si constante*, §. *si maritus*, *ff. sol. matr.* vbi agitur de seuitia, vt nullam in dotales seruos, sicut nec in alienos teneat.

30 Ideò *Bald. in d. l. in rebus*, dicit dominium vindicationis, hoc habet maritus, dominium dispositionis, hoc non habet maritus, *l.* 1. *ff. de fun. dot.* dominium fruitionis, & hoc est commune etiam vergente ad inopiam, *d. l. in rebus*, & *l. vbi adhuc*, & *l. si cõstante*, *ff. sol. matr.* & plenę possessionis, vt in *l. raptores*, *C. de Episcop.* & *Cleric.* ergo *Iser.* & *Ardiz.* bene dicũt, quod mulier potest se dotare de feudo, quia non transfert dominium iurisgentium, sed dominium iuris ciuilis, vt possit maritus vindicare, ipsa remanẽdo domina de iure naturali, seù gentium, & remanet domina quoad fruitionem, & sic est quodam ius in re, diuersum ab eo, quod est prohibitum in feudis, cum sit ad tempus matrimonij, nec contemnitur Dominus.

Digitized by Google

31 Immò à principio quando Dominus concessit, vt fœmina posſit succedere, cõsiderauit istum casum, quod fœmina nuptura erat, & per consequens datura erat, & se, & bona sua marito, ac in mariti custodiam; siuè igitur teneat in parafernum, siuè det in dotem, maritus administrat, respectu ergo temporalitatis nihil noui, vel incogniti Domino accidit, respectu proprietatis, dum non est æxtimatum, vel deest pactum de lucrando, nihil est; ergo benè concludunt,

32 *Iacob. de Feud. vers. quod docti vassalli inuestiti, num.* 28. diminutè loquitur, *Io. Rayn. in §. habito, cap. Imperialem, num.* 16. *ver. sed an in dotem*, plenè distinguit, relatoq. *Iacob. Beluis. Io. Blanc. & alijs*, tenet non posse patrem, nec extraneum, mulierem posse, dummodo non æxtimatum, sic cõcordat iura feudalia, & *cap. nuper* intelligit de donatione propter nuptias, *Curt. iun. de feud. part.* 4. *num.* 93. latius examinat *Guliel. pern. sicul. in primo not. fol.* 24. *col.* 5. *& dicit Ludouicus, de Anna in repet. Const. n.* 15. *cum seq. Cannet. in cap. volentes, §.* 10. *fol.* 31. *Ifern. qui succ. ten. il.* 1. *num.* 2. *ver. sed hoc est*, dat intellectum ad *c. nuper, extr. de don. int. vir. & vx.*

33 Assensus hominis, & assensus legis æquiparantur, patet quod lex permictit alienare feudum pro eo tempore, quo alienator tenere posset, *§. rursus, si de inuestit. feud. contr. fuer.* sic quando Dominus consentit, intelligitur, vt habeat emptor eo modo, quo venditor. Subiungit quod in *cap. nuper*, permictitur datio feudi in dotem pro eo tempore, quo ipse vassallus tenere debet, & non indiget consensu Domini, *d. c. nuper*, & licet loquatur de donatione propter nuptias, *glos.* tñ in *cap. 2. extr. de feud.* inducit ad dotem, propter similitudinem, quæ est in dote, & donatione propter nuptias, *l. fin. C. de don. ante nupt. in princ.* Et si in casu *cap. nuper*, Dñs consentiret, nõ operaretur nisi alio modo, quam eo, quo lex consensit, quia alias non operaretur consensus hominis, vbi est cõsensus legis, nam posset dare in dotem inæxtimatum, & sine pacto de lucrando, vt dixit in *§. donare.*

34 Prohibitio alienationis feudi, etiã ex causa dotis, habet cõcordantiam cum articulo Iuris ciuilis. De intellectu *auth. res, quæ, C. com. deleg.* an testator posſit prohibere alienationem rei suæ, etiam ex causa dotis, in quo subscripti responderunt, posse testatorem prohibere, & cessare *auth. res, quæ, glos. in l. nulla, ver. prohibitum, C. de iure dot. Ias. ibid. num.* 105. *Ant. de Padigl. in dict. auth. num.* 116. *Couarr. variar. resol. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 10. *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 6. *num* 11. *Lupi in repet. c. per vestras, extr. de don. int. vir. & vx. §.* 16. *Cam. in hoc cap. Imperialem, fol.* 83. *col.* 2. *& 3. à ter.*

SVMMARIVM.

1 *Feudum an possit donari, in dotem dari, siuè pro anima iudicari?*
Et quid respectu emphyteuzæ Principis.
Pater si aliud non habeat, feudum dare potest filiæ in dotem.

2 *Maritus vxori non succedit in feudo, nisi specialiter Dominus concedat.*
Filijq; fœminæ succedunt in feudo tantum de æquitate.

3 *Gratia, in vno concessa, ad aliud simile, etiam ex maiori ratione non extenditur, nisi exprimatur.*
Et an prohibitio, matrimonia impediens sit irrationabilis?

4 *Ex concessione Feder. Imper. in Archiuio existente, qui accipit in dotem feudum æstimatum, debet illud pecunia luere, & quid si non sit soluendo?*

5 *Pactum in donatione appositum, ne sci-*

scilicet mulier nubat sine consensu donantis, lege annullatur, & cur. Quidnè si hoc pactum apponatur in contractibus.

6 *Donatio si fiat extraneo, nè mulier nubat, an reiciatur conditio fauore extranei?*
Et quid si res donata, conditione deficiente, reuerteretur ad mulierem, in conditione positam?

7 *Feudi donatio cum pacto, nè illud detur in dotem Seiæ, an substineatur? Et donatarius aliud non habens, an possit feudum hoc in dotem dare?*

8 *Feudum donatum alicui, ea lege, nè det in dotem Seiæ, si conditione deficiente, reuersurum est ad Seiam, vt reiciatur conditio?*

9 *Matrimonium quamuis possit esse sine dote, facilius tamen fit cum dote.*

10 Tex. in §. donare, qualiter olim feudum, &c. *an sit irrationabilis, & cũ sit consuetudo, an sit seruanda propter irrationabilitatem? & nu. seq.*

11 *Soluitur obiectio irrationabilitatis contra* d. tex. in §. donare. *Et cur fœmina à feudi successione excludatur. & n. seq.*

12 *Fœmina in quibus casibus in feudo succedat?*

13 *Fœmina succedente in feudo, an sit irrationabilis prohibitio dandi in dotem feudum prædictum?*

14 *Regni Constitutiones adnotantur, prohibentes feudum dari in dotem. Et an leges ciuiles tollentes in legatis conditiones, impeditiuas matrimonij, sint iustæ?*

15 *Matrimonia, quia sunt de Iure Diuino, debent esse libera, etiam secundum Gentilem Philosophum.*

16 *Leges possunt omnia, quæ possunt partes. Et prohibitionem de dando feudum in dotem esse iniquam, Sacræ Scripturæ authoritate probatur.*

17 *Alienatio ob necessitatem fit de iure, prohibitione non obstante.*

18 Iser. *vbi tractet articulum de obligatione feudi? Et vendere, ac obligare, vt differant inter se?*
Et an Const. Regni Fratribus *sit abrogata p* Cap. Reg. In planitie.

19 *Dare, & obligare in quo differant.*

20 Tex. in Cap. Reg. In planitie, *& si corrigat abusum in matrimonijs, an propterea det facultatem obligandi feuda?*

21 *Intellectus multiplex ad* d. Cap. Reg. In planitie.

Iser. num. 3. in fin. vers. item hoc vltimum de dando in dotem.

CAP. XIII.

1  *Ser. in §. donare,* in principio inferẽdo sic ait: *alienare non poterat, & per consequẽs nec donare, nec in dotem dare, nec pro anima iudicare, tamen liberalius agitur cum emphyteuta Principis, l. 1. C. de fund. patrimon. lib.* 11. Arguit contra *tex.* de dare in dotem, de iure ciuili posse, non obstante prohibitione, exemplo liberti, *l. 1. §. si libertus, ff. si quid in fraudem patron. & C. de litig. l. 1. & auth. res, quæ;* cõcludit tandem, quod si non haberet aliud, posset feudum dare in dotem filiæ, ex *Ardiz. in summa, rub. vtrum vassall. poss. feud. dar. in dot. pro fil.* ampliat in ipsa muliere, vt possit dare feudum viro in dotem, limitat nisi det æstimatum, & nisi faciat pactum de lucrando.

2 Arguit, quare secus pro suis alimentis, cum sit similis ratio, ne pereat fame, *ff. ad l. Aquiliam, l. illud,* sublato argumento de fructibus, quia

Digitized by Google

quia possent non sufficere, soluit de de ratione diuersa, quia feudum est reuersurum ad fœminam, vel patrem, nam maritus non succedit, nisi specialiter Dominus concedet, *cap. 1. an marit. succ. vx.* replicat, quod etiam esset irrationabile, quia succederent filij fœminæ, cõtra §. *hoc aũt in 1. rub.* licet filij succedãt de æquitate, tñ succedent: soluit, quod gratia in vno nõ extenditur ad aliud simile, vel cum maiori ratione, nisi specialiter exprimatur, DD. certo modo concedũt in dote, non sequitur ergo in alijs.

3 Infra post additionem continuãdo sermonem de dote, dicit, esse irrationabilem prohibitionem, impedientem matrimonia, vt dixit in *cap. Imperialem*, deindè sequitur de donatione propter nuptias, & de quarta, & de lege Regni.

4 In additione refert concessionem *Feder.* in Archiuio, & Registris, vt quãdo quis dedit feudum in dotem, æxtimatum pro certa quantitate, cogatur dõtans soluere pecuniam, & luere feudum, & si non sit soluendo, rescisso contractu dotis, detineat loco pignoris, & de fructibus sibi satisfiat pro oneribus matrimonij, quæ si non suberit, compenset cum sorte.

In *cap. Imperialem, num. 13.* prosequendo materiam de potestate concessa Vicario, quando posset cõsentire pro dote, vel obligationi pro dote, vel dotarium, vel donatione propter nuptias, præmittit nonnulla ad euidentiam propter *glos.* quæ ibi dicit; nõ posse dari feudum in dotẽ.

5 Incipit de priuilegijs matrimonij, quia lex annullat pactum in donatione appositum, nè nubat sine consensu donantis, quia esset, ac si diceret, ne nubat, *l. cum tale, §. rescriptum, ff. de cond. & dem.* quod procedit tantum in virgine, secundũ *tex. in auth. cui relictum, C. de ind. vid. toll.* pariter si pactum, ne nuberet Titio, cum alij nubere non posset, pariter, ne nubat in tali Ciuitate, cum alibi æquo nubere non posset, ex quibus inducitur viduitas, *l. cum ita, ff. de cond. & dem.* pacta prædicta sunt in fraudem legis, quæ vult habere prò impleta conditionẽ cælibatus: & q̃a dubitari posset, an id procederet tantũ in vltima voluntate, secus in cõtractibus, soluit, quod si ita fiunt in vltimis voluntatibus, fient ẽt in contractibus, *l. pactũ, ff. de pact.* vbi *glos.* notat casus, qui per pactum non possunt iniri.

6 Limitat procedere, quando dedit cum hoc pacto mulieri, vel patri, secus quando extraneo, ne nubat Seiæ quia valet, & nubendo, ille tertius perdet rem legatam, *l. mulieri, ff. de cond. & dem.* sublimitat, nisi donatũ foret reuersurum ad mulierem, quia militaret eadem ratio, impeditiua matrimonij, *l. auia, §. Titio, ff. eod.* idẽ in patre, & filio, cum quibus concurrit eadem causa, *l. hæres, §. fin. ff. eod.*

7 Infert, si valet pactum cum extraneo, ergo valet pactũ donando feudum cum pacto, ne det in dotẽ Seiæ, quia ex consensu contractus legem accipit, *l. 1. §. si conuenerit, ff. depos.* nã in re sua q̃libet est moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand.* & sic valet arg. de vltimis voluntatibus ad cõtractus, q̃a si in vltimis volũtatibus voluntas est lex, ita in contractibus voluntas est lex, limitat, nisi ille, cui fuit datum sub hac lege, non haberet aliud, arg. *d. auth. res, quæ, & C. de litig. l. 1.* & notat *Ardiz. in sum. rub. cit.*

8 Et quia supra limitauit, pactum validum cum extraneo, non valere, quando res donata esset reuersura ad mulierem, nunc limitat donationem feudi factam Titio, ne illud det in dotem Seiæ, quando feudum esset reuersurum Seiæ *d. l. auia, §. Titio*, vt eo non obstante, possit dare in dotem, reddit rationem, quia pactũ, cõtra bonos mores, & cõtra Rẽpublicã,

quæ

Digitized by Google

quæ vult sobolem: corroborat, quod non valet contra id, quod est pro bono publico, *l. iurisgētium ff. de pact.* & interest Reipublicæ mulieres esse dotatas, *l. 1. ff. sol. matr.*

9 Sed quia dicta iura nihil dicunt de dote, & posset esse sine dote matrimoniū, soluit tacitā obiectionē, quia facilius nubet cū dote, *ff. de his quæ in fraud. cred. l. si fraudatur*, cum similibus, ergò, corroborat à simili, quia prohibitus alienare, alienat pro dote, *d. §. si libertus*, exemplo etiā de minore, prohibito alienare, sed non pro dote, *C. si maior fact. l. fin. & l. lex quæ, ff. de admin. tut. cum similibus.*

10 Sed quia sunt iura ciuilia, & hic casus est præuisus de iure feudorum *d. §. donare*, soluit, quod ille *text.* est inrationabilis, & cum non sit lex, sed consuetudo, non seruabitur, quia inrationabilis, *auth. vt nulli Iud. §. 1. C. quæ sit long. consuet. l. 2.* facit obiectionem, quod licet *§. donare* sit inrationabilis, tamen quia iure isto fœmina est excluſa, quia non potest

11 seruire, soluit quod etiam in hoc ius feudi est inrationabile arg. *l. maximum vitium, C. de lib. præter.* quæ æquiparat in successione mares, & fœminas, ergo ius feudorum est inrationabile, itē quatenus tollit successionē, quia non potest seruire, soluit quia potest seruire per maritum, qui quādoq; est sufficientior filio feudatarij, vel per alium substitutum, sicut minor, & alij inhabiles, *cap. si quis decesserit, si de feud. fuer. controu.* dat aliam rationem ad probādum, quod ius feudorum, excludens fœminas à successione, sit inrationabile, quia datur casus in quo succedunt, quando ex pacto fuit datum pro masculis, & fœminis, *de nat. succ. feud. cap. 1. & de eo, qui pro se, & heredibus masculis, & fœminis.* In quibus casibus iura permittunt, fœminam succedere, & narrantur duo in *d. cap. 1. de nat. suc. feud.* & duo in *glos.* sed sunt reducibiles ad duos, primus qñ à principio fuit datū pro fœminis, vel feudū fuerit de natura fœmineū, secūdus si ipso deuoluto, fuerit de nouo reconcessū filiæ ob amorem patris, in istis dicit *Iser.* si fœmina succedet, quare prohibetur pater dare feudum in dotem filiæ, ergo *§. donare* est inrationabilis in istis casibus.

13 Nunc addit alium casum limitationis, q̄ dū in istis casibus, in quibus fœmina succedet, est inrationabilis prohibitio dandi in dotem, multo fortius est inrationabilis, si ipsa mulier se dotet de feudo suo: hæc limitatio procederet in Regno, in quo fœminę succedunt, *Const. In aliquibus, & Const. Vt de successionibus*, vt infra notat *Iser. in fin. quæst.*

14 Deindè, quia posset opponi nedū de *§. donare*, cui respondet, esse consuetudinem inrationabilem, sed quia adsunt leges Imperatoriæ, prohibentes feudum dari in dotem, vt in *Const. Fratribus*, immò in *Const. Honorem*, prohibetur matrimonium feudatariæ, ergo cum sint leges, debent seruari in Regno Condentis, etiam si duræ sint, *l. prospexit, ff. qui & à quib.* sicut ēt ex *d. l. cū ita, & l. hoc modo, ff. de cond. & demonstr.* quæ tollunt conditiones in relictis, quæ possunt impedire matrimonia, cum sint iura ciuilia, non naturalia, quæ non possēt tolli lege positiua, secundum opinionem aliquorum, soluit exagerando contra tales, quod sunt timidi, & notant ad placitum Principum, idcò sequitur opinionē aliorū, inue-

15 bētiū cōtra dictas leges, quia impediunt matrimonia, quæ debent esse libera, & de Iure Diuino, & secūdum Gentilem Philosophum, & lex debet esse iusta, ergo: pbat quod impediant matrimonia, nam vetant feuda dari in dotem, vel obligari pro dote in pecunia, sine consensu, quem

non

non dabunt Principes, nisi cui ipsi nolint, vt nubat, vel denegent assẽsũ in datione feudi pro dote, sine qua mulier non potest nubere, sed matrimonia debent esse libera, nec via indirecta impediri, *l. scire, ff. de tut. & cur.* probat alia ratione, nam si ex pacto contrahentes non possunt impedire matrimonia, quomodo potest lex, cum possit lex ea, quæ possunt partes, quia leges sunt de iure vassallorum de vtili dominio, nõ de proprietate, quæ est Imper. qui condidit leges, *ff. de nou. oper. nunc. l. non solum, §. fin. & C. de fideiuss. l. fin.* corroborat ex Sacra Scriptura, ex Isai. vt ei q̃ condit legẽ iniquam, vndè redditur probatio clara, q̃ *dict. Constitutiones* sunt iniquę, quia fęmina potest succedere quare ergo fęmina non potest dotari de feudo.

17 Concludit quod si fuit iniqua prohibitio, debet, & potest Vicarius consentire, corroborat alia ratione, nam alienatio necessaria fit de iure, non obstante prohibitione, *de leg. 2. l. peto, §. prædium*, sed dos est consecutiua matrimonij, quod licet possit esse sine dote, tamen frequentius fit cum dote, & quæ frequenter accidunt, attenduntur, addit aliã rationẽ de *cap. Regni in planitie*, quo astringitur Rex consentire, etiam si Vicerex denegat, teneretur, & Rex quando constituit Viceregẽ, videtur committere ea, ad quæ ipse tenetur, *ff. de cond. ind. l. si procur. Isern. in cap. Imperial. num. 6. ver. in Regno Siciliæ*, vbi tractat de obligatione feudi.

18 Postquam demonstrauit aliud esse vendere, aliud obligare, infert ad Ius Regni *Const. Fratribus*, quæ permictit obligationem, & certo modo dationem pro dote, quando cum licentia Principis nubit, quæ licentia est remissa per *cap. In planitie*, quod permictit matrimonia, dummodo nõ det feudum in dotem, sed quia de obligatione, nihil dixit *cap. Regni*, videtur incorrecta *Constit. Fratribus* in hoc tertio casu de obligatione.

Nunc arguit contra, quod licet *d. Const.* non sit in tertio casu abrogata per *cap. in planitie*, quod videtur omictere de obligatione, tamen est intermedia *Const. Caroli Primi*, quæ prohibet matrimonia sine assensu, & etiã quando cum assensu, & requirit assensum ad dationem, vel obligationem feudi, de qua *Const.* testatur *glos.* licet ei non credatur, sed quia superuenit *cap. in planitie*, abrogauit totum de matrimonio: de obligatione tacuit, & non prohibuit, ad obligationem non trahitur, nec directè, nec indirectè, *l. si rem, §. de viro, ff. sol. matr.*

19 Probat ex differentia, quia dare est accipientis facere, obligare est remanere dominum, ergo cũ *cap. in planitie* sit ad releuamen Regni, non debet in odium, probat, nam excipit de dote, non extenditur ad quod est minus prohibitio, quia regula procedit è contra, prohibito, quod est minus, prohibetur, quod est plus, *l. cui pacto, ff. de ser. expor.*

20 Nunc soluit principalem quæstionem, dicendo, verius videtur, vt *cap. in planitie* tantum corrigat abusum matrimonij, non propterea dedit licentiam obligandi feuda, quod erat ex se prohibitum, ergo si permisit matrimonia libera, & dari cum assensu, non propterea permisit obligare, quod aliàs erat prohibitum per alias leges, quæ nõ corrigũtur, nisi expressè, & si *Constit. Caroli Primi* appareret, correxisset *Const. Fratribus*, dum vult etiam in obligatione assensum, quæ ideo permisit obligare sine assensu, quia matrimonium non poterat fieri sine assensu, sublato impedimẽto matrimonij, vt sine assensu, &c. sublata est permissio obligandi sine assensu, quia dependet ab illo assensu,

Digitized by Google

ſu, ideò *cap. in planitie*, derogat *Conſt.* etiam in permiſſione de obligatione, deindè infert, ſi non apparet, remanet *Conſt. Fratribus*, reddens rationem, quare permiſit obligare, quia quando aſſenſit matrimonio, tunc indagauit de viro.

21 Vltimò, dicit cauſas indagandi, ideò *cap. in planitie*, permiſit matrimonia, non permiſit obligare, quod erat prohibitum, reddit rationem differentiæ de licentia matrimonij à licentia obligationis, & dationis, ideò diuerſa ratio, diuerſa deciſio, ſenſit vnum cõtrarium, quod qui conſenſit, dat, ergò aſſenſiendo matrimonio, aſſenſit obligationi, reſpõdet, tacitè, quod aſſenſit matrimonio in genere, ignorando perſonas, ſed quando aſſenſit dationi, vel obligationi, perquirit de perſona, & ſic non poſſe obligari concludit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus recipiens in dotem feudum inæſtimatum, vt illud luere teneatur?*
Et explicatur prouiſio Feder. *exiſtentis in Archiuio.*

2 *Maritus feudum recipiens in dotem inæſtimatum, ſi non ſit ſoluendo, retinebit illud loco pignoris, vt de fructibus ſibi ſatisfaciat.*
Declarantur ſpecialia, inducta per nouam prouiſionem Imperatoris Federici.

3 *Maritus recipiens feudum in dotem, tenetur ad ſeruitium ratione poſſeſſionis, licet non ſit Dominus.*

4 *Noua prouiſio* Federici *locum habet, tam reſpectu contrahentium, quam reſpectu Curiæ, quando ipſi aperiretur feudum.*

5 *Noua prouiſio* Federici *locum habet, ſiuè contrahentes ſciant, feudum eſſe, ſiuè ignorent.*
Et an emptor feudi, ſi ſciat feudum eſſe, contra venditorem de euictione aget?

6 *Maritus, & ſi ſcienter accipiat in dotem feudum æſtimatum, adhuc ſuſtinetur datio in æſtimatione, & cur?*

6 *Mulieres rarò ſciunt, quæ ſunt de apicibus Iuris.*
Et explicatur ratio fundamentalis prouiſionis Federici.

8 *Maritus lucratur fructus feudi propter matrimonij onera, quæ ſi non ſuſtineat, eos computabit in ſortem.*

9 *Verbum* (de fructibus) *delendum à prouiſione* Federici.

10 *Prouiſio* Feder. *procedit conſtante matrimonio, non verò eo ſoluto.*
Et de malo intellectu Lipar. *in dicta prouiſione circa verbum* maximè.

11 *Prouiſio* Feder. *vt procedat, feudo aperto Domino, in domini præiudicium.*
Statutum eſt interpretandum, vt aliquid noui ſtatuat.

12 *Damnatur* Lipar. *qui voluit corrigere* Loffredum.

13 *Statuti verba ſunt ſtrictè accipienda, & omiſſum pro omiſſo habendum.*

14 *Prouiſio* Feder. *vt ſit facta in odium dotantis?*
Et vt poſſit reuocari datio feudi in dotem?

15 *Lex operari debet contra condentem.*

16 Iſern. *interpretatio ad prouiſionem* Federici.

17 *Iure communi feudorum permittebatur feudi pignoratio tantum pro medietate.*
Et de expoſitione Lipar. *improbata per* Camer.

18 Text. in cap. nuper, de donat. inter vir. *dilucidatur.*
Et vt feudum poſſit dari in dotem vita durante mariti.

19 Gloſæ, *& aliorum* Canoniſt. *expoſitio ad* d. cap. nuper.
Et an tex. in d. cap. nuper, *loquatur de dote, vel de donatione propter*

Digitized by Google

nuptias? vel de feudo personali.

20 *Pater an possit dare feudum in dotem filiæ sine assensu ad vitam tantum suam?*

21 Camem. *arguit* Canonistas, *ac* Dominos de Rota, *non benè intelligentes* tex. in cap. nuper, *& dat ipse intellectum suum.*

22 Camem. *corrigit* Glosam, *& quando debeatur antefatum vxori?*

23 Cam. *refellit* Alex. Calder. & alios, *sed reicitur ab Authore.*
Et an tex. in cap. nuper, *corrigat ius feudorum?*

24 *Pater habens filios masculos, an possit feudum filiæ dare in dotem, aliud non habens?*

25 *Prouisio* Imper. Feder. *genericè loquitur, concordatq; cum* cap. nuper, cit. & cum l. fundus, qui ff. de resc. scind. vend.

Isern. in d. §. donare, in additione, nu. 5. vers. Imperator Federicus.

CAP. XIIII.

1  *Ser.* refert nouam prouisionē *Federici*, ad limitationem §. *donare*, quo phibetur datio feudi in dotē, præsupposito casu, quando de extraneo, quia de patre, & de muliere se dotante, supra dixit, cum interpretatione summatorum; dicit ergo, quod *Federicus Imperat.* hoc nouum statuit ad correctionem iuris feudorum, vt si quis dederit feudum æxtimatum in dotem pro certa quantitate, si dotans est soluēdo, cogitur soluere pecuniam, hoc est ptimum speciale, quia si contractus ex consensu legem accipiunt, dotās non intellexit dare pecuniam, sed feudū, si non valet datio feudi, lege prohibente, corruit in totum contractus, *l. quemadmodum, C. de agric. & cens. lib.* 11, nihilominus statuit *Imp.* vt cogatur ad pecuniam soluendam, contra aliam regulam: si non valet quod ago, vt ago, valeat, vt valere potest, vt in broçardo DD. *l.* 1. §. *si quis ità, ff. de verb. oblig.*

2 Si vero non sit soluendo, statuit, vt valeat datio feudi in dotem certo modo, licet non eo, quo dedit, ideſt, vt sit loco pignoris, donec dotem soluerit, & est secundū, quod nouiter statuit, vt valeat contractus alio modo, quam contraxerunt partes, & in hoc, quia poterāt multa oriri dubia, statuit Imperator, vt detinere possit, donec soluerit pecuniam dotans. Itē & alia specialia in hac pignoratione permissa.

Primò, vt sit annullatus contractus dationis in dotem, & transeat contractus in pignus, & sic lex potest transferre contractum in alium contractum.

Secundò, vt fructus, qui solent extinguere pignus pro rata, in hoc casu non excomputentur in dotem propter onera matrimonij, quod erat de iure communi, vt infra.

3 Tertiò, vt maritus, qui tenet feudum, licet non sit Dominus, sed creditor, teneatur ad seruitium, ratione possessionis, in hoc probatur illa quæstio, an Fiscus pro relevio, & seruitio, pro præterito debitis, possit agere reali actione cōtra nouū vassallū de qua *Franc. de subfeud. lib.* 2. *q.* 17. *c.* 3. *n.* 4. laborauit. Nūc laudat *Iser. Federicum* de æquitate, cum esset rigidus, præsupponendo, quod causa dotis erat priuilegiata, quæ ipsum impulsit.

4 Deindè incipit exponere prouisio-

sionem *Federici*, vt procedat nedum respectu contrahentium, sed Curiæ, ità quod si aperiri contingerit feudum per mortem dotãtis, ex delicto, vel si sine filijs, &c. qa aliæ alienationes non prejudicarẽt supra *de inuest. de re alien.* §. *quid ergo*, & *l. lex vectigali*, *ff. de pignor.*

5 Secundò, respectu partium, vt siuè sciuerint, siuè ignorauerint esse feudum, quasi quod voluerit excipere à lege, prohibẽte alienationem, hunc casum dotis annullatione contractus, & hoc est aliud speciale, si enim emptor sciret esse feudum, non haberet euictionem à venditore, vt infra in *cap. Imperial.* & de Iure Romano, *l. si fundum*, *C. de euict.* & nihilominus statuit *Imper.* vt annullato contractu dationis in feudum æxti-
6 matum, substineatur quoad æxtimationem, etiam si sciret maritus, fundum datum in dotem æxtimatum esse feudum, ratio specialitatis potuit esse, ne scientia mariti præiudicaret vxori, quæ remaneret sine dote, *l. iniquiss. ff. de iur. et fact. ign.* vbi est casus: ampliat *Iser.* intelligentiam dictæ prouisionis, vt etiam si sciret mulier, sed antequam compleat ampliatio-
7 nem, dicit, quod rarò contingit, mulieres scire, q̃ sũt de apicibus iuris, & ius ad ea, quæ frequenter accidunt, accommodantur, ideò non præsumitur scientia; nunc ampliat in vera scientia, quia *Imp.* fundauit dispositionem, ne remaneret indotata, concordat *l. si ego*, §. *si res*, *ff. de iur. dot.* ideò cogit dotantem ad æxtimationem, aliud speciale inducens, vt etiã feudo aperto, procedat, nam sibi prejudicauit sua æquitate, qua se facit similem Deo, *l. fin. C. de don. inter vir. & vx.*

8 Nunc declarat casum de fructibus, vt eos lucretur vir propter onera, ergo si non subsistineret, excomputaret in sortem vir, *Innoc. in cap. sa. lubriter, extr. de vsur.* & est communis opinio, prout per consequens percepti, antequã substineat onera, fiũt dotis, *l. videamus*, §. *ante ff. de vsu.* nũc reddit rationem conclusiuam totius dispositionis, quia principaliter hoc disponitur per *Feder.* vt licet non valeat datio in dotem feudi per istum *tex.* valeat in pignus, donec de
9 dote satisfiat, & sic delendum est illud verbum *de fructibus*, quoniam Imperator principaliter statuit, vt feudum sit loco pignoris, donec sit soluta dos, & non vt de fructibus satisfiat de dote, idq; malè intelligit *Liparul.* casus enim excomputationis fructuum non fuit ex *l. Federici*, sed ex interpretatione *Iser.* ex doctrina *Innoc.* quam limitationem interposuit *Isern.* breuibus verbis, & nunc reddit ad rationem decisionis principalis dispositionis.

10 Infert nunc *Isern.* vnam limitationem ad dispositionem *Federici*, vt procedat constante matrimonio, non soluto, ideò corrigenda est littera, ibi, *post solutum matrimonium maximè*, dic *minimè*, & sic malè intellexit *Liparul.* hic, supplendo *maximè* quando non substinet onera matrimonij, quia *Iser.* intelligit concludere, & limitare, quod Imper. cõsiderauit, vt stet loco pignoris constante matrimonio, donec satisfiat de dote, secus soluto matrimonio, quia cessat dotis petitio pro viro, & tenetur restituere vxori, cui competit actio de dote.

11 Nunc *Iser. ver. nec est dandus*, incipit dubitare an hæc prouisio *Federici*, procedat feudo aperto, & præiudicet Domino? quoniam hoc erat de iure communi feudorum, vt alienatio contra *Const. Lothar.* & *Feder.* & aliorum iurium, non præiudicet Domino, sed hoc speciale induxit hæc prouisio ex regula generali, quod quando littera, & verba statuti

Digitized by Google

patiuntur, debemus interpretari, vt aliquod nouum inducat ſtatutum, allegat *l. ſi quando, ff. de leg.* 1. vbi vt aliquid operentur verba legati, veniũt ſub legato eorum, quæ donauerat, donata nulliter, & *l. 1. ff. ad municip. in fin.* vbi eſt caſus, quod verba priuilegij, vt aliquid operentur, debẽt interpetrari dẽ caſu dubitabili; ſubdit *Iſer.* præcipuè in cauſa dotis, cuius priuilegia ſunt innumerabi-
12 lia, ex quibus colligitur non benè intelligi à *Liparul.* qui voluit corrigere *Loffred.* dum ipſe non percepit verum tenſum *Iſernie.*

Nunc *Iſer.* tranſit ad vnam illationem, quod ſi prouiſio *Federici* permictit, poſſe retineri feudum, quando datur extimatum pro dote, donec ſatisfiat de dote, quãto magis ſi
13 factum fuerit datum in extimatũ, nec obeſt, quod verba ſtatuti debent ſtrictè intelligi, & haberi ommiſſũ p ommiſſo, quia poſuit caſũ magis dubitabilem, de extimatione, quæ alias faceret venditionem, *l. quotiès, C. de iur. dot.* & tamen permictit retentionem, ergò, tanto magis ex vi, & mente comprehenſiua permictit, quando verè pignoraſſet, quamuis pignus per *Conſt. Federicè* ſit prohibitum, inductio *l. quotiès*, eſt aperta, & *glo.* ibi ſoluit contraria.

14 Nunc *Iſer.* ſenſit opinionem eorũ qui prauè intelligebant hanc prouiſionem *Federici* fuiſſe factam in odiũ dotantis, qui poſſet per *Conſt. Conſt. diuæ memoriæ*, reuocare dationem in dotem proprio iure, & quia non poſſet ſe excuſare, quod ignoraſſet rem eſſe feudalem, *l quiſquis, C. de reſcind. vend.* & ad hoc, vt non poſſit reuocare, ſtatuiſſet *Federicus*, vt non obſtante *d. Conſt. Conſt. Diuæ mem.* non poſſet reuocare quòad retentionem, donec ſatisfiet de dote promiſſa, modo quo ſupra, & ex hoc poterant adulari Fiſco, vt in caſu deuolutionis non poſſet maritus reſtituere, vſq; ad dotis ſolutionẽ, ſed quod reſoluto iure datoris, reſoluatur ius mariti acceptoris, quibus reſpondet concluſiuè *Iſern.* quod lex debet
15 operari cõtra condentem, ex regula *patere legem quam ipſe tuleris*, ſi Imperator ſtatuit, vt maritus poſſit retinere feudum, donec dos ſibi ſoluatur, idem eſt, ſi feudum eſſet apertum Fiſco, & ad regulam, quod lex debet eſſe æqualis, adducit *l. nuper, in fin. C. de nat. lib. & auth. vt nõ fiat pignor.*
16 *§. illud*, oportet ergo fateri, q *Iſer.* interpetratur ſtatutum *Federici*, quod ſupra retulit, vt fructus faciat ſuos ex cauſa onerum, & deindè limitat, non procedere, quando non ſubſtinet onera ex *Innoc. in cap. ſalubriter, de vſur.* proſequendo infra, quod hoc conſiderauit *Federicus*, eſt dicendum de eo, quod expreſſit *Federicus* de fructibus non ex computãdis, de alio caſu non dixit, ideò verba ſunt corrigenda, & redigenda ad caſum ſtatuti, vt deleãtur verba *de fructibus*, & dicamus, quod hoc conſiderauit *Federic.* vt teneatur loco pignoris, donec de dote ſatisfiat, ſoluto vero matrimonio, minimè, ſic corrigendo verbum *maximè*, niſi ſupleamus ad ſtatutum relatum per *Iſer.* vt vera verba, quæ refert *Iſern.* adſint etiam illa, *quæ de fructibus*, quando non ſubſtinet onera, & eo caſu facta ſuppletione, verba eſſent congrua. Sed hæc expoſitio non eſt bona, quamuis *Loffr.* ſic intelligere deſideraſſet, dum exponit ſeruatis verba, nec eſt dandus locus, quoniam non eſt de iure, vt fructus computentur in dotem, nec quid nouum introduceret, ſed hoc nouum inducit, vt pignoratio valeat ex iure nouo, & ex cauſa dotis, quæ aliter nõ valeret per *Conſtit. Federici Secundi*, arg. *l. fin. C. de reb. alien. non alienan.*
17 quod nec de iure communi feudo-

rum

rum erat permissum pignorare, nisi pro medietate, & soluto iure datoris, perimi ius acceptoris, itaquè hæc duo de nouo fecit statuta, vt valeat, & præiudicet Domino, & *Liparul.* improbat, sed non reddit rationem; secundò, vt inducat nouum respectu *Const. Const. Diuæ mem.* & est exposisio *Loffred.* quã improbat *Cam.* & nõ benè, ꝙ licet inducat nouũ, vt supra respectu Domini, inducit etiam nouum respectu alienantis, vt non reuocet, & sic *Cam. fol.* 14. 50. & 51. dum allegat *Isern.* hic velle, vt registrum *Feder.* de quo *Isern.* hic, comprehendat alios casus retentionis respectu fructuum ex causa iudicati, *Liparul.* improbat hic, quia loquitur de causa dotis, quæ est specialis.

18 Nunc deueniendo ad *cap. nuper, extr. de don. inter vir. & vx. Archid. Sancti Andr. de Scotia* consulit Summum Pontificem de duobus casibus, primò, qñ maritus dedit in dotẽ vxori rem, quam possidebat ad vitam, secũdò, qñ rẽ, quã tenebat in feudũ, an viro mortuo, sine ꝓle, valeat possidere mulier feudũ in dotem, datũ sibi à viro post mortem, dicit Papa, quod non, quia nemo plus iuris, &c. & sic maritus non potuit donare, nisi sua vita durante, ergo inferunt DD. posse feudum dari in dotem, vita durante mariti, *glos. in cap. 2. de feud.* vbi hoc
19 dicit allegando *d. text. Glos. in d. cap. nuper*, exponit, dotem, ideſt donationem propter nuptias, *Innoc. ibid.* intelligit de dote, quia maritus dotauit vxorem, *Hostiens.* relato *Innoc.* se refert ad *cap fin. nè Prælat. vices suas*, *Io. Andr.* refert *Innoc.* & *Hostiens.* & pertranfit: Sed *text.* verè loquitur in donatione propter nuptias, q̃a Summus Pontifex in fin. corrigit *Archidiaconum*, qui malè consuluit, quia mulier dat dotem, maritus donationem propter nuptias, & *cap præced. eod. tit.* vtitur eodem modo loquendi, quoniã Rex Legionen. dederat cãstra in dotem filiæ Regis Castellæ, & *glos.* declarat, ideſt donationem propter nuptias, aliqui intelligunt in feudo personale, *Calder. in cons.* 10. *de dote*, DD. remissiuè citantur à *Camer. in cap. Imperialem, fol.* 81. *à ter.*
20 *col.* 4. *verb. q̃d ergo. Decis. Rot. in nouiss. tit. de feud. prima in ordine verò* 199. dicit, posse patrẽ dare feudũ in dotẽ filiæ sine assensu ad vitam suam, non vltra, in perpetuum esset alienatio contra *cap. Imperialem*, & sic intelligitur §. *donare*, & addit *cap. nuper*,
21 *extr. de don. inter vir. & vx. Camer. fol.* 83. *in* 2. *col.* 3. *conclus.* tenet quod *Canonistæ* non benè intelligunt *cap. nuper*, neq; Domini de Rota *in decis.* 199. *de feud.* quia conclusio, vt possit dare, quando non habet aliud, sublimitatur, vt ad patris vitam, non rationibus DD. sed quia de fructibus disponit: ad *cap. nuper*, dicit, quod ille *text.* non disponit constituere ius in re, vita durante dotantis, sed dicit, quod non potest post mortem suam vir concedere feudum vxori, nec sequitur, ergo licet in vita obligare, vt *glos. ver. quoad vixerit.*

22 Deindè corrigit *glos.* quia *text.* loquitur de donatione ꝓpter nuptias, quæ debetur post mortem, sed errat quoniam ea debetur in vita, nõ post mortem, *cap. final. extr. de don. inter vir. & vx.* Antefatum verò debetur post mortem, declarat *Neapodan. in rubric. de iure quæst.* dixi in *allegat.* 55.

Secundò, dicit, non esse bonam consequentiam, nõ potest post mortem, ergo potest in vita, sed ẽt errat, qñ *text.* dicit apertè, nisi quoad vixerit, ergo expressè disponit, quod potest, dũ viuit, donare feudum propter nuptias, deindè concludit, procedere conclusionem ratione fructuum ex regula, *l. commodis, ff. de execut. rei iud.* & de fructibus lucri

fa-

faciendis procedere, *cap. ſalubriter, ext. de vſur.* ex *Iſer. in Conſt. In aliquibus, verb. quintum decimum, verſ. ſed ſi dicamus glo.* ſed aduertatur, quod ille eſt caſus diuerſus, nam procedit, vt executio rei iudicatæ.

23 Demum refellit *Alex. Cald.* & alios tenentes, procedere in feudo perſonali, non in feudo perpetuò, & benè, deindè reprobat DD. intelligentes *cap. nuper*, quando aliud non habet, & §. *donare*, quando aliud habet, & malè corripit, quia in effectu *cap. nuper* diſponit, vt poſſit donare prò tẽpore vitæ ſuæ, & ſic de fructibus, quod eſt permiſſum, & ſic *tex.* non corrigit ius feudorum, ſed permittit ſub titulo donationis propter nuptias, quod *Conſt. Imper.* permittit, ex interpetratione ſub diſpoſitione de fructibus, & quod *Federicus* hic permittit ſine reuocatione retentionẽ, donec ſatisfiat, & ſic quandam pignorationem ad vitam, & prohibet reuocationem, etiam data ſcientia, & ſic parum differt tolerantia *cap. nuper*, à tolerantia ſtatuti *Federici*, quod fundatur in æquitate, & quia nullum generatur præiudicium Reipublicæ, prout in ſimili prouiſione *Federici* in archiuio dixit *Iſern.* de locatione ad partem fructuum in *Conſt. Conſt. Diuæ mem.*

24 Sed ſi pater haberet filios maſculos, non procederet limitatio ad §. *donare*, quãdo non haberet aliud pater, quoniam ratio *Iſern.* quia eſſet patri recaſurum, vel filiæ, non concluderet; ſi enim eſſet recaſurũ filio, obſtaret lex contractus feudi: dum conceſſit Dominus pro ſe, & hærede maſculo, & ſic non procederet, niſi quando nõ haberet filios, & quando filia eſſet habilitata ad ſuccedendũ, tunc quia de modico præiudicio agitur, toleratur per ea, quæ ſupra diximus.

25 Hinc poteſt dici fuiſſe factam nouam prouiſionem *Federici*, quæ loquitur genericè de dotante, non exprimit de patre, vel de extraneo, & tantum permittit pignus, & fructus cum diſtinctione, concordat cum *cap. nuper*, vbi etiam quaſi de pignore, & fructibus, de iure ciuili concordat *l. fundus qui Lutij, ff. de reſcind. vend.* vt emptor nulliter, retineat pro pretio, ſic in feudo limitatur *Conſtit. Conſtit. Diuæ memoriæ*, vt retineat feudum pro pretio.

SVMMARIVM.

1 *Feudum obligari pro dote in Regno Siciliæ permittitur, & quomodò?*
2 *Carolus Secundus deguit in Oppido Sancti Martini in Calabria.*
3 Conſtit. Regn. Fratribus, *& ſi non ſit correcta per* cap. In planitie, *an ſit correcta per* Conſtitutionem Caroli Primi.
Et an feuda poſſint in dotem dari ſine ſpeciali Domini aſſenſu & nu. 20.
4 Conſtitutio Caroli Primi *non inuenitur.*
5 Camer. *exponit verba* Iſerniæ, *ac nos habere tria iura municipalia teſtatur.*
6 Liparul. *exclamat contra* Camerar. *qui intelligit Carolum Primum correxiſſe Carolum Secundum.*
7 Conſtitutio Regni Fratribus *tempore præcedit* Conſtitutionem Caroli Primi.
8 Conſtitutio Caroli Primi, *& ſi contra-ret, adhuc eſſet correcta per* Cap. Regni In planitie, *& nu.* 18.
9 *Dare in dotem plus eſt, quam obligare pro dote.*
Et an quis pignorando rem ſuam, illius remaneat Dominus?
10 Cap. Regni In planitie *conditum fuit ad hominum Regni releuamen.*
11 Cap. Regn. In planitie, *vt loquatur tantum de donatione in dotem, non vero*

Digitized by Google

vero de obligatione?

12 *Prohibito quod maius est, haud censetur prohibitum, quod minus est.*

13 Const. Reg. Fratribus *respectu obligationis, an corrigatur per* Const. Caroli Primi.

14 Cap. Reg. In planitie, *corrigit* Const. Reg. Honorem, *non vero* Constit. Fratribus, *& n.24.*

15 *Obligatio feudi multis iuribus prohibebatur.*

16 Capycij *intellectus ad* l. Iex vectigali, ff. de pignor.
Et reicitur ab Authore.

17 *Obligatio feudi, & si specialiter non esset prohibita, veniret tamen sub generali prohibitione de non alienando.*

18 Const. Caroli Primi, *an extet?*

19 *Exteri non debent scire arcana Regni.*

20 *Matrimonia, & si contrahantur inter feudatarios sine Regis licentia, feuda tamen pro dote obligari non possunt sine illius speciali assensu.*

21 *Remittens similis est concedenti, & danti.*

22 Imperator Federicus *in Iuribus suis exigendi fuit rigidus, seq; malè gessit cum Dei Ecclesia.*
Et quare emanauit Constitutionẽ In aliquibus, Constitutionem Vt de successionibus, Constitutionẽ Honorem, & Constitutionem Fratribus?

23 *Constitutiones predicta quousquè viguerunt in Sicilia?*

24 *Carolus Secundus accessit ad Prouinciam Calabriæ pro bello Siciliæ.*
Et cur emanauit Cap. Regni In planitie.

25 *Mulier nubendo sine licentia Regis, nec dans feudum in dotem, an amittat feudũ, q̃ habet in paraphernó? Et quid si prohibeat viro, ne aliquid tangat de feudo?*

Isern. in cap. Imperialem, in prima addit. vers. in Regno Siciliæ, vsq; ad fin. addit. vbi est lict. F.

CAP. XV.

QVia *Iser. sup. n.5. in princip. addit.* cũ cepisset tractare de assensu Domini, q̃ijt, si permisit vendere, an possit obligare, ideò in hoc *n.6. vers. in Regno Sicilia*, quærit de intellectu *Const. Regni Fratribus*, & de intellectu *cap. Regn. Item statuimus, de matrimon. contrahen.* In quibus iuribus habetur de datione, & de obligatione feudi pro dote, quam quæstionem decreui seiungere à materia assensus, & ipsam addere ad materiam de dote, quam incepimus tractare; cum igitur quærendo de assensu ad vendendum, an contineat ad obligandum, deueniq; sub dicta hypotesi, an de maiori ad minus extẽdatur, & an *Const. predicta Fratribus*, quæ permisit certo modo dare, & obligare feudum, sit correcta per *cap. Caroli Secundi* in omni capite, per sequentia verba?

1 In Regno Siciliæ dicit *Isern.* per *Const. Fratribus*, permittitur feudatario obligare feudum pro dote certo modo, quia caput obligationis permissæ continet, si nõ habet aliud, & contrahit cum licentia Regis matrimonium, pariter, & dare vnum feudum de tribus in dotem, quando cum Domini licentia contrahit, sed quia *Carolus Secundus in cap.* edito in planitie S. Martini, disposuit totum con-

Digitized by Google

contrarium, vt matrimonia fiant sine licentia Regis, sed feuda non dentur in dotem sine assensu, ac etiã *d. cap.* dationem in dotem prohibuit sine assensu, de obligatione feudi pro dote sine assensu, nihil dixit, nec est immutatum, stare non prohibetur *d. Const. Fratribus* in hoc capite obligationis, C. *de appellat. l. præcipimus, in fin.* vbi est pũctualis decisio, quod veteres leges correctæ in aliquibus capitibus, remanent in eorum robore in capitibus non correctis.

2 Illud cap. allegat à loco in planitie S. Martini oppido Calabriæ, vbi Carolus Secundus, vti Vicarius sui patris, degebat pro bello Siciliæ post rebellionem illius Insulę, sic solemus appellare *prag. æditam* Fori, *de pacif. poss. non turbandis* à loco, in quo Rex Catholicus illam condidit.

3 Hoc argumentum videtur soluere *Isern.* ex alio iure, scilicet Caroli Primi, quasi quod si cap. Caroli Secundi non corrigeret *Const. Fratribus* in omnibus capitibus, & vigore *dict. Constitution.* posset feudum obligari pro dote, adhuc esset correcta per cap. Caroli Primi, qui statuit, vt etiã quando matrimonium fit de licentia Principis, adhuc non possit dare, nec obligare feudum pro dote sine speciali assensu, ergo si Constit. non est correcta per Carolum Secundum, esset correcta per Carolum Primum, & per consequens feudum permissũ obligari pro dote vigore dict. Const. non posset per d. cap. Caroli Primi, de quo testatur *glos. in Constit. Mulier quæ dotarium.*

4 Hanc solutionem argumenti reijcit *Isern.* ibi, *licet dicatur, hanc prouisionem Caroli Primi non inueniri*, ideò standum esset legi scriptæ, scilicet dictæ Constitutioni, & quia posset dici: standum esse authoritati *glos.* quæ de illa prouisione testatur; ideo, soluendo obiectionem tacitam, dicit non esse credendum, nisi appareat de originali, *auth. si quis in aliquo documento, C. de ædendo*, iste aliquantulũ super intellectu horum verborum.

5 *Cam. fol. 64. col. 2.* incipit exponere verba *Iser.* hic, & pro intelligentia eorum, quæ dicit *Isern.* præsupponit, nos habere tria iura municipalia.

Primum, Ius *Const. Fratribus*, quæ permictit obligari feudum pro dote, quando non habet aliud, & vnum de tribus dari pro dote, dummodo contrahat cum licentia Regis matrimonium.

Secundum, Ius per *cap. item statuimus*, alias *in planitie S. Martini*, per quod permictitur fieri matrimonium sine licentia Regis, sed feudum prohibet dari in dotem sine licentia.

Tertium, Ius relatum per *glos.* & *Isern.* per quod corrigitur *d. cap. in planitie*, & prohibetur feudum obligari, nec dari in dotem sine assensu, etiam quando matrimonium fit cum licentia Principis, & inferius declarando verba ista *Isern.* dicit, quod *Const. & cap. in planitie*, sint correcta per Carolum, & quod ita intelligat *Iser.* hic, & quod propterea transeat ad aliam solutionem, quia non attenditur correctio Regis Caroli, &

6 non est credendum *glos.* ex quibus quisquè nouissimus legum professor cognoscere potest, quod *Cam.* intelligit Carolum Primum, correxisse caput condendum per Carolum Secundum, & quod *Isern.* ita intellexerit, vndè valdè exclamat *Liparul.* hic contra *Camer.*

7 Addatis vos alium errorem temporis, nam in tempore præcedit *Cõst. Fratribus Imper. Feder.* deindè sequitur capitulum Caroli Primi, & tertio loco cap. Caroli Secundi eius filij, & sic quando nos docet per modum præmissi, imbuet nos errore, & non intellexit *Iser.* quod volens ponere argumentum, an *Const.* quæ permicte-

Digitized by Google

mictebat obligare, & dare feudum pro dote, quando contrahebat cum licentia, sit correcta per Carolum Secundum, qui de obligatione tacuit, voluit *Iser.* inferere ad decisionem articuli prouisionem Caroli Primi, de qua, quando constaret, non erat dubium, quia specificè loquebatur de vtroquè casu, & sic cessaret disputatio, si lex corrigens in vno, corrigat in alio, & soluendo hanc obiectionem, dicit, quod etiam si appareret prouisio Caroli Primi, non
8 obesset, quia totum correxit *cap. in planitie*, quia est ius nouissimum, & attendendum, & propterea vult inferre *Iser.* quod omnino est discutiẽdus articulus de correctione *Const. Fratribus per cap. in planitie*, quẽ prosequẽdo arguit, quod tantum prohibuit dationem in dotem, de obligatione tacuit, & non prohibuit, ideò ad id, nec directè, nec vtiliter trahetur, *ff. sol. matr. l. si vero, §. de viro*, vbi dicit I.C. quod lex mandat, vt maritus soluto matrimonio restituat vxori, quod ad eum peruenit ex venditione serui dotalis: de viro dixit, non de socero, tacuit de alia persona, ergo, nec directè, nec vtiliter trahetur ad socerum.

9 Roborat argumentum à diuersitate rationis, quia plus est dare in dotem, quam obligare, quia dando transfertur dominium, *l. 1. C. de fun. dot.* (intelligite vos, iuxta *Lin rebus, C. de iure dot.*) sed per pignus retinetur dominium, *C. de pign. act. l. pignus*, ergo si prohibuit dare in dotem, erat ratio, quia magis lędebatur Dominus ex commutatione dominij, & non dixit de pignore, quia minus lędit ex pignoratione (quãuis constituatur ius in re) quàm per alienationem.

10 Item ex alio; quia *cap. in planitie* fuit conditum ad releuamẽtum hominum Regni, vt dicitur in proemio, ergo non debet retorqueri in odiũ, *l. quod fauore, C. de leg.* quod esset si corrigeret *Const. Fratribus* in obligatione feudi, quam *Const.* illa permisit, ergo.

11 Ac etiam alia viua ratione, quia *cap. in planitie* de datione tantum excipit, de ea tantum intelligitur, *l. si minor. ff. de verb. oblig.* vbi minor prohibitus manumictere, & per consequens stipulari ab alio manumissionẽ serui, dicit I.C. si lex prohibuit minori, restringitur ad illum casum illius ætatis, non cum fiet maior, ergo procedit arg. restrictiuum *Iser.*

12 Nec sine ratione, nam quando prohibetur, quod est plus, non prohibetur, quod est minus, *ff. de interd. & releg. l. relegatorum, §. penul.* vbi prohibitus à maiori honore, non prohibetur à minori honore, sicut est è cõtra, quia alias esset ridiculum prohibere minorem honorem, & permictere maiorem: ex verbis cuius legis facit consequentem conclusionem aduersatiuam, sicut quãdo prohibetur, quod est minus, prohibetur, quod est maius, *ff. de seru. export. l. cui pacto*, vbi vendito seruo cum pacto, nè accedat ad pomarium Ciuitatis, minus potest accedere ad Ciuitatem.

13 Ex quibus videtur fundata propositio, quod *Const. Fratribus*, quæ permictit dare, vel obligare feudum pro dote, dummodo matrimonium fiat de licentia Regis, remanet incorrepta respectu obligationis, vel quia cap. Caroli Primi, quod requirebat assensum tam in matrimonio, quam in dotatione, ac in obligatione, vel non reperitur, vel est à Carolo Secundo correctum: & cap. Caroli Secundi loquitur limitatè de dote, & remanet ommissum caput obligationis, tanquam de minori præiudicio.

14 Nunc *Iser. in vers. verius videtur,*

Digitized by Google

arguit pro contraria parte; primò ex verbis illius, vt non processerit ad correctionem *d. Const. Fratribus*, sed alterius, quæ incipit *Honorem*, quæ prohibebat fieri matrimonia sine licentia Curiæ, & quia erat contra libertatem matrimonij, & contra Sacramentum matrimonij, Carolus Secundus post expulsionē Suevorū, fecit *dict. cap.* in planitie S. Martini, quo permisit, vt feudatarij liberè possint contrahere matrimonia, sed quoad feuda cauit, nè dent sine assensu in dotem, infert *Isern.* non ex hoc, quod remouet abusum iniquæ legis, ergo permittit obligari feudū sine assensu.

15 Nunc retorquet argumentum, quod supra fecit pro contraria parte, de lege correcta, vt remaneat incorrecta in capite omnisso, & dicit sic, nā obligatio feudi erat prohibita sine assensu, tam per hanc *Const. Imperialem*, & *de inuest. de re alien.* & *l. lex vectigali, ff. de pignor.*

16 Illa lex dicit contrarium de pignore, sed quod resoluitur resoluta iure datoris, ideò *Capyc.* inducit illam legem pro *Isern.* quasi quod intellexerit, vt non valeat pignoratio, nisi durante suo dominio, sed non est bona inductio, quoniam *Isern.* intelligit etiam de momento, sed *Cam.* melius inducit, supplendo ad *Isern.* hic, *l. lex vectigali in glos.* quæ infrà dicit, quod hodiè non valet pignus per *cap. Imperialem*, & cum *Camer.* concordat *Liparul.* hic.

17 Auget argumentum *Isern.* quia etiam si non esset specialiter prohibita obligatio, sufficeret generalis prohibitio alienationis, sub qua veniret obligatio, *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* per quam legem, dixit supra, etiam si de pignore non dixisset *d. l. fin.* concludit nunc argumentum, licet dicat fieri matrimonia libera, dummodo non detur feudum in dotem, non per hoc permisit obligari, quia obligatio erat prohibita p alias leges, ergo non tolluntur nisi expressè dicatur, *auth. quib. mod. nat. effici. sui, S. tribus*, & sic argumentum à non correctione legis retorquetur in contrarium.

18 Nunc quia fecit mentionem de prouisione Caroli Primi, reddit ad dictam prouisionem, arguens sic, aut apparet prouisio prædicta, aut non apparet, si apparet, certum est, correxisse Constitutionem illam, dum specificè prohibet dationem, & obligationem feudi sine assensu, etiam quod matrimonium fiat de licentia: ad probandam correctionem, allegat *l. digna vox*, C. *de leg.* quā simpliciter refert *Capyc.* sed *Cam.* dicit, & inducit hoc modo, quia Rex se subiecit dictæ legi *Liper.* vero inducit alio modo, quia non potuit vetare, quin successor non faciat legem contrariam suæ legi, sed tantum potest monere successorem, vt in *d. l. digna vox in fin.*

Si vero non apparet dicta prouisio Caroli Primi, adhuc de *Constit. Fratribus* non est dubitandum, quin duret, vt ita demum possit obligare, si contrahit cum assensu matrimonium ratio est, quia ideò permisit donare, & obligare feudum sine assensu, quando contrahit cum licentia, eo enim tempore se informat Curia de qualitate mariti, cui datur, vel in beneficium cuius obligatur feudum, vtrum sit fidelis ex genere, vel non, & in hoc erat durior prouisio Caroli Secundi. quia etiam quando cum licentia Regis nubebat, requirebat assensum pro obligatione, subdit *Isern.* cum ratione maxima debebat se informare, quia natio prouocat, atquè deterret, *ff. de ædil. edict. l. quod sinolit. S. si mancipia*, C. *ad l. Iul. Mai. l. quisquis*, quę ratio mouit Reges Regni, vt feuda ad fideles perueniant, cum di-

dicantur feuda à fide, supra *per quos fiat inuest. in fin.* Ideò voluerunt, nè matrimonia fierẽt per vassallos cum alienigenis, vt dicit *Isern.* hic, *vers. idcircò*, rationem assignat, nè denigretur puritas, & sinceritas fidei Regnicolarum, vt in *Constit. Honorem*, & sequenti, vbi dicit *Iser.* quod ante rebellionem Siciliæ, valdè obseruabantur, postea vero minus, & ideò fortè Carolus Secundus fecit *dict. cap. in planitie*, non ex religione.

19 Huic arg. addit aliam rationem, nam exteri non debent scire arcana Regni, *C. de commerc. & mercat. l. 4.* & quia poterat dubitari, si directus Dominus potest circa vtile dominiũ aliquid statuere, soluit obiectionem, quod potest ratione sui directi custodire rem, in qua habet directum, etiam inuito vassallo, qui habet vtile, prout de proprietario, inuito vsufructuario, posse custodire rẽ, ait *tex. in l. si tibi, §. 1. ff. de vsu, & habit.*

20 Concludendo argumentum, dicit, quod quando *cap. in planitie*, concedit, vt matrimonium contrahatur sine licentia Regis, cessat ratio quare *Const. Fratribus*, permisit obligari feudum pro dote, quando nubit cum licentia, nam nesciret Curia per *cap. in planitie*, ad quem vadit feudum, quod est de publico, vt pluries dixit, ideò concedendo vnum, vt contrahat sine licentia, non concedit aliud, vt obliget sine assensu, quod est prohibitum per omnia iura, quia casus remissionis licentiæ contrahẽdi matrimonium sine assensu non est similis expresso, scilicet, quando cum licentia contrahit per prædictam rationem, vndè non est mirum si aliud ius est in vno, quam in alio, *l. commodissimè, ff. de lib. & posth.* vbi institutio posthumi, si viuo testatore nasceretur, differt ab alio casu, quando si viuo, vel si mortuo testatore nascerẽtur, & sic ratio dissimilis, facit diuersum ius in vno casu, quam in alio, *l. si cum dotem, in princ. ff. solut. matrim.* vbi *glos.* magna adducit concordantia in conclusione, quando casus omissus est similis expresso, quia alia ratio aliud ius exigit, *l. interpositas, C. de transact.* vbi diuersa ratio pactum reformat.

21 Nunc sensit vnum contrarium, quod reijcit absq; formatione argumenti, & est, quod remittens est similis concedenti, & danti, *l. si mulier, ff. de cond. ob caus.* vbi probatur hæc conclusio, quod remittens sit similis danti, nam mulier creditrix alicuius dat in dotem id, quod debebat consequi ab illo, si matrimonium non sequatur, repetit debitum cessum, vel remissum, ergo si in *Const. Fratribus* est remissus assensus super obligatione, quia est datus super matrimonio, & per *cap. in planitie* est remissus assensus super matrimonio, sequitur quod remittes est similis dãti, & est ac si dedisset assensum, & quando dat in vno, sufficit pro alio, quod argumentum refellit *Iser.* per rationem supra allegatam, quod diuersa ratio est in vno casu, quam in alio, & sic tantum est dicere: licet, &c. quantum non obstante, quod qui remittit, &c.

22 Pro intelligentia eorum, quæ dicta sunt, vt à primis principijs intelligatis materiam Constitutionum, & capitulorum, vsq; ad Andagauenses Reges, sciendum est, quod Federicus Secundus Imperator, qui fuit rigidus in iuribus suis exigendis, vt dicit pluries *Iser.* & malè se gessit cum Ecclesia Dei, adeò q; fuit excõmunicatus, & depositus, finxit velle habilitare fœminas ad successionẽ, quando deficiunt masculi, vt in *Constit. In aliquibus*, & sub illo colore restrinxit successionem in feudis in linea Collaterali ad tertium gradum, dum de iure communi feudorum erat, vsq; ad septimum, vt in alia *Constit. Vt de succes-*

Digitized by Google

cessionibus, sed quia eius non fuit pietas, sed occasione fęminarum volebat eripere feuda à familia, & trãsferre ad suum libitum, fecit aliam *Const. Honorem*, qua vetauit fieri matrimonia feudatariorum sine sua licentia, & sequentem, nè fiant cum alienigenis ab alijs vassallis, & nè videretur tam dura, fecit *Const. Fratribus*, vt in illis casibus possit dari, & obligari feudum pro dote, dummodo cõtrahatur matrimonium de eius licentia, quę permissio erat colorata, quia satis dura erat restrictio circa matrimonia cum eius assensu, & deindè Carolus Primus magis rigidus decreuit, vt etiam quando matrimonium fit de licẽtia Regis, requiratur assensus in obligatione, vel datione feudi, & dicit *Iser. in Const. Honorem*,

23 quod vsq; ad tempus rebellionis Siciliæ ad vnguem obseruabentur dicta iura, ideò *glos. in d. Const. Honorem*, adducit concordantes leges de iure communi, & de prouisione Caroli Primi testantur *Afflict. Capyc. & Iacob. Anell. de Bott. in d. Const. Fratribus*.

24 Et cum Carolus Secundus accederet ad prouinciam Calabrię pro bello Siciliæ, vt leniret asperitatem dictorum iurium, fecit *cap. prædict.* in planitie S. Martini, & permisit contrahere matrimonia sine licentia, & sibi cauit de feudo, dummodo nè dẽtur feuda in dotem, veiq; concludit *Iser.* hic, quod idem de obligatione, quæ erat iam per prius prohibita, & tantum correxit, non *Conflit. Fratribus*, sed *Const. Honorem*, quæ prohibebat matrimonia sine licentia Regis.

25 Nunc *Iser. vers. sed per prædictum*, q̃rit an mulier, quæ nubit sine licẽtia vigore *dict. cap. in planitie*, & non dat feudum in dotem, amittat feudum, si teneat in parapherno, cum sit factũ ad releuamen? & antequam soluit, interponit illam propositionem de qua in §. *donare*, quod hoc iure feudorum potest dare in dotem inæstimatum, si nõ habet aliud; deindè arguit contra mulierem, quia eo ipso q̃ contrahit, videtur dare curam viro de bonis, non dotalibus, *C. de pact. conuen. l. hac lege*, nunc dat remediũ, vt prohibeat viro, nè tangat aliquid de feudo, quod in eadem lege notatur, sed quia hoc esse potest in fraudem, dicit, quod probata fraude, nõ excusaretur, loquẽdo de iure Regni, quo per dictas Constitutiones, & capitula non potest dare, nec obligare feudum pro dote mulier sine assensu, quid autem statuerunt sequentes Reges, in sequenti videbimus.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius limitatã habens potestatem, an possit assentiri in alienatione feudi pro dote?*

2 *Vicarius si sit creatus cum libera, &c. sed sunt expressa quædam personalia, an videatur restricta eius potestas ad expressa tantum?*

3 *Dotis fauore Vicarius creatus cum libera, etiam cum expressione nonnullorum potest assentiri, vt feudũ in causa dotis alienetur.*
Liparul. *reprehendit* Camerar. *qui tamen defenditur ab Authore in vno, & in alio corripitur.*

4 Capic. *sensus circa dictum* Iser.

5 *Vicarius, & si prohibeatur alienare, potest tamen assentiri pro augmento feudi, & multo fortius pro dote.*

6 *Author diuidit in partes commentum* Iser. *& an prohibitio alienationis feudi procedat tam in vltima voluntate, quam inter viuos?*

7 *Si detur aliquid mulieri, ne nubat sine consensu, conditio reicitur, & cur.*

8 *Conditio de non nubendo cum certa persona, vel in certo loco, adhuc reicitur,*

Digitized by Google

eicitur, si mulier non possit eque nubere cum alio, vel in alio loco.

9 *Conditiones prædictæ si apponantur in contractibus, adhuc, nè induratur viduitas, reiiciuntur.*

10 *Donans extraneo (nõ tamen patri, vel filio mulieris) nè mulier nubat, an reiciatur conditio?*
Et quid si datum extraneo sit recasurum ad mulierem, in conditione positam?
Et quid si detur patri, vel filio mulieris sub prædicta conditione?

11 *Indirectè si impediatur matrimonium, an permittatur, quod alias à lege prohibetur?*

12 *Testator si in specie prohibeat alienationem rerum suarum in causa dotis, cessabit dispositio* auth. res, quæ, C. com. de leg.

13 *Pactum de non dando aliquid in dotẽ, vt sit contra bonos mores, & Reipublicæ aduersetur vtilitati? & nu.* 17.

14 *Iura, prohibentia pactum de non nubendo, an loquantur de dote?*

15 *Cum dote facilius nubet mulier.*

16 *Fauorabilia dotis multis firmantur exemplis.*

17 *Pactum ne detur feudum in dotem, vt sit contra bonos mores? & num.* 33.
Et an Ius Romanum cesset, vbi in contrarium est decisio iuris feudorum?

18 *Consuetudo irrationabilis, tanquam corruptela non seruanda.*

19 Camerarius *arguit* Hermiam *de contrarietate, & ab Authore repellitur.*

20 Tex. in §. donare, *an sit irrationabilis?*

21 *Mulier feudataria, vt possit seruire per virum, vel per aliũm substitutum?*

22 *Lex quamuis sit dura, amplectenda est.*

23 *Leges, & Constitutiones, matrimonia, & dotationes impedientes, an sint iniquæ?*
Vxor venit ex ana Deorum.

24 *Matrimonia debent esse libera.*

15 *Vicarius Regis alienare prohibitus, an possit alienationi pro dote assentiri? & n.* 29.

26 *Lex prohibens dari in dotem, irrationabilis est.*

27 *Subditi, vt cognoscere possint de legis Regiæ irrationabilitate?*

28 *Prohibitus alienare extra familiam sub pœna, ex necessitate alienare potest absq; pœna.*

29 *Vicarius Regis alienationi pro dote assentiri potest, vita durante feudatarij.*

30 Tex. in cap. in planitie *declaratur, & volenti obligare feudum pro dote quid agendum?*

31 *Rex videtur committere, quæ ipse agere tenetur.*

32 *Feudum pro dote doni non potest sine assensu.*

33 *Pactum de non dando feudum in dotem validum est. & n.* 40.

34 *Alienare, & alienanti consentire an sint idem.*

35 *Pactum matrimonij impeditiuum contra bonos mores est, & propterea non seruandum.*
Et lex, et consuetudo non plus quam possunt, quam aliquis in re sua.

36 *Feudorum Consuetudines, si sint irrationabiles, an sint seruandæ?*
Et an sint seruandæ, vbi concurrit vsus?

37 *Filius secundi matrimonij, natus ex matre ignobili, an succedat in allodio, existente filio primi matrimonij?*

38 *Legitima debita filijs, nec per statutũ nec per Consuetudinem tolli potest, quamuis moderari possit.*

39 *Subditorum non est, dicere, leges esse iniquas.*

40 *Pactum, ne feudum detur in dotem, irrationabile non est.*

Et

Et cur Conſt.Reg. Honorem *fuerit reprobata, atq; correcta ?*

41 *Vicarij poteſtas an cenſeatur ampliata fauore dotis ex præſumpta voluntate Domini ?*
Et an Dominus teneatur conſentire alienationi feudi pro dote ?

42 *Dominus an poſſit facere legem, ne res ſua ad Eccleſiam tranſeat ?*

43 *Tempore, quo condita fuit* Conſtitutio Regni Fratribus *conditæ non erant* Conſtitutiones In aliquibus, & Vt de ſucceſſionibus.

44 *Explicatur quinta, & ſexta concluſio* Iſerniæ.

Iſer. in cap. Imperialem, n. 13; verſ. multo fortius, ſi Vicarius in dictis caſibus.

CAP. XVI.

PRo euidentia eorum, quæ *Iſern.* hic ſubtiliter diſputat, ſciẽdum eſt, quod hoc principium *cap. Imperialem*, cõtinet prohibitionem alienationis feudi ſine aſſenſu Domini, & quæ veniant ſub verbo prohibitæ alienationis, explicauimus cum *Iſer.* in principio commenti, & in locis, ad quæ digreſſi ſumus, deindè, quia incepit tractare de aſſenſu, & ante omnia de aſſenſu legis, & præcipuè fauore dotis, de qua diximus explicando *Iſern.* hic, & in *§. donare*, & in additione, ibi poſita, pro intellectu iuris feudorum, & Regni vſq; ad Andagauenſes Reges; nunc quia *Iſer.* incipit tractare de aſſenſu hominis, in quo requiruntur poteſtas, voluntas, & forma, licet *Iſern.* ceperit exponere de voluntate in *verſ. debet ergo Dominus conſentire*, *num.* 4. ſed quia principium aſſenſus conſiſtit in poteſtate, ideò decreuimus de hac parte tractare, de qua *Iſern.* ponit quæſtiones *à n.* 12. *verſ. ſed an Vicarius Regis*, verum quia inter alias quęſtiones ex defectu poteſtatis, quærit, quando Vicarius habet limitatè poteſtatem, an poſſit fauore dotis aſſentire pro dote, ideò vt iungeretur cum materia dotis, de qua ſupra tractauimus, placuit ſeligere hanc partem commenti, illamquè vobis explicare, & hoc quoad continuationem materiæ, & vt facilius percipere valeatis quæſtionis nodoſitatem, & fructum perutilem reportetis, ſciendum eſt, quod iſte *verſ. multò fortius* coniungitur cum præcedenti ſermone, hoc modo.

1

2 Supra inter alia capita de poteſtate Vicarij poſuit duo, vnum, quãdo licet feciſſet Vicarium, cum libera, ſed expreſſit quædam perſonalia, & dubitando, diſtinguit in *verſ. item ſi conceſſit omnia*, an ſit reſtricta poteſtas ad expreſſa, & per conſequens non poſſet aſſentire; aliud quando fecit cum libera, ſed prohibuit alienare in *verſ. quid ſi dedit*, in quibus duobus dicit, quod licet ſit reſtricta poteſtas, tamen poteſt aſſentire pro vtilitate Domini, cum exemplis poſitis in *verſ. item ſecus.*

3 Nunc, retento eodem themate, dicit, quod multo fortius poteſt aſſentire in dictis duobus caſibus, quãdo aſſentiret pro dote, ideſt quando erat ad omnia, ſed cum expreſſione aliquorum, & quãdo erat ad omnia, ſed erat prohibitus alienare, quod ſicut in dictis caſibus poſſet in augmentum Domini, ità poſſet pro dote, & licet *Liparul.* hic corrigat *Cam.* loquentem in ſingulari in hac expoſitione, & continuatione *comment. in fol.* 78. *col.* 3. tamen ſaluatur, quia

Cam.

Digitized by Google

Cam. dicit, quod hæc quæ dixerat supra, vt prohibitus alienare, &c. intelligit ipse in dictis casibus, licet *Cam.* in alio videatur non benè dicere, dũ *d. fol.* 78. *col.* 3. dicit hic proponere duas quæstiones, vnam quando Rex tenebatur de necessitate assentiri aliam quando non poterat prohibere, nè detur in dotem, & deindè *fol.* 80. *col.* 4. *in princ.* dicit, & *Iser. in vers. sed si detur*, post quædam præmissa, firmat vnam propositionem de duabus propositis, quando Rex non potest prohibere, quoniam *Iser.* meo iudicio vnam propositionem facit, an Vicarius in casu restrictæ potestatis possit assentire fauore dotis, nec idõ *Cam.* postquam explicauit de verbo ad verbum commentum hoc, explicat, vbi tractat *Iser.* duas propositiones, quas ipse dicit, *Capyc.* vero dicit, quod *Iser.* hic tractat præmissa ad iustificandum S. *donare*, vos dicatis, vt diximus, quod disputat de ampliatione potestatis Vicarij fauore dotis, licet *Liparul.* in hoc referendo, sequatur *Camer.*

4

5 His sic præcognitis, deueniendo ad expositionem, sciendum est, quod *Iser.* continuando sermonem, quod prohibitus Vicarius alienare, posset assentire pro augmento, subiungit, quod multo fortius, quando assensit pro dote, vel donatione propter nuptias; sed quia sensit vnum contrariũ de *glos.* hic, quæ in 2. *glos.* in 3. *parte*, concludit, quod vassallus non potest sine assensu alienare pro dote per S. *donare*, quod videbatur arduum arg. quia concurrit prohibitio legis, cum prohibitione hominis, vt solueret cũ claritate præmittit pro intelligentia solutionis quamplura priuilegia matrimonij, & dotis, vt ipsis recitatis, defendere posset prædictam conclusionem, quod fauore dotis posset consentire.

6 Sed quia commentum est longum, & difficile, diuidamus in partes pro faciliori intelligentia.

In prima parte, quæ durat vsq; ad *vers. videtur quod non obstante.*

Primò, facit propositionem, quòd Vicarius, prohibitus alienare, potest pro dote consentire.

Secundò, opponit de authoritate *glos.* & S. *donare.*

Tertiò, pro solutione præmittit priuilegia matrimonij.

Circa quæ, primò, in genere fundat, quod procedunt tam in vltima voluntate, quam inter viuos, iungendo verbum (*quod si do mulieri*) cum *vers.* infra, *quæ si sic*) quem emendauit *Liparul.* & *Cam.* reliquit incorrectum, licet *Liparul.* habuit ex vetustissimo *Codice.*

Secundò, ponit singulos casus in quibus conditio impeditiua, vel restrictiua matrimonij non valet cum aliquibus limitationibus.

7 Primus casus est, si do mulieri, nè nubat sine consensu meo, reicitur conditio, quia inducitur viduitas, ac si diceret, nè nubat, *ff. de cond. & demonstr. l. cum tale*, S. *rescriptum*, alias, incipit *si arbitratu*, hoc intelligit in virgine, quia in vidua secus procederet secundum *Ioann.* & communem, per *auth. cui relictum*, *C. de ind. vid. tol.* & est *decis. de Fransh.* 232.

8 Secundus est casus, quando conditio continet, ne nubat certæ personæ, vel in certo loco, & non posset æquè nubere cũ alio, vel in alio loco, & similiter reicitur, qa inducitur viduitas, *l. cũ ita legatũ*, *cũ l. hoc modo*, *ff. cod. tit.* reddit nunc rationem, quia talis conditio, vel pactum apponi præsumitur in fraudem, quæ vult, vt talis conditio non officiat mulieri, & in fraudem sobolis procreandæ, quę lex, & sobolis procreatio sunt adiuuandæ per interpretationem *d. l. hoc modo*, *in fin.*

9 Sed quia verba, & iura allegata

loquuntur in vltima voluntate,& ſupra *Iſer.* poſuit caſum inter viuos,dũ dixit, *ſi do mulieri*, & videbatur fragile argumẽtum ex illis legibus,ideò *Iſer.* ſoluit hoc oppoſitum, quia ſi ſic fiunt in vltimis voluntatibus, erunt in contractibus,ſic emendat *Liparul.* illud *(ſicut) ſic fiunt*, ad quod allegat *l.pactum, ff.de pact.* vbi *gloſ.* dat concordantes regulas,& leges,& *l.non eſt, ff.de pign.act. & l.1.C.de leg.fuſ. can. toll. Cam.* cognouit mendoſitatẽ literæ,ſed non correxit.

10 Tertius eſt caſus,quando quis nõ dat mulieri ſub dictis conditionibus, ſed extraneo,non patri, vel filio mulieris,quæ non poſſit habere intereſſe, quia dixit,do Petro centum cum pacto, quod Seia non nubat, valet pactum, *l.mulieri, & Titio, & l.1.C. de indict. vid.tol.* quia non impeditur mulier ob timorem, ne amictat ipſa,vel pater, vel filius rem donatam, & poteſt libere nubere.

Quartus eſt caſus, quando daret extraneo ſub dictis conditionibus, ſed res donata eſt ex ipſa donatione, vel legato recaſura à manu donatarij ad mulierem,prohibitam nubere, & tunc non valet conditio, quia ex eadem ratione induceretur viduitas, *l.auia, §.Titio, ff.de cond.& demonſt.*

Quintus caſus, quando dat patri, vèl filio ſub dictis conditionibus, quia propter timorem, nè pater, vel filius quos diligit mulier, amictat legatum,non nuberet,& ſic eſſet cõtra procreationem ſobolis,non valet pactum,*l.hæres,§.fin.eod.tit.*

In *verſ.eadem ratione*, dicit *Cam.* quod *Iſern.* incipit firmare vnam ex propoſitionibus propoſitis, ſed meo iudicio proſequitur priuilegia matrimonij, ſed quia ſenſit vnum contrarium de ſexto caſu, quando non fecit pactum cum muliere, nec cum patre,aut filio,nec quando res donata eſſet reuerſura ex eadem diſpoſitione ad mulierem, an procedat pactum, quod Seia non nubat, cum ceſſet impedimentum matrimonij,& ceſſet interpetratio ſi directè,vel indirectè impeditur matrimonium,in quo caſu,quia deficit *text.* pũctualis, arguit ex ratione, hoc modo,ſi ratione, nè impediatur matrimonium,nõ valet pactum, quod Seia non nubat, & impedimentum poteſt eſſe quando ipſa non nuberet,nè ipſa, vel pater, vel filius, perdat rem donatam, ergo eadem ratione ceſſante, valet pactum,quando cum extraneo contrahitur ſine intereſſe mulieris, patris, vel filij, & ad corroborationẽ ceſſantis rationis, adducit regulam generalem,quod contractus ex conuentione legem accipiunt, *l.1.ff.depoſit.§.ſi conuenerit,& l.in re mandata,C.mand.*

11 Sed q̃a poterat dari caſus, in quo indirectè poſſet impediri matrimonium,quamuis ex perſona, & ex re nihil ad mulierem, & eſſet quando diſponens non haberet aliud, quod daret in dotem, niſi feudum, quod ſubiacet reſtitutioni,dicit *Iſer.* quod quamuis rei ſuæ poteſt quis dicere legẽ, quam vult,per iura, ſupra allegata,tamen fauore dotis,& in ſubſidium videmus, quod res prohibita alienari,fauore dotis alienatur *auth. res,quæ, C.com.de legat.*ergo quando non habet aliud, fortè dabit arg. *d. auth.res,quæ*, à qua ratione *Ardiz.in ſumm.* dixit feudum poſſe dari in dotẽ, quando pater non habet aliud. Notate quod *Iſern.* dicit *fortè dabit*, quia *auth.* loquitur in deſcendente ex præſumpta voluntate defuncti; attamen, quia ille *text.* loquitur in prohibitione generali, ſecus erit,

12 ſi in ſpecie etiam pro dote alienatio prohibeatur, *Couarr. lib.3.var.reſol. cap.4.nu.10.verſ.cæterum.* Ideò *Iſer.* adducit aliam rationem, quod nedũ per rationem *auth.res,quæ*, ſed quia

feu-

Digitized by Google

feudum datum in dotem, quod erat prohibitum dari ità (extraneus vero non habens aliud, dedit in dotem) hoc casu feudum erat reuersurum ad mulierem, sed quando erit reuersurum, non valet pactum, ne nubat; ergo pari ratione non debet valere pactum, ne det in dotem, quando non habet aliud, quia eodē modo impediretur matrimonium per pactum ne nubat, sicut per pactum ne det in dotem, si ex alio non posset dotare extraneus, ad quod repetit *d. l. auia, §. Titio*, ideò videtur pactum non valere.

13 Secunda pars sequitur, vsquè ad *vers. per hoc patet*; in qua per iura ciuilia intendit fundare, quod pactū ne det in dotem sit contra bonos mores, & contra publicam vtilitatem, ac procreationem sobolis, & dicit, *videtur hoc non obstante possit in dotem dare*, ideſt non obstante prohibitione, quasi quod conuentio prędicta, ne det in dotem, sit contra bonos mores, & cęt. *d. l. hoc modo*, quę vult matrimonia frequentari, sed pactum contra id, quod inducitur pro bono publico non valet, *l. iurisgentium, §. & generaliter, & §. & si paciscar, ff. de pact.* ergo; quod autem sit pro bono publico mulieres esse dotatas ad sobolem procreandam, probatur in *l. 1. ff. sol. matrim.* ergo pactū, quod non det in dotem, est contra publicam vtilitatem, & per consequens non valet.

14 Nunc *Isern.* sensit vnum contrarium, nam prædicta iura, quæ improbant pactum ne nubat, quando directè, vel indirectè impeditur matrimonium, verbum nullum de dote, quia matrimonium potest esse sine dote, ergo non stringit argumentum ad prohibitionē rei suæ, nè det feudum in dotem, etiam quando extraneus non habet aliud, quia potest nubere sine dote, cui respondet *Iser.*

15 quia faciliter nubet cum dote, sine qua quis non esset ducturus vxorem, *l. si fraudator, §. 1. ff. de bis, quæ, in fraud. credit. & ff. de doli except. l. purè, §. si eum*, in quibus sub occasione, si maritus tenetur de eo, quod peruenit de fraude occasione dotis si est lucrum, vel quid, & dicit ex causa onerosa habere dotem, quia alias non erat ducturus sine dote.

16 Nunc *Isern.* vult corroborare argumentum fauore dotis cum exemplis.

Primò, libertus prohibitus alienare in præiudicium legitimæ sui patroni, potest in dotem dare, sic adde ad licteram, *l. 1. §. si libertus, ff. si quid in fraud. patr.*

Secundò, eadem ratione minor, qui non potest sine solemnitatibus alienare, dat in dotem ipse, & tutor sine solemnitatibus, & donat propter nuptias, *l. fin C. si mai. fact. §. cum autem, & C. de admin. tut. l. lex quæ, & ff. de admin. tut. l. cum plures, §. in primis, & ff. de tut. & ration. distrah. l. 1. §. sed nōnullos*, quæ exempla fundant specialitates, inductas à iure fauore dotis.

17 Tertia pars sequitur vsq; ad *vers. alij*, in qua vult ex his inferre, quod pactum, ne detur feudum in dotem, sit contra bonos mores, & per consequens, quod *§. donare*, quo prohibetur feudum dari in dotem, sit irrationabile, sed quia leges, quæ obstāt *d. §. donare* sunt de Iure Romano, & vbi est *tex.* particularis de iure feudorum per *cap. 1. de feud. cogn.* cessant leges Romanæ, ideò *Iser.* ex alijs vult probare suum argumentum, dicens, quod *d. §. donare*, non est lex Imper. ergo non seruabitur, sed quia poterat obijci, si non est lex, est consuetudo, quæ vincit legem, *d. cap. 1. de feud. cognit.* replicat, quod si esset cō-

18 suetudo, prę suppositō, quod esset in-

Digitized by Google

rationabilis, diceretur corruptela, *auth. vt nulli iudicum*, §. 1. *C. quæ sit long. conſ. l. 2.*

19 In hoc *Cam. fol. 81. col. 1.* dicit, quod *Iſer.* eſt ſibi contrarius, tàm in *cap. 1. de feud. guar.* quàm *in c. 1. qui ſuc. ten.* ſed non video, in quo fundat hanc contrarietatem, nàm *in dict. cap. 1. de feud. guard. numer. 4.* dicit verbis apertis, quod conſuetudines iſtæ feudales inrationabiles, non debent ſeruari, & in *Prælud. queſt. 5 num. 24.* verſus finem dicit, quod iſtæ conſuetudines quatenus ſunt rationabiles ſunt ſeruandæ, alias dicerentur corruptelæ per *d. auth. vt nulli iudicum*, ibiq; *Liparul.* adducit conſimiles deciſiones *Iſer.* diſtinguentes, quod illæ quæ ſunt inrationabiles, ſeruantur in illa Curia, in qua eſt mos, vel vſus.

20 Sed quia poſſet replicari, Conſuetudinem §. *donare*, non eſſe inrationabilem, dum prohibet dari feudum in dotem; quia mulier non poſſet ſeruire, reſpondet, quod ius feudorum, q excluſit fœminã à feudi ſucceſſione, ea ratione, quia non poteſt ſeruire, eſt etiam inrationabile cum ſit contra *l. maximum vitium, C. de lib. præt.* quæ includit fœminas in ſucceſſione, ne accuſaretur natura, quæ non omnes maſculos procreauit, & ità benè intelligit *Cam.* quicquid dicat *Liparul.* in contrarium, ſed q; allegare *l. maximum vitium*, non tollit difficultatem de ſeruitio, quod nõ poteſt præſtare fœmina, ſubdit *Iſern.* poſito, quod natura pariter fœminã, ſicut maſculum procreauit, ergo ambo ſuccedere debent, ſed fœmina nupta poteſt ſeruire per maritum ſuum, ergo fuit inrationabile, prohibere ſucceſſionem, & prohibere, nè detur feudum in dotem, auget rationem, nam quandoq; gener eſt habilior, quam filius, & ſic excludere filiã, & includere filium, non ſemper præſtatur melius ſeruitium.

21 Item ſi non haberet virum ſtrenuũ, poſſet ſeruire per ſubſtitutum, eſſetq; eligere ſtrenuum, ſicut minor, & alij inhabiles, qui ſeruire admittũtur per ſubſtitutum, *cap. ſi quis deceſſerit, ſi de feud. fuer. controu.* vbi *Iſer.* citat *l. qui ſquis, & l. ad ſimilitudinem, C. de Epiſcop. & Cleric.* Præterea aliquando fœmina ſuccedit ex pacto, & in alijs caſibus ſupra *de ſucc. feud.* §. *fœmina*, & dixit *text. gloſ. & Iſern in cap. 1. de natur. ſucc. feud.* in quibus caſibus eſſet irrationabile, vt feudũ non poſſit dari in dotẽ, poſtquã ipſa ſucceſſit in feudo, & multo fortius eſſet irrationabile, ſi fœmina ſucceſſit, & ſe dotare non poſſet de feudo.

Nunc quia vltra §. *donare*, adſunt *Conſt. Regni Honorem, & Conſt. Fratribus*, quæ dant legem certo modo, circa dationem feudi in dotem, ergo vltra conſuetudines habemus leges,

22 & ſi quis dixerit eſſe duras, replicari poſſet, quod lex quamuis dura, amplectenda eſt, *l. proſpexit, ff. qui, & à quib.* quoniam iura poſitiua ſunt mutabilia, nam immutabilia ſunt iura naturalia, ergo. Reſpondet *Iſer.* quod DD. ſic intelligentes, cantant, Pſalmum *Placebo Domino*, ideſt adulantur Regibus, quoniam leges irrationabiles non ſunt querendæ.

23 Quarta pars ſequitur *verſ. alij*, vſquè ad *verſ. ex his*, in qua vult demonſtrare, quod iſtę leges, & Conſtitutiones impeditiuæ matrimonium, vel dotationem ſunt iniquæ, & non ſeruandæ; primò, quia lex debet eſſe iuxta, & honeſta inter alia, quę debet habere, *cap. erit, 4. diſtinct. & cap. ius generale, 1. diſtinct.* ſed quomodo poteſt eſſe iuſta lex, quæ impedit matrimonium, quod eſt de Iure diuino, factũ in Paradiſo? *32. q. 2. can. his ita, & Ariſt. in 1. œconom.* dixit, vxorem venire de Ara deorum, ergo. Senſit nunc argumentum in contrarium, non quia prohibuit dari feudum in do-

Digitized by Google

dotem, ergo prohibuit matrimoniũ, quia posset petere assensum, replicat, quod impedit, dum prohibet dare in dotem, quia nunquam consensisset in eum, quem vult mulier, sed in eũ, quem vult Rex, vt nubat, & hoc quoad *Const. Fratribus, & Honorem*, vel non assensiet, vt det in dotem feudum, & sine dote non vult sponsus, supple tu, quando aliud non haberet, alias argumentum non stringeret; sed matrimonia debẽt esse libera, tam in contractu, quam in-
24 distractu, *l. libera, ff. de inutil. stipul. & l. Titius, ff. de verb. oblig. 1. resp. in fin.* nec debent alia via, etiam indirecta, circumueniri, *l. scire, §. 1. ff. de tut. & curat.* vbi si mater instituit filios, dũmodo sint emãcipati, si ità fuerint, nõ potest pater illorũ esse curator, ne ex alia via potiatur bonis testatricis.

Nunc addit aliud argumentum pro opinione eorum, qui dicebant, leges prædictas non esse rationabiles, dum prohibent dari feudum in dotem, quia hæc, quæ supra dicta sunt, vt partes non possint apponere pactum, impeditiuum matrimonij, minus posset fieri per legem, cum regulariter tantum possit homo in re sua, quantum lex, quia à pari procedunt, *l. non solum, §. fin. ff. de nou. oper. nunc. & l. fin. C. de fideiuss. in fin.* & licet *Liparul.* velit, quod aliter intelligat hæc verba *Capyc.* quam *Camer.* tamen in idẽ sonat expositio vtriusq; & cum dicta lex, scilicet in §. *donare* (sic corrige) disponat de alieno iure, non proprio condentis legem, ideſt de vtili dominio vassalli, nè detur in dotem, non de directo Regis, ergo est irrationabilis, subdens ex authoritate *Isai.* qui ait, *vè illis qui condunt leges iniquas*, & eo magis *d. §. donare, & Constitutiones*, sunt irrationabiles in Regno, in quo fœmina succedit, vt in *Const. In aliquibus, & in Const. Vt de successionibus.*

Quinta pars sequitur, in qua post tot præmissa, & tot argumenta de pactis, & de conditionibus impeditiuis matrimonij, & de æquiparatione vltimarum voluntatum ad contractus, & de æquiparatione legis ad hominem, & de rationibus suadentibus resultare restrictionem, vel impedimentum matrimonij, ex quibus resultat iniquitas pacti, & per consequens legis, tandem respondet prin-
25 cipali quæstioni supra positæ, an Vicarius Regis prohibitus alienare, possit pro dote assentire, quasi dicat, quod potest, reddens rationem, quia Dominus, qui dedit potestatem Vicario, & restrinxit, ne alienet, non debuit prohibere dationem feudi pro dote, ideſt non debuit facere legem in §. *donare, & in d. Const.* nè detur in dotem, & hoc intelligit *Iser.* in hoc *vers.* quicquid dicat *Cam.* & *Liparul.* immò quod tota præcedens disputatio facta est ad demonstran-
26 dum, quod lex, quæ prohibet dari rem in dotem, est irrationabilis, quia nec homo in re sua posset sic disponere; si igitur non debuit Rex prohibere, ne detur feudum in dotem, ergo eius Vicarius potest assentire pro dote, quamuis sit prohibitus alienare, quia non intelligitur de assensu pro dote, cum vix lex expressa Regis possit defendi, quando prohibet ne detur in dotem.

27 Sed quia mens *Isern.* non est firmare pro solida hanc conclusionem, vt subditi possint cognoscere de irrationabilitate legis Regis, & per consequens fragili fundamẽto fundaretur conclusio, vt Vicarius, prohibitus alienare, posset pro dote assentire, ideò transit ad aliam rationem, dicens, quod alienatio necessaria non subest prohibitioni de non alienãdo, *ff. de leg. 2. Ipeto, §. prædium,*
28 vbi prohibitus alienare extra familiam sub pœna, ex causa necessaria

Digitized by Google

alienat, in vita sua sine pęna, sed dos est consecutiua matrimonij, quod est necessarium ad sobolem procreandam, quia licet possit esse sine dote, *ff. de iur. dot. l. 3. & C. de don. ante nupt. l. fin.* tamen quia frequętia matrimoniorũ est fieri cum dote, quia non est quis facile ducturus sine dote, *d. l. pure, & l. si fraudator, &* 30. *q.* 5. *cap. cum nullum*, quod allegatur in *glos. l. fin. C. de repu.* & sic frequentia inspicitur, *l. iusto, ff. de vsucap.* ergo ex causa necessaria, nedum fauorabili, Vicarius potest assentire.

29 *Cam.* ex hoc *§. prædium*, notat, *Iser.* intelligere, quod Vicarius potest assentire durante vita feudatarij, quasi quod intelligatur secundum legem, quam allegat, quem cum ratione refellit *Liparul.* hic, nam *§. prædium*, loquitur de ipso alienante, *Isern.* loquitur de Vicario consentiente, & cõsensus per naturam est perpetuus, sed vtitur arg. *§. prædium*, pro ratione quoad necessariam causam matrimonij, vt videatur excepta à prohibitione alienationis.

30 Sed quia prædicta argumenta videbantur *Iser.* potius subtilia, quàm subsistentia. Ideò transit ad aliam rationem, quod *cap. in planitie*, in specie dicit, quod quando quis velit feudum obligare pro dote, adeat Curiam Regiam infra octo dies, quã cito expediat assensum: & cum *d. cap.* sit factum in releuamen hominum Regni, ergo Vicarius tenetur consentire, alias teneretur, *l. mulier, §. sed & si cum distraheret. ff. ad trebell.* ergo dum obseruat *cap.* facit, quod

31 Rex facere teneretur, & Rex videtur committere, ea quæ ipse facere tenetur, *l. procurator, ff. de cond. ind.* & in hoc residet.

32 Vndè magno apparatu *Cam. fol.* 82. conatur demonstrare, quod feudum non potest dari pro dote sine assensu, de quo, quia *Iser.* fecit latam distinctionem in *§. donare*, eam non repetimus, & hic non contradicit, sed ad fundandum, quod prohibitus Vicarius, nihilominus potest assentire pro dote, adducit rigorem dictorũ iurium, vt facilius excipi possit causa dotis, sed vt viditis, non se fundat in hoc rigore, sed in *cap. in planitie*, & sic soluendo *Cam.* argumenta, facit

33 plures conclusiones, *Iser. in §. præterea, quib. mod. feud. amitt.* 33. *vers. nec est turpe*, tenet valere pactum, nè feudũ detur in dotẽ, q̃a non est turpe, nec impeditiuum matrimonij, sed ne feudum, quod est res sua, transeat ad alium sine sua voluntate. Quoad articulum, an Vicarius, prohibitus alienare, possit pro dote consentire, circumscripto articulo, an aliud sit alienare, quàm alienanti consentire?

34 de quo supra *Isern.* tractauit, & in seq; nos exposituri sumus, sed *Isern.* transit ad priuilegia dotis, & vt demonstraret, casum dotis esse exceptum, cum præuideret arg. *glos. ex text. in §. donare*, altius repetendo, voluit referre priuilegia matrimonij, & successiuè priuilegia dotis, ex quibus fundauit, quod pactum impeditiuum matrimonij, sit contra bonos mores, & non seruandum, ex quo arg. infert ad legem, & Consuetudinem, vt non possint plusquam potest aliquis in re sua, & cum consuetudo sit irrationabilis, nõ est seruanda, & tandem cõcludit, ex his apparere solutionem quęstionis, si Vicarius potest consentire, quia non debuit prohiberi, nè det feudum in dotem, in hoc *vers.* est dubium si dicit, quod Dominus non debuit prohibere, vel quod non debuit prohiberi per legem, item aliud dubiũ, quod intelligit *Iser.* hic, dum *Cam.* dicit quod in his residet *And.* & non distinguit in qua opinione residet.

36 Ideò quoad primum dictum generale de consuetudine feudorum, si ser-

Digitized by Google

seruanda sit, quando est irrationabilis, vel non, *Cam.* hic, *fol.* 81. dicit tenere *Iser.* quod non est seruandum, ius feudorum, quando est irrationabile, sed quod contrarium tenuit in *cap. 1. de feud. guard. & in cap. 1. qui succ. ten. num.* 13, sed benè ponderata doctrina *Iser.* ibi, dicit idē quod hic, iuxta licteram, & infra *fol.* 82. *col.* 1. dicit, quod rectius intellexit in dictis locis, in quibus, vt dixi, tenet eandem opinionem, sed alibi *Iser.* de hac conclusione est locutus certo modo, vt ab aliquibus consideretur cōtrarietas, quia in *cap. 1. §. Titius, & §. vassallus feudum, si de feud. fuer. controu.* dicit, quod quando continet quid irrationabile, seruabitur vbi est vsus; sed in *cap. 1. de filijs natis ex matr. ad morga. contr.* dicit, quod non seruabitur etiam, vbi est vsus, quia
37 est irrationabile, quod filius secundi matrimonij ex muliere ignobile non succedat, nec in allodio, existente filio primi matrimonij, in pluribus etiam locis loquitur generaliter, & in aliquibus specialiter, quos congerit *Liparul. nu.* 24. *quæst.* 1. *in addit. magna*, vbi *Iser.* ex pluribus probat, librum feudorum esse approbatum ab Imperatoribus, & ab Illust. Doctoribus ab immortali tempore, quo ad dicta Oberti, & Gerardi, ac aliorum I.C. sicut dicta Prudentum Romanorum, & in *cap. 1. de feud. cognit.* repetit idem, remictens se ad eius dicta in preambulis, & non est mirum, quod *d. c. 1. de filij natis ex matrim. ad morg.* dicat non esse seruandum, qm̄ nec per consuetudinem, nec per
38 statutum potest in totum tolli legitima successio filio, licet possit moderari, vndè *Iser.* hic non intelligit, *§. donare* non esse seruandum, dum prohibet dari feudum in dotem, sed dicit, quod Vicarius potest consentire, quasi quod Dominus, quando prohibuit, nè alienet, non videtur prohibuisse de dote, & illud verbum, quia non debuit etiam prohiberi, nō debet legi *prohibere*, sed *prohiberi*, nam si dixisset prohibere loqueretur de Domino, quando fecit Vicarium, & prohibuit, sed casus *Iser.* supra figuratus fuit quādo Dās prohibuit in genere, & sic non benè cōgueret exageratio, quod non debuit prohibere, ideò intelligendum est *Iser.* sentire de *§. donare*, & de istis *Consil.* quod lex non debuit prohibere, dum dicit impersonaliter, & passiuè non debuit prohiberi, scilicet per dicta iura, vndè sensit *Iser.* quod *§. donare*, & *d. Consil.* sunt aspera, & non debuerunt prohibere, sed nō infert, quod non sunt seruanda, nam non est nostrum, qui sumus subditi dice-
39 re, leges esse iniquas, loquitur ergo de presumpta voluntate constituentis Vicarium, & sic quamuis iste articulus sit de potestate, est cōmixtus cum articulo voluntatis, quod patet ex sequenti ratione, quam cumulat, vt in prohibita alienatione intelligatur exceptus casus necessarius, ergo cum fuerit visa causa dotis necessaria, corroborat ex arg. *l. pen. §. prædium, de leg. 2.* vt in prohibitione facta Vicario videatur excepta causa dotis tanquam necessaria.

40 Sed in articulo, an sit turpe pactū, nè feudum detur in dotem, vel irrationabile dispositum in *d. §. donare*, *Iser.* clarius tenet, quod nō in *§. præterea, quib. mod. feud. amitt. num.* 33. *ver. extra*, vbi dicit, non esse turpe tale pactum, & quamuis non liget feudum sine assensu Domini, nec in allodio, nisi sonet in rem, vel in personā, vt in *l. ea lege, C. de cond. ob cau.* tamen tenetur ad interesse, ibiquè *Iser.* descendit ad *§. donare*, & ad *d. Consil.* dicens, quod non fuit prohibitum per dicta iura, nè feudum detur in dotem ad impediendum matrimonia, sed ne feudum transferatur in

alium

alium sine voluntate Domini, illa vero *Constit. Honorem*, quia directè impedit matrimonium, est contra Ius Canonicum, & Diuinum, & reprobata fuit, atq; correcta, quicquid dicat *Cam.* de opinione *Isern. hic fol.* 81. *cum seq.*

41 Et quia *Isern.* non erat tutus, si ex præsumpta voluntate induceretur ampliata potestas Vicarij fauore dotis, transit ad aliam rationem, quod Dominus tenetur consentire, maximè per *cap. in planitie*, ergo si Dominus tenetur, videtur à principio committere suo Vicario, ea quæ ipse teneretur facere, & per consequens si denegaret, Vicarius teneretur.

42 Et dum *Cam.* latius prosequitur, si Dominus potest facere legem, nè res sua transeat ad Ecclesiam, nedũ ne detur pro dote, hoc sublimioribus potestatibus relinquimus.

Secundam facit conclusionem, vt mulier possit se dotare.

Tertiam in patre per *cap. nuper*, de cuius intellectu videatis *Isern. qui succ. ten. nu. 7.*

43 Quartam de *Const. Fratribus*, vt in illo casu valeat dari, & obligari pro dote, addatis vos, quod eo tempore non erat condita *Const. In aliquibus*, nec *Constit. Vt de successionibus*, quæ prouident de paragio, vndè fuit rationabile, vt prouideretur mulieribus, vt nuberent *Cannet. in cap. volentes, §. colligitur, fol.* 31.

44 Quintam facit, vt soluto matrimonio feudum reuertatur ad vxorẽ.

Sexta est conclusio omissa à *Cam.* quando datur feudum, sed per prouisionem Federici in Archiuio de qua in *§. donare*, vt resoluatur in pignus retinendum, donec pecunia soluatur pro dote.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij nomen diuersimodum, ac diuersa in specie plura significat.*
Et in quo differat seruus Vicarius ab Ordinario?
2 *Iure Ciuili Vicarius diuersimodè accipitur.*
3 *Iure Canonico Vicarius dupliciter dicitur.*
Et an Vicarius Episcopi ordinariã habeat Iurisdictionem?
4 *Vicarius Papæ quis?*
5 *Respectu Principis Vicarius dicitur Locumtenens, & Vicemgerens.*
6 *In Regno nostro antiquitus Reges constituebant Vicarios proprios filios.*
7 *In Italia solet esse Vicarius perpetuus Imperij.*
Et est Dux Sabaudiæ.
8 *Vicarius habens speciale mandatum ad assensiendum, alienationi assentire potest.*
Secus si ad certa tantum negotia sit constitutus Vicarius.
9 *Vicarius si simpliciter sit factus, vel ad omnia, an possit alienationi feudi pro dote consentire?*
10 *Procurator cum libera, &c. an valeat donare? & n. 18.*
Donare perdere est.
Et an filius liberam habens administrationem peculij, valeat donare?
11 *In generali concessione specialia non transeunt.*
In generali commissione non veniũt ea, quæ quis in specie esset alteri concessurus.
12 *Rex frequenter admittit assensum alienationibus pro dote.*
13 Capycij *sensus circa argumentum* Isern.
14 Camer. *declaratio ad argumentum* Isern.
15 Liparulus *testatur*, Capycium *habuisse veram mentem* Isern.
16 *Declaratur, si littera* Isern. *debeat stare*

Digitized by Google

re cum duabus negatiuis. & num. seq.

In generali concessione non includuntur, quæ in specie quis esset concessurus.

17 *Littera* Iter. *quod legatur cum duabus negatiuis, vel non, parum refert.*
Et declaratur rex. in Lobligatione, ff. de pignor. & l. si procurator, ff. de procur.

18 *Procurator generalis vt valeat donare?*

19 *Regum proprium est donare.*

20 *In generali, vel simplici Constitutione Vicarij veniunt solita tantum.*
Et mulier viduæ Senatoris, nubens secundo inferioris conditionis, Senatoriam vt retineat dignitatem?

21 *Personalia insolita, quæ sint?*
Et an sint ea, quæ Rex sibi reseruauit in Prag. 3. tit. de feudis?

22 *Quæ frequenter non fiunt, in generali concessione non veniunt.*
Et an veniant ea, quæ cum difficultate fiunt?

23 *Intellectus ad* l. lege obuenire, ff. de verb. signif. *& quorum respectu detur assensus?*

24 *Feudum est de natura sua inalienabile, non propter se, sed propter Domini consensum.*

25 *Respectu emptoris quid operetur assensus Domini in feudi alienatione?*

26 *Dominus assentiendo alienationi feudi, videtur de nouo emptorem inuestire.*
Et an det feudum; qui alienationi feudi assentitur?

27 *Refutatio quomodo fiat, vt Dominus dicatur dare feudum de nouo?*
Et an Dominus assentiens alienationi, dicatur dare, & remittere spem deuolutionis?

28 *Dominus præstando assensum alienationi, de nouo dat, & de nouo inuestit.*
Et an emptor propter assensum habent feudum pro se, & hæredibus, vel vita tantum venditoris durante?

29 *Filios non habens, & feudum vendat, Dominusq; consensiat, an emptor propter assensum habeat feudum pro se, & hæredibus, vel tantum durante vita venditoris?*

30 *Confirmans veterem inuestituram, an det feudum?*
Et an Vicarius possit confirmare inuestituram filio, vel Agnato petenti inuestituræ renouationem?

31 *Si aliquod Ius est quæsitum Domino ob culpam primi vassalli, adeò vt per renouationem Inuestituræ esset remittere illud ius, an Vicarius inuestituram renouare possit?*

32 *Vicarius potest inuestituram confirmare in forma communi.*

33 *Vicarius alienationi feudorum poterit consentire in casibus, quibus Dominus tenetur suum impertiri assensum.*

Isern. nu. 12. vers. sed an Vicarius.

CAP. XVII.

1 PRæmittendum est, qd sit Vicarius, in quo inuenio diuersimode appellari eum, qui vicē alterius gerit, ac in specie hoc nomen Vicarij plura diuersa significare.

Primò enim inter seruos fuit cognitum hoc nomen Vicarij, quamuis enim seruorum nulla fuisse constituta differentiam inuenimus apud *Tribonianum inst. de iure pers. §. fin.* tamen *glos.* ibi notat, inter alias hāc dari differētiā, qa alij ordinarij sunt

alij

alij vero Vicarij, vt patet *inſt. quod cum eod. §. cum autem*, vbi ſeruus ordinarius, qui habet peculium, poteſt debere ſeruo Vicario ſuo, vbi *gloſ.* declarat ſeruum ordinarium eſſe Caſtaldum, Vicarium vero qui vices ordinarij gerit.

2 Secundo de Iure Ciuili Vicarius accipitur diuerſimode, quia aliquãdo eſt ordinarius, vt quando in vicẽ demortui eligitur à Republica, vel à Principe, quo caſu non eſt delegatus, ſed ordinarius, *gloſ. in rub. & in l. 1. C. de offic. eius qui vicem alicu. obti.* & duplici modo conſideratur, vno quando ad certum tempus in locum demortuorũ eligitur, & dicitur ſuffectus, alio modo, quãdo in locum abſentium, vel impeditiorum, vt declarat *Archid. in cap. cum in generali, de offic. Vic. in 6.*

3 Item de Iure Canonico Vicarius dupliciter eſſe poteſt, vno modo in diuinis, alio modo in iuriſdictione, & de Vicaria in diuinis loquitur totus *tit. in decret. de offic. Vicar.* præter *tex. in cap. fin.* incip. *ex parte*, vbi de officio Vicarij in iuriſdictione.

Item de Iure Canonico Vicarius Epiſcopi habet ordinariam iuriſdictionem, vt notatur in *cap. Romana, de appel. in 6. & in cap. tua, de off. Vic.*

4 De Vicario Papæ habetur in *cap. ex ſua, de offic. Vic.* de Iure ciuili notatur per DD. *in rub. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* vbi *Alex. à n. 12. cum ſeq.*

5 In Principe vero Vicarius conſideratur, vt Locumtenens, ſeù Vicẽgerens ad negocia Principatus, & ſolet appellari Locumtenẽs, Vicarius, Prorex ad placitum conſtituentis, & ſolet dari maior, vel minor poteſtas, propterea *Iſer.* facit tot caſus in ſolutione quæſtionis de aſſenſu præſtando in alienationibus feudorum,

6 In Regno noſtro antiquitus tempore eorum Regum, qui reſidẽbant, cõſueuerunt Reges cõſtituere Vicarios proprios filios primogenitos, vt hic teſtatur *Aſſlict.* de Conſuetudine Immemorabili, *Camer. fol. 79. à ter.* & fit mentio in Capitulis Regni, in quibus Carolus Secundus Robertus, & Carolus filius Roberti, appellant ſe Vicarios, dum condunt illa iura.

7 In Italia etiam ſolet eſſe Vicarius Imperij, & perpetuus, prout eſt Dux Sabaudiæ, de quo teſtator *Iacobus de feud. ver. Vicarius perpetuus.*

Deueniendo ad *Iſer. n. 12.* q̃rit an Vicarius poſſit aſſentire alienationi feudi, & ſoluendo diſtinguit duos caſus indubitabiles, & ꝓſequitur alios duos dubitabiles, indubitabiles

8 ſunt, primò, quando habet ſpeciale, mandatum ad conſentiendum, quia ſine dubio poteſt; ſecundò negatiuè quando eſſet Vicarius ad certa negotia tantum, & non eſſet ei poteſtas aſſentiendi, & non poſſet.

9 Caſus dubitabiles ſunt, primò, quando ſimpliciter fecit Vicarium, ſecundò, quãdo fecit eum Vicarium ad omnia, ſine expreſſione iſtius, vel alterius negocij, in iſtis duobus caſibus cadit dubitatio.

10 In quibus arguit pro parte negatiua, quod non poſſit hoc modo, primò, quia procurator cum libera, non poteſt donare, niſi ſpecialiter fit dictum, quod valeat donare, *l. filius, ff. de donat.* ſed qui conſenſit, donat, *l. obenire, ff. de verb. & rer. ſignif.* ergo Vicarius ad omnia, vel ſimpliciter, non poteſt aſſentire, in *d. l. filius*, probatur apertiſſimè intentio *Iſer.* nàm ibi expreſsè deciditur, quod filiùs habens liberam adminiſtrationẽ peculij, non poſſit donare, reddit rationem I.C. quia quando pater concedit liberam, non videtur concedere, vt perdat, quia donare eſt perdere, *l. 1. C. ſi ad verſ. donat.* & limitat in tribus caſibus, primò, quando iuxta ratione motus, vt quando daret

ma-

Digitized by Google

matri, vel coniunctæ personæ, exēplū ponit de tutore, qui potest consueta munera facere Præceptoribus pupilli, *l. 1. ff. de tut. & rat. distr. & l. cum plures, § in primis, ff. de admin. tut.* secundò, qñ cōcessit donādi potestatem pater: tertiò, ratione dignitatis personæ, vt in filio Senatoris, quod corroborari potest ex his, quæ notat *glos. in Const. Regn. Minoribus, de iur. balij, Innoc. in cap. grādi. de suppl. negl. Prælat.* qui limitat in Regibus, *Alber. in l. qui peculij, ff. de pecul.* nam permittitur Illustr. personis, quasi prodigaliter viuere. In *l. lege obuenire*, probatur intentio *Iser.* q̄ q̄ cōfirmat dat, dū ibi dicitur, quod hereditas testamētaria lege obuenit, quia *lege 12. tab.* hæreditates testamentariæ confirmantur, vndè sumit ibi *glos.* arg. probari in illa lege, quod qui confirmat, dat, ad q̄ sæpè *Iser.* allegat illam legem, sed q̄a super intellectum istius legis infra *Iser.* facit argumentum diuersum, ibi cum ipso tractabimus.

11 Secundò, arguit ex alia regula, quæ est, quod in generali non transeunt specialia, *cap. quod translationem, extr. de offic. leg. & d. l. qui peculij, ff. de peculio*, In *cap. quod translationē* habetur reprehensio Papæ ad Legatum à Latere, qui subiecit Ecclesiam Panormitanam Messanensi, ex quo in generali commissione non veniūt ea, quæ sunt in signum specialis priuilegij reseruata Papæ: in *l. qui peculij*, est differentia in litera, quia licet cōmuniter habeatur, vt in generali concessione administrationis peculij videatur concessum id, quod specialiter esset concessurus, tamen *Iser.* habebat cum duabus negationibus, scilicet, non veniunt ea, quæ quis nō esset specialiter concessurus, & secundum istam lecturam probaret intentionem *Isern.* & tamen etiam secundum literam communem sumūt regulam DD. quod ex illa lege probatur, filium, cui pater concessit administrationem peculij, non posse donare, & glosella ibi notat regulam prædictam, quod in generali concessione non veniunt specialia, dum allegat *text.* concordantē in *l. obligatione, ff. de pignor.* vbi est consimilis *text.* in materia obligationis generalis, vt non veniant quædam bona, quæ verisimiliter quis nō esset obligaturus, ergo probat *Iser.* argumentum negatiuum, in dictis duobus casibus non posse Vicarium Generalem, vel ad omnia, assentire, quia esset donare, quod non venit. Item quia non esset Dominus concessurus specialiter hanc potestatem assentiendi, ergo non venit in generali constitutione Vicarij.

Sed *Iser.* videns, has regulas non esse tutas, arguit contra pro parte affirmatiua, quod possit Vicarius, etiā ex vi *d. l. qui peculij*, quia ibi dicitur, quod non veniunt ea, quæ quis spēcialiter nō esset concessurus, sed hos assensus Rex frequenter admittit,

12 ergo esset concessurus specialiter, & sic ex eadem *l. qui peculij*, probatur contrarium, sed quia *Capyc.* vno modo legit, & intelligit, alio vero legit, & intelligit *Cam.* & *Liparul.* cognouit difficultatem, & non soluit, pernecessarium est hic insistere, cum sit de principalioribus dictis huius lectionis.

13 *Capyc.* ergo dicit, quod *Iser.* arguit ex *d. l. qui peculij*, quādo esset sine *negatiua*, sed secundum cōmunē literam, quod quis videtur concedere generaliter, quæ specialiter esset cōcessurus, sed hos assensus frequenter admittit, ergo.

14 *Cam.* vero dicit, quod *Iser.* arguit sic, quod in *l. qui peculij* non veniunt ea, quæ sunt specialiter committenda, sed ea quæ specialiter esset concessurus, sed Rex passim admittit hos assensus, ergo. *Liparul.* relato *Cam.* &

Digitized by Google

15 *Capyc.* dicit, quod *Capyc.* habuit verã mentem *Iser.* dum legit illum cum negatiua, allegantem *d. l. qui peculij*, sed vt vidistis, *Capyc.* allegat *Iser.* primò cum negatiuis loquentem, sed in arg. quod format pro contraria opinione, legit sine negatiuis, & sic neuter ipsorum percepit veram mẽte *Iser.* nec concordauit licteram illius legis, ideò nos dicimus indubitanter, quod *Iser.* habebat licteram cum duabus negatiuis, & ipse sic allegat, & arguit tribus vicibus, primò, dum dicit, quod in generali non transeunt specialia, quod probatur in *d. cap. quod translationem* cum negatiua, ergo cum negatiua esse debet *l. qui peculij*, allegata in contestu cum *d. tex.* secundò, dum arguit pro contraria parte à dicta lege, id dicit apertè, sed subdit, quod specialiter permissurus non esset, & in omnibus Codicibus *Iser.* quos viderim, sic habetur, & suadetur ex minore, dũ dicit, *sed hos assensus frequẽter admittit*, quasi q firma remanente regula, non procedit in casu, qui non est de his, quæ specialiter non concessisset: tertiò, infra arguit à contrario sensu ex *d. l. qui peculij*, dum dicit, quod si non videtur concedere ea, quæ specialiter nõ cõcessisset, ergo videtur cõcedere ea, quæ specialiter concessisset, & sic *Iser.* semper allegat cum duabus negatiuis.

16 Videamus secundo, si lictera stat, vel stare debeat cum dictis negatiuis, & pro lectura *Iser.* est *text.* consimilis in *cap. in generali, de reg. iur. in 6.* vbi in generali concessione non veniunt ea, quæ quis verisimiliter non esset specialiter concessurus, est *tex.* consimilis per eadem verba in *cap. fin. de offic. Vicar. in 6.* est *tex.* cõsimilis in *l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss.* ibi, *quas neminem credibile est se pignori specialiter daturum fuisse*, concordat *reg. tex. in c. inspicimus, de reg. iur. in 6.* concordat *tex.* noster in *cap. in generali, si de feud. fuer. controu.* ibi, *in generali obligatione non continetur feudum, nisi specialiter dictum sit*, præterea *glos. in d. cap. in generali*, allegat in contestum *d. l. qui peculij*, ad probandum contextum cum negatiuis, & sic in libro glosæ erat, sicut in libro *Iser.* Aliqui Doctores vero leguot sine negatiuis, incip. ab *Odofred. Alberic.* & aliqui cum negatiuis, vt est *Dyn. in reg. in generali, de reg. iur. in 6.*

17 Sed perscrutemur si interest, vt fit cum negatiuis, vel sine, & certè ex intelligẽtia DD. & *glos.* videtur, quod parum referat, q a in effectu in idem resident decisio, & ratio decisionis incipiendo à *glos.* ibi, quæ dicit, notare regulam, & adducit concordantem, *l. obligationem, ff. de pign. & l. si procurator. ff. de procur.* in quibus probatur vtraq; decisio affirmatiua, & negatiua, quia in *l. obligatione* probatur negatiua, vt in generali nõ veniant ea, quæ specialiter non esset concessurus in *l. si procurator* probatur affirmatiua, quia in generali mandato venit, vt soluatur creditori, ergo tantum est vnum, quantum aliud, ità declarãdo *tex.* ponit duos casus *Odofr.* quia primò ponit affirmatiuam, vt veniant in generali, quæ est specialiter concessurus, & postea ponit negatiuam, quod non veniunt ea, quæ specialiter non esset cõcessurus, exẽplum ponit de donatione per *l. contra iuris. §. 1. ff. de pact.*

18 Sed contra hanc propositionem de mandato generali, vt non possit donare, quamuis sint tot iura, tot *glos.* & tot DD. tamen *Bar. in l. si procurator, ff. de iud. ind. nu. 1. vers. venio ad quæst.* inducit dicta iura contra *glos.* quę voluit in *l. ignorantis, ff. de procur.* quod possit donare, arguẽdo contra *glos.* quia donare est perdere, sed dicit, veram esse *glos.* quia contraria loquuntur

Digitized by Google

quntur in filio, de quo speciale est cautum, secus in procuratore, sed *glos.* dicit totum contrarium, hoc tantum in procuratore cum libera, vt in *l. procurator cui libera*, & in *l. procurator totorum.* Immò *Bart.* fundat, quod quis potest alienare rem alienam, & sic donare, sed non fundat, quod in mandato generali veniat potestas donandi.

19 Secundò obstat, quod regula fallit in Regibus, cuius est proprium donare, & perdere, ergo si assentire esset donare, in mandato Regis veniret.

20 Sed quia *Iser.* non intelligit in his se fundare, ideò pro solutione istius arg. de *l. qui peculij*, & de frequentia concessionis assensus, refert opinionem aliquorum, qui tenent, quod in generali, vel simplici Constitutione Vicarij veniunt solita tantum, insolita personalia, quæ non consueuit, vel raro, non transeunt: sed malè adducit exēplū *l. fin. ff. de Senat.* vbi cōcedere, vt mulier vidua Senatoris, secundò nubendo inferiori dignitatis, retineat senatoriam dignitatē, Princeps raro concedit, arg. etiam, *ff. de pign. l. obligatione, & l. deniq;* solita vero quamuis personalia, & specialia sic benè. Addit *Liparul.* argum. *ff. de pign. act. l. vel vniuersorum, l. fin. ff. quod cum eo, l. sed Iulianus, ff. ad Maced. §. quod dicitur, l. si negocia, ff. de neg. gest.* corrigit *Liparul. quis, & benè, & l. qui semisses, ff. de vsu.* quæ intra allegauit in *§. huius autem generis, in quib. cauf. feud. amitt.* subdens, quod in generali veniunt, quæ esset facturus, arg. à contrario sensu ex *d. l. qui peculij.*

21 Ista vero personalia insolita, dicit *Camer.* hic, esse ea, de quibus in *Const. Ea quæ ad decus*, & in *Const. Dignum*, licet hodiè consueuerunt Reges ēt demanialia, & Merum Imperium concedere in feudum, sed hodiè posumus dicere esse ea, quæ Rex sibi reseruauit in *prag. 3. de feud.*

22 Aliud caput distinctionis est in his, quæ non frequenter fiunt, vt non veniāt *l. iusto, in princ. ff. de vsucap. & l. nam ad ea, ff. de legib.* aliud caput in his, quæ cum difficultate conceduntur, *l. generaliter, ff. qui & à quib. & C. de remiss. l. semel, lib. 12.*

23 Pro intellectu *l. lege obuenire*, quia in pluribus locis dicit, qui consensit dat per *d. l.* & nunc *Iser.* dicit, quod aliud est dare, aliud est alienanti consentire, *l. aliud, ff. de regul. iur.* ergo videtur recedere ab illa inductione; ideò dicendum est, quod assensus datur respectu vassalli, qui alienat, & vassalli noui, qui emit.

24 Respectu venditoris, quia alienatio feudi est prohibita per naturam, non propter se, vt campus martius, sed propter extrinsecum, idest propter consensum Domini, sine quo non potest alienari, vt per *Const. Lothar. Federici Primi, & Secundi*, ideò, quando assentit, non dat Rex venditori, sed tollit obstaculum suæ voluntatis, quæ impediebat, ac facit, vt vassallus alienet vtile dominium suum, quod de per se posset transferre, si lex feudi non prohiberet, & hoc respectu operatur consensus, vt possit alienare, sicut posset, si consensus non esset necessarius, ità declarat *Iser. in cap. Imperial. num. 11. ver. sed si videbatur, Camer. fol. 43. & in §. præterea Ducatus, fol. 104.*

25 Respectu emptoris, quia facit trāsire vtile dominium in emptorem, quia sine assensu non transfertur, ideò dicitur, quod assensus dat, non quod Rex det vtile dominium, quia si vassallus non alienaret, non transiret dominium vtile in emptorem, sed quia sine assensu non transfertur, ideò dicitur, quod Rex dat, quando assentit, ità declarat *Iser. nu. 13. circà princ. vers. quamuis consensus Domini.*

Digitized by Google

26 Secundò, quia assensiendo venditioni, videtur de nouo inuestire nouum emptorem, & quodammodo videtur facta refutatio feudi in manus Domini ad beneficium emptoris, qui inuestitur, & hoc respectu, qui consensit dat *d.l. lege obuenire*, quod videtur apertè etiam respectu successoris, quando proximè successuro fit refutatio, vel per mortem fit translatio *Iser. nu.* 38. in hoc *cap. Imperial.* vbi dicit, quod videtur feudū apertum Domino, & ab eo retro cōcessum filio, vel agnato.

27 Pariter in refutatione fit distinctio in *cap.* 1. *de alien. feud. pat.* §. *& si libellum*, & *in cap.* 1. *de eo qui finem fecer. agnat.* aut enim fit, vt in naturā feudi antiqui inuestiat proximè successurum, & est facere locum agnato; aut vlteriori, vel extraneo, & vt de nouo, & requiritur assensus, vt de nouo inuestiat, & sic assensus donationi, & refutationi, dicitur inuestitura, ità, & in emptione, quando conceditur nouo vassallo, à quo recipitur in inuestitura iuramentum fidelitatis.

28 Præterea isto respectu, nedum Dominus per assensum dat, quia de nouo inuestit, sed dat futuram successionem, quam habere potuisset, si vassallus, qui alienauit, decederet sine liberis, quia cum feudum est refutatum, & alteri concessum, primus non est amplius vassallus, sed nouus, & sic hoc respectu dicitur dare, & remittere illam spem deuolutionis, quia emptor habet propter assensum pro se, & hæredibus, non durante dominio venditoris, prout haberet, etiam quando ius permittit, *l. lex vectigali, ff. de pignor. et* §. *rursus, quib. mod. feud. amitt.* quia non videtur Dominus consentire, vt habeat eo
29 modo, quo habet venditor, sed ex noua inuestitura pro se, & hæredibus, sic in quæstione famosa decidit *Iser. in cap.* 1. *qui succ. ten num.* 6. *cum seq.* quando venditor nō habebat filios, vbi distinguit, si Dominus sciebat, vel ignorabat, & quando generaliter, vel specialiter petitur, vel conceditur assensus, & in *cap.* 1. *de eo qui fin. fecit agn. & per quos fiat inuest.* §. *sed & si plures, in fin. & de inuest. de re alien. num.* 5. *Cam. fol.* 43. *Liparul. num.* 4. *ver. consentire.*

30 Vltimo, qui confirmat dat, sed simpliciter quando confirmat veterem inuestituram, *cap.* 1. *per quos fiat inuest.*

De Vicario igitur si agamus de confirmatione inuestituræ, quia vassallus filius, vel agnatus petit renouationem per mortem feudatarij, Vicarius potest confirmare, prout ibi dicitur de tutore, & minore, quia nihil noui facit,

31 Limita, nisi aliquod Ius esset quæsitum Domino per culpam noui vassalli, vel defuncti, quia per renouationem inuestituræ esset remittere, maximè per receptionem seruitij, sicut de emphyteusi dicitur, & tunc Vicarius qui non posset de nouo inuestire, non posset per renouationem inuestire Ius Domini sine speciali mandato.

32 Aut sumus in confirmatione in forma communi, & posset, quia nihil noui faceret, nisi transiret in formam specificam, quia duo faceret, confirmando, si actus valeret, & si non valeret, de nouo daret, notat *Decius* post alios in *cap. penul. & fin. extr. de confir. vtil. vel inut. Iser. de vassal. decrep. ætat. nu.* 5. & non posset nisi, qui haberet potestatem.

33 Aut sumus in assensu, & tunc aut in casibus, in quibus Dominus tenetur consentire, putà, quia in prima concessione erat cum clausula ad vēdendum, &c. vel quia consueuerat alijs concedere, & denegando, faceret iniuriam, & tunc posset Vicarius,

Digitized by Google

rius, quia videtur constitutus ad faciendum ea, quæ debet facere Dominus, *l. si procuratorem, ff. de cond. ind. Isern. supra alleg.*

SVMMARIVM.

1 *Assentire an sit donare, & vt in generali commissione comprehendatur donatio?*

2 *Rex si constituat Vicarium ad omnia, nihil videtur excipere, & propterea Vicarius alienationi poterit consentire.*
Et an seruitus, nè luminibus officiatur, comprehendat tam lumina futura, sicut præsentia?

3 *Generalitatis vis est, vt verbo vniuersali polleat. Et quãdo sub verbo generali veniant specialia, & qñ non?*

4 *Regulare est, vt sub verbo generali specialia veniãt, nisi ratione cessante. Et adnotantur quinquaginta limitationes huius regulæ.*

5 *Peritia* Isern. *in arguendo, & soluendo commendatur.*

6 *Epistolæ Pontificiæ in decretalibus insertæ, an sint seruandæ.*

7 *Si sint concessa omnia, & quædam personalia, quæ personalia videantur concessa.*

8 Capye. *decipitur in intellectu* tex. in l. nam quod liquido, S. fin. ff. de penu legata.
Et quid si legetur omnis penus, præter vinum, quod est Romæ, an intelligatur legata solum penus, quæ erat Romæ?

9 *Exceptio in legato tunc causat diminutionem rei legatæ, quando cum relatiuo concurrit.*
Et an legata omni penu, præter vinũ, intelligatur legata omnis pœnus.

10 *In legato fundi instructi, si excipiatur aurũ, & rationes, an veniãt vestes?*

11 *Proreges Regni an sint constituti generaliter, & vniuersaliter ad omnia circa præstandum assensum.*

12 *Prorex alienationi feudorum in Ecclesiam, haud poterit assentiri.*
Et quomodo hodiè feuda alienentur in Ecclesia.

13 *Venditor feudi si careat successore, an Prorex poterit venditioni suum præstare assensum.*
In feudi distractione requiritur, vt cetera sint paria.
Et an desperatus prole, dum est prohibitus alienare, prohibeatur in feudum dare?

14 *Prorex suum minimè poterit præstare assensum, si feudi alienatio fiat in parum fidelem, vel in descendentem à parum fideli.*

15 *Prorex minimè alienationi assentiet, si successio alteretur extra casus concessionis.*

16 *Ob naturam indiuiduitatis feudi Prorex non potest assentiri alienationi in plures, vel pro parte, siue aliquo iure reseruato.*
Et de quo iure feudum sit indiuiduum? Ac in refutatione, vt possit reseruari vsusfructus, quæ cautela sit adhibenda?

17 *Prorex non assentiri potest substitutioni, quæ fieret de feudo, & cur.*
Nec suum præstabit assensum, si venditor feudum possideat ad beneplacitum?

18 *Feuda si sint titulata, vel magni momenti, an possit Prorex eorum alienationi assentiri.*

19 *Cautela* (in subsidium) *de qua in* prag. 3. de feud. *an sit sublata?*
Et an Prorex possit assentiri obligationi feudorum titulatorum.

20 *Cautela* (feudi natura non mutata) *quid operetur.*

21 *Cautela* (si ritè, rectèq; processerint, quæ partes tãgunt) *quid operetur.*
Et quid operetur Cautela (Iuribus nostris) & *Cautela* (& alienis.)

22 *Constitutus ad omnia, & ad quædam personalia expressa, videtur tantum constitutus ad expressa.*

23 Ex-

Digitized by Google

23 *Explicantur distinctiones* Iſern. *in brocardo, quando ſpecies derogat generi.*

24 Bart. *diſputando regulam huius brocardi, facit, & diſtinguit plura capita.*
Et quid ſi legetur eidem, & genus, & ſpecies, an ſpecies deroget generi?

25 *Si conſtet de mente, ſtatur menti, ac in dubio verba legis attenduntur.*
Et explicatur tex. in l. 1. ff. de exercit. act.

26 *Officij ampliatio ad vnum hæredem filium, vel generum, an poſſit fieri in hæredem extraneum?*

Iſer. nu. 13. circa principium, verſ. multo fortius, vſq; ad verſic. quid ſi dedit.

CAP. XVIII.

1 SVpra, dum quæſiſſet, an Vicarius poſſit conſentire, abſente Rege, & cum arguiſſet pro parte negatiua, quia aſſentire eſſet donare, & in generali commiſſione non venit donatio, & deindè ſoluiſſet, quod poſſit, quia aliud eſt donare, aliud donanti conſentire, nunc corroborando concluſionem affirmatiuam.

2 Primò dicit, eam procedere multo fortius, ſi Rex quando conſtituit eum Vicarium, dixit ad omnia conſtituere, quia nihil videtur exceptũ, *ff. de ſeruit. vrb. præd. l. ſi ſeruitus, & diſt. 19. cap ſi Romanorum, circa principiũ.* In *l. ſi ſeruitus*, deciditur, quod ſeruitus, nè luminibus officiatur reſpicit lumina futura, nedum præſentia, ex vi generalitatis (ibi) *& humanius eſt, ſub verbo generali omne lumen ſignificari*, ergo ſi ſub verbo generali veniunt omnia, tanto magis ſub verbo vniuerſali, quando
3 dixit ad omnia, quoniam vis generalitatis eſt, vt æquipolleat verbo vniuerſali, quia alias de per ſe non ſufficeret, niſi per interpetrationem, ideò dicit I. C. humanius eſt, ſub verbo generali omne lumen ſignificari, vndè *gloſ.* ibi cum maxima peritia adducit iura, quæ dicunt, ſub verbo generali non venire ſpecialia, & deindè alia, quæ dicunt, ſub generali venire ſpecialia; deindè ſoluendo,
4 dat ſuam doctrinam magiſtralem, quod regulare eſt, vt ſub verbo generali veniant ſpecialia, ſed ex ratione ceſſante limitatur regula in pluribus caſibus, notatis in *cap. in generali, de reg. iur. in 6.* vbi *Ioan. Monac.* antiquus gloſſator, adducit quinquaginta limitationes, vel ex defectu rationis ceſſantis, vel reſpectu temporis rei, aut perſonæ: pariter, *& Azzo in ſuis Brocardis, in Brocardo de vi Generalitatis*, adducit regulam, & limitationes.

5 Obſeruate vos peritiã *Iſer.* & proprium ac ſignificantem modum arguendi, & ſoluendi, quia ſciens, regulam de generalitate eſſe ſubiectam tot limitationibus, arguit ex ſpecialitate: nunc ampliando ſuam concluſionem, eam firmat in caſu, quo vniuerſaliter ad omnia fuiſſet conſtitutus, & ad probationem adducit *tex.* vbi fundatur regula pro generalitate, deindè adducit *tex.* punctualem de verbo vniuerſali in *d. cap. ſi Ro-*
6 *manorum*, vbi damnatur opinio eorum, dicẽtium, epiſtolas Pontificum, quæ ſunt inſertæ in libro decretaliũ, non eſſe obſeruandas, deindè adducitur ſententia Leonis Papæ VI. qui

man:

Digitized by Google

mandauit custoditi omnia decretalia Innocentij VI. & aliorum prædecessorum, subiungit, quod dicendo omnia decretalia, nullum prætermisit

7 Secundò, *Iser.* prosequendo materiam, limitat in casu, quando concessisset omnia, & quædam personalia, omnia personalia, præter excepta videntur concessa *ff. de pen. leg. 1. nam quod liquidò*, §. *fin. ff. de fund. instruct. l. quæsitum*, §. *deniq; Neratius*. In §. *fin.* est casus, vbi exceptio restringit legatum, quia ibi legauit omnem pœnum, præter vinum, quod Romæ est, & in *vers. si cui pœnum*, vbi dicitur, q̃ si cui pœnus legata sit præter vinum, venit omnis pœnus, excepto vino, quia exceptio firmat regulam.

8 *Capyc.* hic decipitur in intellectu illius *text.* & mentis *Iser.* quem sequitur *Liparul.* quia credit *Iser.* allegare §. *fin. in finali responso*, vbi fit legatum cum exceptione, operante diminutionem legati, non ampliationem, quod esset contra conclusionem firmatam per *Iser.* siquidem ibi dicitur, quod si cui legauerit omnẽ pœnum, præter vinum, quod est Romæ, intelligitur de pœnu, quæ erat Romæ, & non alibi, & sic non veniret pœnus, quæ esset extra Romam, sed *Iser.* vult probare totum contrarium, quoniã vult fundare, vt quando quis concessit omnia, & excepit quędam personalia, veniant omnia alia personalia, & sic ampliationẽ, pbat non diminutionem; neq; obstat, quod in *resp. fin.* 9 exceptio diminuit, quoniam non causatur ex sola exceptione, sed ex concursu relatiui simul cum exceptione, in primo enim casu legata omni pœnu, præter vinum, venit omnis pœnus, & ampliatur ad omne genus pœnus, deindè legata omni pœnu, præter vinum, quod est Romæ, restringitur non ad certum genus pœnus, sed ad certum locum propter relatiuum, designans certum locum, & ampliat quoad genus pœnus, vt veniat omne genus, sed illa pœnus, quæ est Romæ, de qua videtur intelligere per relatiuũ loci in expõne de genere pœnus, *Cam.* vero sicco pe-

10 de pertransit. In §. *deniq. Neratius*, dicitur, quod in legato fundi instructi veniũt vestes, quia excepit aurum, & rationes, ergo dicebat Neratius, videtur sensisse de omnibus, dum quædam excepit.

11 Hæc præpositio *Iser.* fundat generalem, & vniuersalem potestatem Proregum Regni, qui in suis priuilegijs sunt constituti ad omnia, circa assensus præstandos, & per *prag. 3. de feud.* sunt eis multa tributa, ergo possunt in omnibus alijs casibus assentire, præter exceptos, qui sunt excepti ex regulisiuris, licet in aliquibus sit facta alteratio.

12 Primus, vt non possit Prorex assentire alienationi feudorum in Ecclesiam, fundatur in *cap. 1. de alien. feud.* vbi permissa alienatione feudi pro medietate quoad libellum, excipitur in Ecclesia, quia nunquam moritur, & cessaret casus deuolutionis, & reddit rationem ille *text.* quod Ecclesia est auctrix, & cultrix iustitiæ, & non patitur, aliquid fieri contra iustitiam etiam in sui beneficium. Hodiè solet fieri cum gratia Regis, vt singulis quindecim annis soluat releuium, vel pro quanto extimatur vita hominis, vel fit emptio in caput laici.

13 Secundus casus, quãdo venditor caret successore, fundatur ratione, nam tunc non esset differentia inter alienare, & alienanti consentire, propter Ius radicatum Domino circa successionem, sibi debitam, & sic esset donare, eo enim casu inuestiendo emptorem, esset donare, & procederet *l. lege obuenire*, quia non staret in terminis assensus, sed transiret in donationem, semper enim requiritur, vt in alienatione cętera sint pa-

ria,

Digitized by Google

tia, *Isern. in addit. an ille qui interf. fratr. dom.* ibi, *cæteris paribus, vt vēditor habeat filios sicut emptor*; eadem ratione prohibitus alienare, non prohibetur in feudum dare, quādo erat desperatus de prole ponit exemplū *glos.* de castè nato in §. *sed & plures per quos fiat inuest.*

14 Tertius, quando alienatur in parū fidelem, aut in eum qui descendit à parum fideli, fundatur in vna ratione suspectæ fidelitatis: hoc vltimum de eo, qui trahit originem est limitatum per gratias.

15 Quartus, qñ alteratur successio extra casus cōcessionis, quia esset de nouo inuestire, & non solum assentire, sed esset donare, & procederet *l. lege obuenire*, in illa prorogata successione.

16 Quintus, fundatur in ratione naturæ indiuiduitatis, dum alienatur in plures insolidum, vel pro parte, vel reseruato vsufructu, vel dominio, nā de iure francorū feudum est indiuiduum, alias de iure communi procederet, consuluit *Soccin. conf.* 186. de Comitatu concesso, fratribus de Ramponibus. De reseruatione vsusfructus fit quæstio in refutatione, proindè inuēta est cautela, vt fiat donatio ex nunc pro tunc sequta morte cum præcario, & constituto. Contemplatione matrimonij potest fieri ex noua gratia. De reseruatione dominij errant quamplures, quia *tex. l. cum manu fata, ff. de contr. empt.* non potest procedere in feudis, quia si non transit dominium, Rex non assensit, vt sciat certum vassallum: fuit practicatum in causa Iulij Roffilli.

17 Sextus, fundatur in *d. l. lege obuenire*, quando assentitur substitutioni, quia esset donare personę, non vocatæ ex prima inuestitura:

Septimus, fundatur cum quinto, ratione indiuiduitatis.

Octauus, fundatur in *d. l. lege obuenire*, quando venditor possidet ad beneplacitum, quia eo ipso reuocatur, & alienando cum assensu, esset donare.

18 Nonus, vbi feudum esset titulatum, aut magni momenti, fundatur in excellentia rei, *glos. in Const. Si quis Baro*, tenet, nō venire caput Baronię: de feudo magni momēti fuit declaratū, esse redditus duc. mille, fuit practicatum in feudo Guctariæ, nunc est deletum.

19 Clausula *in subsidium* de qua in *d. prag.* est sublata, & de feudis titulatis est limitatum, quoad obligationem: fuit practicatum in causa Montis Nigri.

20 Clausula *feudi natura non mutata*, operatur, vt non intelligatur prorogata, vel ampliata successio, vel quid simile: fuit practicatum in causa Comitis Nolæ, qui possidebat pro hæredibus ex corpore, & alienauit pro hæredibus simpliciter.

21 Clausula *si ritè, rectèq. processerint, quæ partes tangunt*: ad euitandum nè inducatur decretum, confirmans nullitatem, sed vt tantum operetur licentiam vendendi.

Clausula *Iuribus nostris*, ad euitandam remissionem præsumptam deuolutionis pro præterito, & disputationem de seruitio.

Clausula *& alienis*, ad euitandum *l. benè à Zenone, C. de quat. præscript.*

22 Tertiò, dicit *Isern.* quando ad omnia, sed quædam personalia expressit, tunc restringitur ad expressa. *ff. de auro, & arg. leg. l. 1. & ff. de fund. instr. l. cum de lanionis, §. cui fundum.* In *l. 1.* legauerat duas statuas marmoreas. & omnem marmorē, veniunt illę duę statuæ. In §. *cui fundum*, legauerat fundum instructum, nominatis certis seruis, cęteros videtur excluisse.

23 Istam tertiam conclusionem, quādo enumeratio specierum derogat

ge.

Digitized by Google

generi, est species *brocardi*, ideò *Iser.* distinguit.

Primò, si numerauit determinando, tunc procedit prædicta conclusio, quam limitat, & procedunt dicta iura.

Secundò, aut remouendo dubitationem, idest declarando, & tunc nõ procedit dicta conclusio, nec dicta iura, sed *l. quæsitum, §. fin. ff. de fund. instruct.*

Tertiò, aut sciens, & videtur limitare.

Quartò, aut ignorans, & non limitat, quia credit esse necessarium, quam regulam declarat *glos. in dict. l. quæsitum, §. fin.* relata opinione *Rogerij*, deindè suam ponit doctrinam, cũ distinctione, quam ponit hic *Iser.* relatiuè, hanc eandem materiam posuit *Dyn. in regula Generi, de reg. iur. in 6.*

24 Sed *Bar. in d. §. fin.* disputando de opinione *glos. Dyn. Oldrad. & Iacob. de Arena*, facit plura capita distinctionũ, à quibus *Dec. & Cagn. in l. in toto iure, ff. de reg. iur.* nõ recedit, & inter capita distinctionum *Bart.* est istud de vltimis voluntatibus, vel contractibus, quando eidem legatur genus, & & species, cum distinctione si primo genus, deindè species, vel è contra, & quando in modo legandi, vel aliter, sed in effectu reducuntur ad ista capita, aut limitando, aut declarando, aut sciens, aut ignorans, & tertio, aut dubitatur, & de hoc est quæstio,

25 quia quando constat de mente, dicit *Iser.* statur menti, *l. semper ff. de reg. iur. & ff. de leg. 1. l. si seruus plurium, in fin.* sed in re dubia, secundum verba constituentis, *l. 1. ff. de exercit. §. in re dubia*, vbi in quæstione, an teneatur ille, in cuius potestate est exercitator, si tantũ permisit, vel mãdauit exercere, dicit I. C. in dubio standum esse verbis legis, quem *tex.* dicit *glos.* ibi, esse mirabilem ad probãdum, quod in dubio statur verbis legis, nisi ex alia lege detur interpetratio, & sic concludit *Iser.* in materia potestatis, & commissionis Vicarij.

26 *D. Ioan. Vinc. de Anna alleg. 32.* allegat *§. fin.* in materia ampliationis officij ad vnum hæredem filium, vel generum, si valeat in extraneo, & nõ facit mentionem de *Isern.* hic qui latius examinat.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius prohibitus alienare, an prohibeatur alienationi consentire? & n. 10.*

2 *Vicarius assentiri prohibetur ex prohibitione iuris, etiam si Dominus non prohibuerit.*

3 *Ciuitatis Administrator, quamuis possit de re dubia transigere, debitum tamen liquidũ non põt remittere.*

4 Tex. in l. procurator cui, & l. procurator totorum *dilucidantur.*
Et vter tex. *probet intentionem* Isernię.

5 Camer. & Cappc. *emendatio ad lectionem* Isernię, *& an* tex. in §. 1. inst. de auth. tutor, *probet intentionem* Isernię?
Explicatur differentia inter tutorem, & procuratorem generalem.

6 *Tutor in donatione per pupillum faciendo, authoritatem suam præstare non potest.*

7 *In generali administratione intelligitur prohibitio, nè alienet, nè donet.*
Et an expressum, nè sit inutile, debeat aliquid operari, & saltem ad actum similem adaptari?
Explicatur text. in l. si quando, ff. de leg. 1. & l. 1. ff. ad municip.

8 *Taciti, & expressi eadem est virtus.*
Ac expressio eorum, quæ tacitè insũt, nihil operatur. & n. 10. 11. & 14.

9 *Ex prohibitione de non alienando, an prohibeatur facultas assentiendi?*

Digitized by Google

Et declaratur in hac re ab Authore Iſerniæ *intentio.*

Ac Cameratij *intelligentia circa mentem* Iſer. *ab Authore refellitur.*

10 *Vicarius generalis etiam prohibitus alienare, alienationi poterit conſentire, & n.* 20.

Et an plures fideiuſſores obligentur inſolidum, ſi in obligatione non exprimatur illud verbum inſolidum.

11 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, an debeat aliquid operari, & n.* 14. & 17.

12 *Verba ſemper debent aliquid operari. & n.* 16.

13 *Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. & n.* 15.

14 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt per modum conditionis facta à lege non operatur, nec actum facit conditionalem.*

Et vt, ſi hoc modo fiat ab homine? Quidue ſi fiat expreſſio per modum diſpoſitionis?

15 *Regula:* expreſſa nocent, &c. *declaratur per tres caſus.*

16 *Verba, nè ſint fruſtatoria, quando debeant aliquid operari?*

Et datur intellectus ad l. ſi quando, ff. de leg. 1.

17 *Regula, vt* expreſſio eorum, quæ tacitè, &c. *declaratur, & vt ſit applicabilis ad quæſtionem* Iſerniæ.

18 *Rex prohibendo alienationem, videtur prohibere alienationem rei ſuæ, non non verò vaſſalli.*

Liberiſq; hominibus adminiſtratio rei ſuæ non eſt interdicenda.

19 *Pactum, vt dos ſoluatur dotanti, non autem mulieri, operatur tantum in caſu expreſſo.*

Et explicatur text. in l. ſi cum dotem, ff. ſol. matr.

20 *In conceſſione, cum libera, ſi vnus caſus excipiatur cæteri cenſentur conceſſi.*

Iſern. eodem num. 13. verſic. quid ſi dedit, vſquè ad verſ. item. ſecus,

CAP. XIX.

1 VPra quæſijt de poteſtate Vicarij, & plures fecit diſtinctiones in modo Cõſtitutionis Vicarij, nunc proſequendo eãdem materiam quærit, ſi dedit poteſtatem, ſed prohibuit, nè alienet, an videatur prohibuiſſe, nè conſenſiat alienationi? cauſa dubitationis erat, quia ſupra pluries dixit, quod qui cõſenſit, dat per *l. lege obuenire. ff. de verb. ſign.* ergo prohibendo, nè alienet, videtur etiam prohibere, nè conſenſiat, poſtquam conſenſiendo videtur alienare; In qua quæſtione incipit arguere pro parte negatiua, quod eo caſu nõ poſſit aſſentire, & adducit pro iſta opinione ſubſcripta argumenta.

2 Præſuppoſito pro vero, quod qui conſenſit dat, Vicarius non poteſt aſſentire, ex prohibitione Iuris, etiam ſi Dominus nõ prohibuiſſet, & hoc genere arguendi vſus eſt ſupra in principio, dum dicit, prohibitam eſſe pignorationem, etiam ſi de pignore nõ dixiſſet, quia lex vetat, per *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* ſic nunc dicit, etiã ſi Dominus, quando conſtituit Vicarij, non prohibuiſſet, non poſſet conſentire, niſi ſpecialiter conceſſiſſet, ſi conſentire eſt alienare, ad quod allegat *d. l. ſilius, ff. de donat.* vbi in generali adminiſtratione peculij non venit poteſtas donandi, *l. 1. ff. de offic. procur. Cæſ.* vbi apertis verbis deciditur, Procuratorem Cęſaris nõ poſſe, neq;

Digitized by Google

neq; vẽdere, neq; donare, neq; transigere sine consensu Principis, *l. Præses, C. de transact.* vbi administrator Ciuitatis potest de re dubia transigere, sed non remittere debitum liquidum, quod subiungit procedere in quolibet administratore, *l. interdum, §. qui tutelam ff. de furt.* cui concordat *l. si pignore, in fin. ff. eod.* in quibus habetur, tutorem posse transigere de furto bonorũ pupilli, subdens *glos.* sed non remittere, vel donare, & potest probari intentio *Isern.* quoad generalitatem de quolibet administratore in *d. §. qui tutelam gerit*, accipiẽdo tutelam pro omni defensione, & in *l. qui fundum, §. si tutor, ff. pro emptore*, vbi tutor gerit vicem Domini, sed non quando pupillum spoliat, *l. procurator cui libera* (dicit lictera, quæ est corrupta, quam emendat *Capyc.* vt dicat *l. procurator totorum*) *ff. de procur. Camerar.* vero, emendat alio modo, vt dicat *l. procurator cui generaliter libera*, sed emendatio *Capyc.* est melior, siquidem in *l procurator totorum*, est casus, vt procurator generalis totorum negociorum non possit alienare, quod est pro opinione *Isern.* vt Vicarius non possit alienare, nec consentire, etiam si nõ esset prohibitus expresse, quia natura commissionis generalis est, nè alienet; sed in *l. procurator rui*, est casus diuersus, quia ibi erat procurator cũ libera, qui potest alienare, & non probat intentionem *Isern.* immò decidit casum contrarium, & nisi esset casus diuersus, potius obstaret argumento *Isern.* quàm probaret; sequenda est igitur emendatio *Capyc.* explosa emẽdatione *Camer.* & *Liparul.* qui sequitur *Camer.* allegando *glos.* ibi, quę *glos.* vbiq; in dictis Iuribus conciliat dicta Iura, modo quo dixi. Sequitur *Isern. ff. de pact. l. contra iuris, §. fin.* vbi est casus ex sententia *Iuliani*, vt in generali administratione peculij non veniat Ius donandi, quem *tex.* notat ibi *glos.* ad hoc, vbi adducit limitationes, *ff. de iureiur. l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. fin.* vbi Procurator ad omnia vniuersaliter, vel cum libera potest deferre iuramentum.

Subdit lictera in *tex Iser. inst. de auth. in princ. Capyc.* & *Cam.* emendãdo addunt (*tut.*) vt velit *Iser.* allegare principium *tex. inst. de auth tut.* sed meo iudicio lictera est corrupta in totum, quia in illo *text.* non potest probari intentio *Isern.* nec respectu pupilli, nec respectu tutoris; si quęramus de tutore, casus est diuersus, quia ibi nõ administrat tutor, vt possimus arguere de tutore ad procuratorem, sed tantum authoritatẽ præstat, vltrà q̃ tutor est datus à lege, Procurator ab homine, & est maxima differentia; siquidẽ Procurator põt alienare, *d. l. iusiurandum*, vbi in specie in *tex.* redditur hæc differentia, licet neuter possit donare, sed hic *Iser.* agit de alienatione, quæ erat prohibita; differentia igitur est maxima in officio tutoris, quando administrat, & quando authoritatem præstat, quia administrat solus, vel cum contutore, sed authoritatem præstat his, quæ gerit pupillus, quando est pubertati proximus, & propterea positi sunt tituli separati *de administrat. tut. & de authorit. tut.* si ergo agimus de authoritate, tunc non administrat tutor, sed pupillus, & tutor dat cõsilium suum, & cum sua authoritate perficitur actus, quod exemplum non congruit Vicario, qui solus dat assensum; si vero agimus de pupillo, exemplum neq; congruit, quoniam est principalis, ergo potius *Iser.* non allegat illũ *tex.* quod mihi persuadeo, quia nec *Cam.* nec *Capyc.* inducunt illum, idq; confirmo, quia *Afflict.* in expositione *Isern.* non citat illum *text.* & sic in libro *Afflict.* non aderat allegatio illius *tex.* nisi dicamus *Iser.* allegare illum

Digitized by Google

tex. ad caput donationis, quia potest authorari in negocio vtili, non autem in donatione, *l. non omni, C. de admin. tut.*

7 Facit nunc minorem *Iser.* si de iure subintelligitur in generali administratione, nè donet, nè alienet illa prohibitio expressa esset inutilis, ergo, vt aliquid operetur, debet operari, nè faciat actum similem alienationi, vel donationi, prout est assentire, quamuis sit aliqua differentia inter donare, vel alienare, & consentire, vt dictum est supra, & quod verba debeant aliquid operari, allegat *l. si quando ff. de leg. 1. & l. 1. ff. ad municip. in fin. princip.* In *l. si quando*, agitur de legato vestium, quas donauerat, & intelligitur de donationibus inutilibus, alias frustra legasset, & ibi *glos.* notat regulam, vt verba debeant aliquid operari. In *l. 1.* agitur de priuilegio, vt filius sequatur municipium matris, & dicebant aliqui, priuilegium restringi ad vulgo quæsitos, quos irridet *Celsus*, quoniam vulgo quæsitus nō habet aliud municipiū, nisi maternum, postquam ignoratur pater; priuilegium ergo, vt aliquid operetur, comprehendit naturales, & legitimos.

8 Sed quia poterat obiici prædictæ conclusioni, quod taciti, & expressi par sit virtus, *l. cum quid, ff. si vert. pet.* vbi tacitum habetur pro expresso, ergo expressio nihil operatur, quia expressio eorum quę tacitè insunt, nihil operatur, *l. 3. ff. de leg. 1.* ideò videbatur obstare, vt comprehēdat quid plus ista prohibitio, nè alienet, quàm operabatur illa tacita subintellecta à iure, sed in illa non venit cōsensus, cum aliud sit alienare, aliud alienanti consentire, ergo eodem modo non est prohibita potestas assensiendi, sicut non esset per tacitam: cui argumento respondet, quod alia ratio est voluntatis expressæ, quam tacitæ, *l. eum qui certarum, ff. de verb. oblig. in fin.* vbi qui stipulatur illud, aut illud, potest mutare voluntatem, quia diuersa ratio est voluntatis expressæ, quàm eius, quæ tacitè inest, ergo si diuersa est ratio expressi, quàm taciti, vt operetur illud expressum, comprehendit prohibitio, nè alienet, etiā casum assensus, quem tacita prohibitio, subintellecta, non comprehenderet.

9 Subdit hic *Cam.* quod in his residet *Iser.* quasi quod sit in opinione, vt ex prohibitione de non alienando sit prohibitus actus assensiendi, & q̄a infrà soluit argumenta, intelligit ipse, vt referat opinionem aliorum, & non sequatur illam: à qua intelligentia ego dissentio, quoniam est verum, q̄ referat opinionem aliorum, dum dicit; *dicunt quidam*, sed ipse inhæret, vt infra videbitis, & *Capyc.* expressè dicit, sequendo opinionem quorundam, & idem *Camer. in fin. huius quæstionis*, dicit iterum, quod in his residet *Isern.* vt Vicarius possit consentire, etiam quando data est potestas generalis, sed prohibita alienatio, vndè *Cam.* videtur potius significare in hoc *vers.* quod in his residet, circa argumenta pro parte negatiua, non circa decisionem articuli, alias nodum prauè intelligeret *Iser.* sed esset sibi contrarius.

Relatis igitur argumētis pro parte negatiua, incipit referre opinionē aliquorum, qui tenebant affirmatiuam, vt idem dicendum sit in præ-
10 senti, sicut dictum est in superiori casu, in quo fuit cōclusum, Vicarium posse alienare, & sic opinio istorum erat, vt sicut Vicarius generalis ad omnia possit assentire, possit etiam si esset prohibitus alienare, pro qua opinione adducit primo regulam, quæ est, quod expressio eorum, quæ subintelliguntur, etiam si non exprimantur, quando exprimuntur, non im-

Digitized by Google

immutant, vel addunt, *C. de fideiuss. l.* 3. vbi obligatio insolidum plurium fideiussorum de iure illo nihil immutat, quia ità tenentur insolidũ, si non fuit expressum, prout quando exprimitur, *ff. de leg.* 1. *l.* 3. vbi conditio apposita in legato, soluendo ab hærede, si hæres erit, nihil operatur, quia subintelligitur. In quibus firmatur regula, quod expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operatur, *l. conditiones extrinsecus. ff. de cond. & demonstr.* (sic corrigatis licteram) vbi firmatur eadem regula per quam regulam, non
11 obstat argumentum, factum pro cõtraria opinione, vt expressio eorum, quæ tacitè insunt, debeat aliquid operari, nè sit frustatoria, à quo sequebatur, vt saltim deberet hoc operari, vt si assensus non est propriè alienatio, tamen quia prohibitio alienationis erat subintellecta, expressio operabatur in hoc simile, scilicet in assensu; sed si ista vltima regula est vera, quod expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, ergo non est necessaria consequentia, vt operetur in simili, quia nihil operatur, & si nihil operatur, ergo potest assentire, quia tacita prohibitio non extenditur ad assensum, nec expressa extenditur ad assensum. Quo sublato firmat verum esse, quod potest consentire, sic declarat *Com.* sed quomodo vtraq; regula procedat, vel quando vna vincat aliam, non declarat, si
12 enim prima regula esset vera, vt verba deberent aliquid operari, per *l. si quando. ff. de leg.* 1. & per *l.* 1. *ff. ad municip.* non procederet secunda regula, quod expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, vt in *d. l.* 3. *ff. de*
13 *leg.* 1. & *l.* 3. *C. de fide.* præterea est alia regula, quæ aduersatur vtriq; quod expressa nocent, non expressa non nocent, vt in regula *expressa. ff. de reg. iur. & l. nonnunquam. ff. de cond. & demonstr.* & dum *Isern.* adducit vtramq; & non conciliat, non remanet quæstio soluta, vndè oportet, declarare prædictas regulas cum distinctione.

14 Aut enim expressio eorum, quæ tacitè insunt, fit per modum conditionis, aut per modum dispositionis, si per modum conditionis, aut exprimitur à iure, aut ab homine, & quidẽ
15 condicio loris non operatur, nec facit actum conditionalem, sed conditio posita per hominem, sed eo casu quando exprimitur alio modo, quam debet stare, quia si eo modo quo debet stare, nihil operatur, vt *d. l.* 3. *si heres*. Quando per modum dispositionis, si secundum naturam, quę alio modo appellatur necessitas, nihil operatur, *l. rem quid. ff. si cert. pet.* aut contra, aut præter, aut secundum voluntatem, & secus erit, declarat *Bart. in d. l.* 3. *ff. de leg.* 1.

15 Regula verò, quod expressa nocent, *Decius* ibi, facit tres casus.

Primò nullitatis, & expressio nocet ad annullandum actum.

Secundò in dispositione hominis,
2 expressio potest *l. fin. C. de noua.* vt in pupillari substitutione, cũ similibus.

Tertiò in contractibus, vt secundum naturam nihil operetur.

16 Sed *Isern.* non supponit suam doctrinam istis distinctionibus, sed sub veris regulis prædictis, tamen non posse adaptari primam regulam, quia est in se vera, sed in casu sub quo verba debeant aliquid operari, nè sint frustatoria, quando alias essent superflua, vt in casu *d. l. si quando* de legato vestium quas donauerat, si donatio fuisset valida, sed hoc poterat operari prohibitio, nè alienet, quia fecit Vicarium cum libera, qua potuisset alienare, nisi prohibuisset, *d. l. procurator tui libera*, cum similibus.

17 Secunda regula adducta pro parte affirmatiua etiam procedit, vt expressio eorum, quæ tacitè insunt, ni-

hil

hil operatur, nam dictę leges, scilicet 3. *de leg.* 1. & 3. *C. de fideiuſ.* ſunt verę in caſu ſuo, ſed quomodo applicãtur ad caſum quæſtionis? certè in dictis iuribus erant ſubintellecta à iure de neceſſitate, ſi hæres erit, & inſolidum teneri, ideò nõ põt expreſſio operari, pluſquam ius ſtatuit de natura rei; ſed hic erat maxima differentia, quia prohibitio de non alienando poterat operari circa ſolita, & inſolita magna, vel parua, ſi erat generalis, vel vniuerſalis, ideò videtur quod non congruant ad caſum. Ideò dicendum eſt, quod *Iſer.* poſtquam arguit ſupra ex regula generali, nunc vt oſtenderet, quod per regulas generales non poteſt decidi quæſtio, adducit aliam ex oppoſito contrariam, quaſi quod oſtendat, nos debere vlterius proſequi, & interpetrari, quid ſenſerit ſub iſta prohibitione.

18 Et propterea incipit latius exponere, quod Rex quando prohibuit, nè alienet, intellexit de re ſua, qui prohibet, ſed vaſſallus vendit ſuum vtile, nõ directum dominium Regis, ergo aſſentiendo Vicarius, non alienat Ius Regis, de quo vtile dominio de Iure deberet habere plenum poſſe, *l. in re mandata, C. mand.* & non non deberet interdici liberis hominibus adminiſtratio rei ſuæ, *l.* 2. *ff. ſi quis à par. fuer. manu.* ſed ex certis cauſis inducitur, vt Dominus conſenſiat alienationi iſtius vtilis dominij, vt ſupra in principio ſuper *text.* diximus, qui conſenſus facit transire iſtud vtile in emptorem, quia ſine aſſenſu non valeret venditio feudi, & hoc reſpectu dicitur, qui cõſenſit, dat, *d. l. lege obuenire*, tamen ſola Regis voluntas non transferret, quia ſi vaſſallus non alienaret, non transferret, ideò dicitur, aliud eſt vẽdere, &c. ergo dicit *Iſer.* qui prohibuit vnũ caſum nè alienet, nõ prohibuit aliũ, nè conſenſiat, *l. ſi cum dotem, ff. ſolut.* 19 *matrim.* vbi pactum, vt dos dotanti reddatur, non mulieri, operatur in caſu expreſſo de diuortio, non de alio, non expreſſo, corroborat *Iſern.* quod ſi hæc talia ſint, debuit clarè loqui Dominus, quando conſtituit Vicarium, & prohibuit, & non decipere ſubditos: inſuper adducit aliam rationem, quia fecit cum libera, ex-
20 cepit vnum caſum, omnia alia tranſeunt, *l. nam quod liquidò, §. fin. citata*, vbi inducit illũ *text.* prout vobis induxi externa lectione, & ſic *Iſer.* reſidet quod poteſt cum opinione iſtorum, quod ſic intelligit *Afflict. Capyc.* & *Cam.* ſibi contrarius, nam ſupra in argumento negatiuo dixit, quod ità reſidet *Iſern.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius alienare prohibitus, an prohibeatur conſentire?*
Verbum Item *continuationem demonſtrat, & n.* 8. & 10.
Et vt prohibeatur conſentire, ſi Dñi ex alienatione melioretur conditio.
2 *Expoſitorum diſcordia circa cõtinuationem.* Iſerniæ.
Et Capyc. *ſenſus circa continuationem prædictam refertur.*
3 *Tutor tenetur vtilia agere, inutilia prætermittere.*
4 Afflict. *vt ſe gerat in continuatione.* Iſerniæ.
Et an expreſſa prohibitio, nè alienet, operetur, vt nequè in augmentum feudi poſſit fieri alienatio.
5 *Vicarius quando poterit conſentire ſine aliquo dubio.*
6 *Adnotantur per* Loffred. *loca, in quibus agit* Iſer. *de alienatione in augmentum feudi.*
7 Lipar. *reprobat* Afflict. & Capyc. & *dat ſuam intelligentiam ad continuationem* Iſer.
8 *Authoris ſenſus ad continuationem* Iſerniæ.

Et

Digitized by Google

Et vt Vicarius possit consentire alienationi in augmentum feudi? & n. 10.

9 *Damnatur per Autherem expositio* Affli & Lipar. & Capyc;

10 *Opinio negatiua, quod scilicet Vicarius non possit consentire, limitatur si vnus in prohibitione excipiatur casus, vel si alienatio fieret, & Domini melioraretur conditio.*

11 Camerar. *corrigitur à* Liparul.

12 Camerar. *dictum circa sensum* Iser. *& explicat contrarium, quod sensit* Iser.
Iuraq; in quibus contractus claudicare possit, adducit.

13 *Sententia, lata in beneficium pupilli, an valeat, si procurator legitimè nõ fuerit constitutus?*
Lex fauet pupillis quando lęduntur, non qñ res fęliciter geruntur.

14 *Alienatio quando possit dici in feudi augmentum?*

15 *Fideiussor reputatur idoneus, non dum ex facultatibus, verum etiam ex facilitate eum conueniendi.*
Explicantur texti. in l. cum hi, §. cauſæ, §. modus, & §. si cui. ff. de transact.
Et vt possit fieri transactio de alimentis sine Prætore, si alimentarij melioretur conditio?

16 *Actus prohibitus, semper permittitur, si eius melioretur conditio, in cuius fauorem actus est prohibetur.*

17 *Vicarius an teneatur Domino, si potẽs Domini meliorare conditionem, eam non meliorauerit?*
Sicut in tutore iure cautum est.

18 *Vicarius tenetur facere vtilitatem Reipublicæ, et fideicommissarius de lata culpa vt teneatur, fiscusue, & Respublica, an idem sint.*

19 *Vassallus, vt possit alienare Domino irrequisito, si in vtilitatem Domini alienet.*

20 *Præsumptio iuris cessat ex causa vtilitatis.*

Iſern. eodem numer. 13. verſ. item ſecus, vſquè ad verſic. multo fortius.

CAP. XX.

1  *Sern.* poſtquam ſupra poſuit de poteſtate Vicarij in præſtatione aſſenſus alienationibus feudorũ, & poſuit ſpecialem quæſtionem, quãdo fuit prohibitus alienare, in qua duas retulit opiniones, vt vidiſtis, vnam quod non poſſit per modum dubitandi, aliam quorundam, quod poſſit, ſecundum quos inclinauit, ſed alias adduxit rationes; nunc proſequendo eam materiam per verbum *item*, demonſtrat continuationem, & dicit: *ſecus eſſe ſi conditionem Domini faceret meliorem*. 2 In cuius explicatione, primò, ſciendum eſt, quod expoſitores noſtri ſunt diſcordes, ſi *Iſern.* continuet eandem materiam, de Vicario, an vero de vaſſallo, de cuius etiam alienatione agat, facta in augmentum feudi, vel Domini, non aperit, *Capyc.* putat quod *Iſer.* poſtquam explicauit quæſtionem de poteſtate Vicarij, reuertitur ad propoſitionem, quam ſupra fecit, quod debet Dominus conſẽtire, vt valeat feudi alienatio, alias non valeret, nunc continuando dicit, item ſecus ſi vaſſallus per alienationem faceret conditionem Domini meliorem, & propterea adducit rubricam, & *tex. Conſt. Diuæ mem.* in principio, ponderãdo verbũ *minuendis*, & nedum tenet, *Andr.* loqui de 3 alienatione vaſſalli, ſed exemplum de

de tutore, qui tenetur vtilia agere, & inutilia prętermittere, reſpicere perſonam Regis, qui non debet reuocare alienationē feudi, factam per vaſſallum in vtilitatem Reipublicę, & quia ei obſtabat ſequens verſiculus (*multo fortius*) vbi apertè loquitur de Vicario, conſenſiente pro dote, dicit *Capyc.* quod ibi reddit ad Vicarium, & ſic vult quod *Iſer.* de vaſſallo trāſeat ad Vicarium, & de Vicario ad vaſſallum, & iterum de vaſſallo ad Vicarium, & pręſupponendum eſt, quod iterum redeat ad vaſſallum, poſtquam ſupponit alias quæſtiones de vaſſallo infra *num.* 14. & 15. *vſquè ad fin.* iſtius principij.

4 *Afflict. vero in* 22. *quæſt. num.* 55. coniungit iſtum verſiculum cum præcedenti, & intelligit *Iſer.* nedum loqui de Vicario alienante, ſed etiam coniungit quæſtionem, & argumentum de tacito, & expreſſo, hoc ordine: expreſſio nè alienet, operabitur, vt non poſſit nec in augmentum feudi alienare, quia fines mandati diligenter ſunt conſeruandi, ſed ſi clauſula, quod non alienet, non fuiſſet expreſſa, ſed ſubintellecta, poſſet conſentire alienationi in augmentum feudi, vt dicitur in *Conſt.* & hic per *Iſern.* & hanc credit fuiſſe intentionem *Iſer.* hic, licet clarè non aperiat.

5 *Cam. vero fol.* 78. *col.* 1. *in fin. verſ. nunc Iſern. tacitè proponit*, dicit, quod *Iſern.* tacitè proponit aliam, ſcilicet an poſſit dari caſus, in quo poſſit Vicarius conſentire ſine aliquo dubio? & dicit, quod ſic, quando conſenſit in augmentum feudi.

6 *Loffred.* hic, *in ſua paraſi*, ſuper hoc *verſ.* adducit alia loca, in quibus *Iſern.* tractat de alienatione in augmentum feudi, & non exponit hoc, quid ſenſerit *Iſern.* in hac quæſtione.

7 *Liparul.* hic, ſuper hoc *verſ. item ſecus*, refert opinionem *Capyc.* & *Camerar.* reprobat intellectum *Afflict.* & *Capyc.* approbat *Camer.* dum intelligit de Vicario, deindè dat ſuam intelligētiā duplici modo, & ſibi nō ſatisfacit, quia dicit, eſſe inutilem quęſtionem, quærere, ſi Vicarius poſſit conſentire alienationi, factæ per vaſſallum in augmentum feudi, quia poſſe fieri ſine aſſenſu, tenet *Iſern.* in pluribus locis (dicit ipſe) & tandem dicit, quod in ſecreto cordis videtur expoſitio *Capyc.* melior in iure, dum intelligit de vaſſallo alienante, & in hoc reſidet.

8 Ego vero ab his diſſentio, nec puto, doctrinam *Iſern.* eſſe adeo obſcuram, vt ſit neceſſaria tanta indagatio, quoniam conſideratis precedentibus verbis, & iſtis, quæ ponit, & alia quæ immediatè ſubnectit, nulla remanet difficultas, & ſic Kalendando præcedentia proxima, ad quæ ſunt coniungenda, verba, certè *num.* 12. principaliter quærit, an Vicarius poſſit ſicut Dominus aſſentire alienationi feudi, & poſt plura argumēta hinc inde, fecit plura capita diſtinctionum; deindè ſubiecit aliam quęſtionem de Vicario, conſtituto ad omnia, ſed prohibitus alienare, an poſſit conſentire alienationi, & retulit duas opiniones, vna erat negatiua, quod non poſſit, alia erat, quod poſſit ſub illa hypotheſi, quia vnum excepit, nè alienet ius ſuum; nunc proſequendo limitationes ad dictam prohibitionem, quod non alienet, ſubiungit, continuatiuè ad præcedentia per aduerbium *Item*, ſed quia videtur aduerſari præcedenti concluſioni, quod poſſit, nunc dicit, *ſecus*, quaſi videatur aduerſari, ſed facilis eſt reſolutio, quia continuat ſermonem, limitando negatiuam opinionem, vt poſſit aſſentire, quando vnum tantum excepit caſum alienationis; tunc non procedit opinio cōtraria: nunc dicit, item ſecus procedit

Digitized by Google

dic dicta opinio, quando consensit alienationi, factæ in augmentum feudi, & sic locutio licet non sit in frasi communi, est tamen in recta locutione, & loquitur de Vicario, nedum per præcedentem quæstionem, sed per exemplum de tutore, qui gerit negotium alienum, sicut Vicarius. Item per sequentia verba, quæ sunt clara, dum addit aliam limitationem, quando assensit pro dote, dum dicit, multo fortius, si Vicarius consentiret dictis casibus, vt feudum daret in dotem, qui casus certè sunt, quando cum libera, quando ad omnia, quando excepit aliqua, quando expressit, quando prohibuit, quando erant personalia, quando solita, de quibus supra, & sic pernecessè est fateri, loqui de Vicario, vt possit assentire alienationi, factæ in augmentum feudi, &
9 non est vera expositio *Capyc.* nec *Liparul.* vt loquatur de vassallo, nec opinio *Afflict.* vt loquatur de Vicario alienante, nec *Liparul.* vt sit in opinione *Iser.* vt possit vassallus alienare in augmentum, vt diximus in expositione *addit. in cap. 1. an ille qui interf. frat. domini sui*, nec possum sequi opinionem *Camer.* dum intelligit *Isern.* proponere tacitè aliam quæstionem, quia dictio, item, demonstrat continuationem sermonis, & sequens limitatio in *vers. multo fortius*, declarat clarissimè mentem
10 *Iser.* Redeundo nunc ad expositionē *commenti* sui, dicit *Iser.* opinionem negatiuam non procedere, quando vnum excepit. Item etiam secus procedere, si conditionem Domini faceret meliorem cum suo assensu, & ad probandum hanc conclusionem.

Primò, arguit de *rubric. & nigro, Constit. Const. Diue memor. in ver. minuendis*, quia ibi prohibetur dimi-
11 nutio, ergo si melioraret, videtur secus, licet *Cam.* dicat, *Iser.* allegare in *summa in rub. Const.* quod cum ratione corrigit *Liparul.* quoniā nō reperitur talis *summa* super *rub. Const.* facit ergo arg. *Iser. ex dicta Const. in rub. & nigro*, quod si prohibita est diminutio, si ergo melioraret conditionem eorum, scilicet feudorum, & Domini, videtur secus, ideſt cessare *d. Const.* per ea, quæ dicuntur in *l. non eo minus, C. de procur. in glos. l. 3. §. Diuus, vex. restituuntur, ff. de iure fisc. inst. de auth. tut. in princ. ff. de transact. l. cum hi, §. quid deindè.*

12 *Camer.* hic dicit, quod *Iser.* sensit vnum cōtrarium, & illud soluit cum allegatione dictorum iurium: contrarium, quod sensit dicit esse, nam si in augmentum valeret, & sine augmēto non valeret, esset societas Leonina, ideò adducit dicta iura in quibus contractus potest claudicare, & eum sequitur, immò transcribit *Liparul.* hic, de verbo ad verbum. A quibus ego dissensio, nàm adhuc *Iser.* non fundauit suam propositionem, sed cum istis iuribus intendit eam fundare, hoc modo: Vicarius non potest consentire, nisi esset ad omnia, & cū libera, & si esset prohibitus alienare, posset assentire, quia vnum excepit, & si consentiret alienationi in augmentum, posset, quia constitutio, quę prohibet alienationem, à qua dependet prohibitio tacita, vel expressa, Vicario facta, loquitur de alienatione in diminutionem, ergo in augmentum cessat, quia alias prohibitus alienare, non prohibetur, quando in augmentum alienat, prout dicitur in *l. non eo minus*, vt sententia valeat in
13 beneficium pupilli, licet Procurator non fuerit legitimè constitutus, qa lex fauet pupillis qñ lęduntur, nō quando res fęliciter geruntur, sic probat *glos.* in materia restitutionis pro fisco in *d. l. 3.* sic dicit *Imper. de auth. tut.* vt sine tutoris authoritate possit acquirere, licet non possit alie-

Digitized by Google

nare. Sic transactio pro alimẽtis procedit non obstante Oratione Diui Pij, quando fit melior conditio alimentatarij, accedente regula generali, ex *l. quod fauore, C. de leg.* vt inducta in fauorem, non debeant operari detrimentum. Ex quibus clare patet, quod *Iſern.* fundat suam propositionem, & non soluit aliq; contrarium, quia alias ex sola allegatione *Conſt.* nõ esset fundata limitatio, vt in augmentum possit assentire.

14 Nun ponit exempla, quibus possit dici in augmentum feudi. Primum, si venditor habẽs filios, vendat non habenti. Secundum, si Iuuenis vendat seni, qui ex Iuris præsumptione non possit tãtum viuere, & sic citius posset aperiri, arg. *l. hereditatum, ff. ad l. falcid.* vbi æstimatur ætas hominis. Tertium, si aptior esset emptor, quã venditor in præstatione seruitij, ac etiam ob conueniendi facilitatẽ dicitur quis idonior, *ff. qui satis cog. l. 2.*

15 vbi quis dicitur magis idoneus fideiussor, nedum ex facultatibus, sed ex conueniendi facilitate. Subdit *Iſern. pro quo eſt d. l. cum hi, §. cauſæ, §. modus, & §. ſi cui, vſq; ad fin. ff. de tranſact.* In *d. §. cauſæ, & §. modus*, dicitur, valere transactionem de alimentis sine Prætore, quando respectu ætatis fit melior conditio alimentatarij, & in *§. ſi cui, vſq; ad fin.* habetur posse fieri cõmutationẽ rei, vel loci pro alimentis, quando fit melior conditio eiusdem. Subdit *ff. de pact. dotal. l. de die, & l. Lælilicinus, & l. ſeq.* in quibus habetur non valere pactum de reddenda dote vlteriori tempore quàm lex statuit, quia fit deterior conditio dotis, sed propriore, posse, quia tempore fit deterior conditio dotis, ex quibus fundat suam intentionem *Iſer.* quod de iure prohibito

16 aliquo actu, permittitur, quando fit melior conditio illius, in cuius fauorem fuit facta prohibitio per dictam regulam, *l. quod fauore, C. de leg.* sed feudum prohibetur alienari fauore Domini, ergo quando fit melior, cessat prohibitio, & tandem allegat *§. plus inſt. de act.* vbi diffinitur, plus dici, re, tempore, loco, & causa, ad demonstrandum, exemplum melioris, vel deterioris conditionis. Hucusquè fecit digressionem gratia exempli, nunc reuertitur ad materiam, & cu-

17 mulat aliud argumẽtum, vt Vicarius possit assentire, nedum ex cessante ratione legis, quando fit melior conditio Domini, sed fortiùs arguendo dicit, quod alias teneretur, exemplo tutoris, qui tenetur alienare, quando est necessarium pupillo alienare, quia si non alienet, tenetur de suo, *ff. de tutelis, & rat. diſtrah. l. 2. §. ſed nonnullos. ff. de adminiſtr. tut. l. cum plures, §. in primis*, in quibus tutor tenetur expendere pro necessarijs alimẽtis seruorum, sororis, matris, & salarijs prò Præceptore pupilli, alias tenetur; ergo pari ratione sicut tutor tenetur vtilia agere, ità Vicarius tenetur facere vtilitatem Reipublicæ,

18 quod si non faceret imputabitur ei, *ff. ad trebell. l. mulier, §. & ſi cum diſtrahere*, vbi fideicõmissarius tenetur de lata culpa (ibi) *conſueta negligentia*: claudit argumentum *Iſern.* quod fiscus, & Respublica idem sunt. *ff. de bonor. poſſ. l. non eſt ambigendum.* vbi cum glossella prima est *tex. punctualis*; ergo si tutor tenetur alienare pro vtilitate pupilli, pariter, & quilibet pro Reipublicæ vtilitate, & Respublica, & Fiscus sunt idem, ergo Vicarius constitutus debet consentire alienationi feudorum, quando resultat in vtilitatem Domini, alias teneretur, & sic videtur *Iſern.* & clarè demonstrat loqui de Vicario consentiente, maximè ex sequenti *versſ multo fortius, ſi Vicarius dictis caſibus conſentiret pro dote.*

19 Solum superest respondere, ergo

vas-

vassallus potest alienare in requisito Domino, quando in vtilitatem Domini, vel feudi per argumenta *Isern.* hic. Tu dic, quod contrarium probauimus in *addit. an ille qui interfec. fr. domini sui*, ratione voluntatis Domini, cuius respectu dicitur damnum inæstimabile, sed hic cessat in Vicario damnum voluntatis, quia suas vices ei commisit, ideò de voluntate non est disputandum. Immò est argumentum hic, ex *Isern.* pro illa opinione, quam subtinuimus, nã si disputat de consensu Vicarij, quando in vtilitatem, ergo necessarius est cõsensus, alias esset inutilis disputatio, quia sine assensu potuisset, & redeundo ad materiam voluntatis, in Vicario est voluntas Domini, dubitabatur tamen de potestate data si aderat

20 restrictio ex præsumptione iuris, quã dicit cessare ex causa vtilitatis.

SVMMARIVM.

1 *Assensus in feudi alienatione, an debeat subsequi, vel præcedi, & n. 5. & 17.*
Et quid si agatur de alterius præiudicio?

2 *Princeps quidquam facere potest cum alterius iniuria.*
Et vt tutoris authoritas interuenire debeat in ipso actu pupilli, vel possit præcedere, vel sequi, & num. 9.

3 *Iudicium cum illo factum, qui Procurator non erat, an retrotrahatur, si Domini sequatur ratihabitio?*
Et explicatur tex. in l. fin. ff. com. præd.

4 *Vbi actus impeditur absquè alicuius consensu, eo sequuto, confirmatur actus.*

5 *Assensus in feudi alienatione potest præcedi, & subsequi, & qua ratione? & n. 17.*
Explicatur tex. in l. iubemus, C. de emanc. liber. & l. in concedendo, ff. de aqu. pluu. arcend.

6 *Seruitus ducendi aquam constitui non potest, nisi omnes de quorum præiudicio agitur, consentiant.*

7 *Assensus subsequi non potest si de tertij præiudicio agatur.*
Et vt sententia inter alios acta, tertio præiudicet?

8 *A Principe vt impetrari possit, vt quis emancipetur à parente inuito.*

9 *Assensus, & confirmatio potest præcedere, & subsequi, si de solius consentientis præiudicio agatur.*
Et an valeat actus, à pupillo gestus, si tutoris authoritas præcedat, vel subsequatur.

10 *Iussus patris in acquirenda hæreditate præcedere debet.*

11 *In venditione rerum stabilium Ciuitatis maior pars Curialium in ipso venditionis actu interuenire debet.*

12 Capyc. *referens formalia verba* Iser. *quid de suo addat?*

13 *Assensus si subsequatur, an debeat fieri de nouo feudi venditio?*
Et vt si matrimonium sit factum, si Papa consenserit, sequuto Papa consensu, debeat matrimonium de nouo fieri.

14 *Assensus, datus pro alienatione facta, an validet alienationem faciendam, & quid in Regno?*
Et vt emptor cum assensu teneatur creditori, cui prius feudum fuerat obligatum sinè assensu?

15 *Assensus, si detur post reuocationem, vt prosit?*
Et an alienatio facta sine assensu validetur per assensum, datum ad alienationem faciendam?
Annè assensus, datus ante rebellionem, cõfirmet alienationem, factam post rebellionem?

16 *Cautela* luribus alienis, &cet. *cur inoleuit?*

17 Alfli&. *circa assensus, an debeant præcedere,*

cedere, vel possit subsequi, tres opiniones adducit, & declarantur.

18 *Licentia an debeat præcedere? Et vt iuramentum extendatur ad non cogitata?*

19 *Obligans feudum sine assensu, si renocet obligationem ante assensum, postmodum impetret assensum, an valeat obligatio?*
Et si deindè det feudum insolutum, vt reuiuiscat assensus?
Anuè recipiens pretium post reuocationem, videatur venditionem ratificare?
Et quæ differentia constituatur inter assensum, decretum, & authoritatem.

20 *Adnotantur iura, prohibentia feudi alienationem, non impetrato assenso.*

Isern. num. 14. vsquè ad nu. 15.

CAP. XXI.

1 Ponit quęstionẽ, si assensus debeat p̃cedere alienationem feudi, vel si sequatur post alienationem, actus efficiatur validus, vel non? decidit, q̃ potest præcedere, & sequi, reddit rationem, primò, quia assensus tollit obstaculũ voluntatis Principis, sine qua alienatio feudi non erat valida, ergo cessante impedimento per consensum postea datum, quod erat causa impeditiua, cessat effectus impedimenti, secundò, quod ratio rationis est, qua re cesset impedimentum, & effectus impedimenti, quia in alienatione feudi agitur tantum de præjudicio Domini, ergo si ipse Dominus remittit hoc ius suum, actus remanet validus. Propterea primò limitat secus, quando ageretur de præiudicio alterius, nam Princeps nõ debet quicquam facere cum iniuria alicuius. Secundò, limitat in authoritate tutoris, quæ debet interuenire in ipso actu dispositionis, quam facit pupillus, alias actus esset nullus, hæc dicit in summa.

2 Veniamus ad expositionem, concludit, quod sic per *l. licet, ff. de iud. et* 3 *per l. fin. ff. com. præd.* In *l. licet*, habetur retrotrahi iudicium factum in eo, qui non erat Procurator, si sequatur ratificatio Domini. In *l. fin.* habentur plures casus, sed primus, in quo probatur intentio *Isern.* est, vt quando sunt plures Domini vnius fundi, & singuli imponunt seruitutẽ in fundo communi diuersis temporibus, non valet impositio seruitutis, nisi vsq; quo postremus socius consenserit, ex quo consensu confirmantur dispositiones aliorum sociorum, ergo si per ratihabitionem Domini iudicium, quod de per se nõ valeret, retrotrahitur, & confirmatur, si concessiones plurium sociorum ex postrema consocij confirmantur, pariter alienatio vtilis dominij feudi, quæ de per se non valeret, per consensum Domini directi confirmatur.

Hanc quæstionem posuit *glos. in Const. Const. Diuæ memoriæ, verb. confirmentur*, & arguit de *cap. inter dilectos, ext. de fid. instrum.* & soluit, q a ibi erat actus nullus ex ratione, infra dicenda, hic actus impeditur fieri sinè consensu Domini, & regula est, 4 quod vbi actus impeditur sine consensu alicuius, sequuto cõsensu confirmatur actus *d. l. fin.* quasi sublato impedimento, dicit *glos. cum similib. Isern.* allegat pro simile *l. vbi lex, ff. de vsucap. §. 1.* in quo *text.* habetur

ces-

cessante impedimento, cessare effectum impedimenti, quia res furtiua præscribi non potest, sed per hæredē cum bona fide potest, quia in hērede cessat mala fides, quæ impediebat vsucapionem, vel qualitatem similē, vt in re fiscali, si fisci esse desierit, aliū *tex.* similem, in *l. fin. §. ait, ff. repud. & diuor.* vbi impeditur libertà contrahere matrimonium cū alio, quando diuertit à patrono, sed consensiente patrono, vel si patronus esse desierit, cessat lex, quia cessat impedimentum. 15 1 1928

5 Reddit rationem rationis *Isern.* quia agitur de præiudicio Domini consensientis, propterea consensus potest præcedere, & subsequi, C. *de emancip. lib. l. iubemus, & l. in concedendo ff. de aqu. pluu. arcen.* In *l. iubemus*, habetur, posse emācipari filios, & descendentes per preces oblatas Principi, & ponderat *glos. constitutionis d. l. in fin.* ibi, *per preces antea, vel postea oblatas*, & sic consensus emancipatorum potest præcedere, & subsequi. In *d. l. in concedendo*, dicitur, nō valere constitutionem seruitutis, du-
6 cendi aquam, nisi omnes consenserint, de quorum præiudicio agitur, & consensus omnium exquirendus est, & in *l. seq.* quam allegat dicta *glos.* habetur, vt quando fundus, à quo ducenda est aqua iure seruitutis, esset alienatus per Prætorem cum adiectione in diem, debet consentire emptor, & Dominus, qui posset resoluere venditionem, ponderat, ibi, *exquirēdum consensum*, & in alia *l. seq. si autē plu.* & sic non interuenit in ipso actu constitutæ seruitutis, sed postea.

7 Limitat *Iser. ex cap. inter dilectos, extr. de fide instrum.* quando ageretur de præiudicio tertij, quia tunc secus, hoc *glos.* allegauit pro contrario, vbi habetur post §. *porro*, vt sententia inter alias acta, non præiudicet, deindè vt concessio Principis, siuè sit noua siue confirmatio iuris veteris, non-
8 præiudicat tertio, subdit *Isern.* quia Princeps nihil debet agere cū iniuria alterius, *l. nec auus, C. de emanc. lib.* vbi neptis non potest impetrari à Principe, vt auus inuitus emancipet, & *ff. nequid in loco pub. l. 2. §. si quis.*

9 Postquam *Isern.* fecit limitationē, nunc adducit aliam, vt consensus, vel confirmatio possit præcedere, & subsequi, quando in præiudicium consensientis, non de præiudicio tertij agitur, secus dicitur in authoritate, quia illa debet interuenire in ipso actu, & si præcedit, vel sequitur, non valet actus, *ff. de auth. tut. l. obligari, §. tutor*, vbi post q. I. C. dixit, quę nō pōt facere pupillus, vel quæ potest sine tutoris authoritate, deindè subijcit, authoritatem debere interuenire in ipso actu non ante, vel post facto, *l. si*
10 *quis mihi bona, §. iussum ff. de acq. hæred.* vbi dat differentiam I. C. inter iussum patris ad acquirendam hæreditatem, quæ debet præcedere, & authoritatem tutoris, quæ debet interuenire in ipso negotio, vbi *Glos.* dat concordantiam, differentiam, & rationē differētiæ, & corroborat *l. si*
11 *C. vend. reb. ciu. lib.* 11. vbi maior pars curialiū debet interuenire in venditione bonorū stabilium Ciuitatis in ipso actu venditionis, concordat *tex. in cap. 1. de his quæ fiunt à maior. par. cap.*

12 *Capyc.* hic, *fol.* 37. refert formalia verba *Iser.* & nihil aliud dicit, p̄terq; aduertit, quod melius probat *l. si aūt plures, de aqu. pluu. arc.* quam *l. in concedendo*, quem *tex.* allegauit *glos. Cōst.* dum dicit, *cum similibus*, & *Liparul.* sibi ascribit ex *Isern. in cap. 1. de pace iur. firm. num.* 42.

13 Primò, notat *Capyc.* hic, ex *Ant. de Alex.* q̄ sequuto assēsu, debet de nouo fieri vēditio feudi, alias non valeret, q a *Inn. in cap. super eo, ext. de cōd. app.* dixit, matrimoniū, cōtractū cum

consan-

Digitized by Google

sanguinea sub conditione, si Papa consenserit, sequuto consensu Papæ, matrimonium non ex hoc est validum, sed debet de nouo fieri, quia alias esset nullum, quod dicit, cogitandum.

14 Secundò notat, assensum ad alienationem factam validare alienationem faciendam, per *l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit, ff. de acq. her.* quod limitat in Regno per *Const. Consti. Diua mem.* (ibi) *de speciali licentia*, ex *Ifern. in §. hac edictali.*

Tertiò, quod emptor cum assensu non tenetur creditori, cui fuerat prius obligatum sine assensu, *Alex. cons. 2. vol. 4.*

15 Quartò, non valere assensum post reuocationem, quia non inuenit extrema habilia, *l. bonorum, ff. rem ratam haberi*, licet ipse viderit aliquos, cum clausula, non obstante reuocatione.

Quintò, alienationem factam sine assensu, non validari per assensum datum ad alienationem faciendam. *Paul. in l. si quis filio, §. irritum, ff. de iniust. rup. & irrit. fact. test. Alex. cons. 166. vol. 1.*

Sextò, assensum ante rebellionem nō confirmare alienationem factam post rebellionem, *Lucas in l. cum allegatis, C. de re mil. lib. 12.*

16 Secundò, dicit conclusionem, quod Princeps non debet aliquid facere cum iniuria tertij, ideò inoleuit practica, & cautela *Iuribus alienis.*

17 *Affli. vero in quæst. 24.* ponit examinādo quæstionem, tres opiniones.

Prima opinio est, vt consensus debeat intercurrere ātè, vel in ipso actu alienationis, vel incontinenti, non ex intervallo per *text. in d. §. iussum, & l. fin. C. de vend. reb. ciu. lib. 11.*

Secunda, vt non possit præcedere per *cap. pen. ext. de iureiur.* vbi non valet promissio de seruando statutum edendum virtute præstiti iuramenti.

Tertia, quod possit præcedere, & sequi per *l. licet, ff. de ind. & l. fin. ff. com. prad.*

Soluit primum argumentum ex doctrina *Bart. in d. §. iussum*, quia iussus debet præcedere actū, authoritas verò debet inesse actui, sed cōsensus potest præcedere, & subsequi: licentia etiam debet præcedere, *cap. 1. de reb. Eccles. alien. vel non*; sicut ēt consilium, *cap. 1. nè sede vac. lib. 6.* sed licentia in *Consti.* accipitur pro consensu. Secundā opinionem resoluit, quia iuramentum non extenditur ad incogitata.

18

19 Inde infert, quod si quis obligauit feudum sine assensu, & reuocauit ante assensum, deindè impetret assensum, & sic est inualida obligatio, si postea dat insolutum feudum, reuiuiscit assensus, quia non agitur de præiudicio tertij, *d. §. sed quid si mandauit*, secundò, quod recipiens pretium post reuocationem, ratificat venditionem, deindè ponit differentiam inter assensum, decretum, & authoritatem.

20 Videamus iura prohibitiua alienationem feudi, *cap. 1. §. item si plus, quis mod. feud. amitt.* vbi tantum punitur amissione feudi, qui plus medietate ad libellum dederit, *cap. 1. in prin. de alien. feud.* vbi puniuntur, qui plus medietate ad libellum, vel pro pignore dederit, licet Mediolanenses in totum dicebant posse alienari, *& in eod. cap. si clientulus*, dicitur, quod si quis sine Domini voluntate de medietate fecerit libellum, valet in vita vassalli, *& §. fin.* si cum domini voluntate, valet etiam post mortem, *cap. si quis miles de feudo sine culpa nō amit.* vbi penitur, qui sine voluntate, vel iussu Domini alienauerit, *glos.* intelligit iussum pro consensu, *Ifer.* intelligit pro prece, vel iussu, *cap. 1. qualit.*

olim

Digitized by Google

olim feud. pot. alien. refertur antiquitas, & varietas Cõsuetudinũ, ac *Imp. Lotharij Tertij* prohibitio, *c. 1. §. fin. quæ sit prima cau. benef. amitt.* punitur qui cõtra *Const. Lothar.* alienauerit, *cap. 1. §. similiter de lege Corrad.* vbi vassallus non alienat sine Domini voluntate, *cap. 1. de vassall. qui contra Const. Lothar.* vbi prohibita est alienatio contra *Const.* prædictam, & sequitur, quod sine Domini voluntate refutare potest, *cap. 1. §. præterea, de cap. Corrad.* licet Domino reuocare alienationes factas, non obstante præscriptione, *cap. 1. quid iuris sit, si post alien. feud. recuper.* loquitur de voluntate Domini, *cap. 1. §. hortatu igitur, de prohib. alien. per Lothar.* vbi loquitur de permissione, *cap. 1. §. habito, de prohib. alien. feud. per Feder.* prohibetur sine permissione.

SVMMARIVM.

1 Iacob. de Beluis. *circa feudi alienationem tria considerat iura, & quæ?*
2 Aluarot. *circa feudi alienationem non tempora, sed diuersitatem Consuetudinum, & locorum considerat.*
3 Rayn. *circa feudi alienationem idem sit, quod* Iacob. de Belu.
Et Zatij, & Capyc. *circa eandem feudi alienationem consideratis.*
4 Camer. *circa feudi alienationem octo tempora facit, quæ ab Authore explicantur.*
5 Camerar. *circa primum tempus ab ipso consideratum, ab Authore reprobatur, licet in quamplurimis commendetur.*
Et an in totum licuisset feudi alienatio sine Domini consensu.
6 Tex. in c. 2. tit. apud quem, vel quos contr. feud. defin. *dilucidatur.*
Et vt intelligatur de vsu Mediolanensi?
7 Tex. in cap. 1. tit. quid iuris sit, *explicatur. Dictumq;* Camerar. *ex dictis iuribus, neq; secundum ordinem compilationis, neq; secundum ordinem literæ probari, affirmatur.*
8 *Explicantur ab Authore multa iura feudorum, ordinem attendendo scripturæ.*
Et vbi de vsu Mediolanensium irrationabili?
9 Titulus apud quem, &c. *secundum* glos. *varios habet intellectus, & quos?*
Et vt feudi alienatio fuisset prohibita optima Consuetudine?
10 *Explicantur* tit. quæ sit prima causa, &c, & quid iuris sit, &c. *iuncta* Glos.
11 *Author inuehitur contra secundum tempus* Cameratij, *Iuraq; per ipsũ citata, vt sint intelligenda de Consuetudine locali, affirmat.*
12 *Feuda hereditaria, vt potuissent alienari in agnatorum præiudicium?*
13 *Omnes contractus an fuissent sublati, & sola permissa subinfeudatio?*
Et vt ante Lotharij *legem fuisset etiam licita venditio feudi pro parte?*
14 *Author reprehendit* Camerar. *circa quartum tempus, ab eo consideratũ.*
Explicat text. in cap. 1. de alienat. feud.
Et vt fuisset permissa feudi alienatio pro medietate ad libellum tantum?
15 *Author reprehendit* Camerar. *circa quintum tempus.*
Et vt sit permissa feudi pignoratio?
16 *Author tria dat tempora quoad feudi alienationem, & quæ? iureq; communi feudorum solum esse permissam subinfeudationem pro minori parte, affirmat.*
17 *Eodem tempore iuris communis circa concessionem feudi ad libellum variæ erant Consuetudines.*
18 *Tempore Imperatorum Scili. et ante* Lotharium, *qui contractus permi-*

Fle-

marradi marradi

Digitized by Google

Elebantur circa feudi distractionem?

19 Lotharius Secundus *prohibuit omnes feudi alienationes.*

Et fuit hæc Lotharij *prohibitio ab* Imperatore Federico *ampliata.*

Considerantur tria tempora circa prohibitam feudi alienationem, & contrà octo tempora, à Camerar. considerata, optimè inuehitur.

CAP. XXII.

1 PRosequendo materiam prohibitionis alienationis feudi, *Iacob. de Beluis. in cap. 1. de alien. feud.* videtur constituere triplex ius antiquum, nouum, & nouissimum, de antiquo poterat alienari medietas, *cap. 1. qualiter olim feud. poter. alien.* de nouo, non poterat, nisi ad libellū, *d. cap. 1. de alien. feud.* de nouissimo nullo modo, *cap. 1. de prohib. per Lothar. & de prohib. per* Federic.

2 *Præposit.* sequitur ad literam *Aluar. ibid. col. 1. ver. nota*, non considerat tempora, sed diuersitatem consuetudinum, & locorum, vt in aliquibus in totum, in aliquibus vsq; ad medietatē in casu necessitatis, in alijs ad libellum tantum, demum *Lothar.* & *Federic.* penitus prohibuerunt.

3 *Rayn. in hoc cap. Imperial. S. habito, n. 5.* facit tēpus antiquius, antiquū, & nouum, & in effectu dicit idem, quod *Beluis.* licet per alia verba, *Zas. de feud par. 9.* videtur sequi *Aluarottum*, considerando diuersitatem consuetudinum, & locorum, *Afflict. in d. cap. 1. de alien. feud.* ponit tempus antiquissimum, antiquum, & nouum, *Capyc. in inuest. ver. feud. alien.* remittit se ad *Aluarot.*

4 *Camer.* vero facit octo tempora, *fol. 4.* quinquè ante *Lothar.* sextum *Lotharij*, septimum *Federici*, & octauum *Constitutionis Regni*, & capitulorum.

In primò, licere alienare in totum in præiudicium hæredum, non Domini.

In secundò, licere totum, non partem.

In dicto secundò, licere partem necessitate suadente, cum distinctione, si erat feudum in districtu, vel nō, & si emptor vellet recognoscere, quod Dominus teneretur inuestire.

In tertiò, licere subinfeudare tantum, reiectis cunctis alijs contractibus.

In quartò, licere ad libellum.

In quintò, in pignore.

5 Sed à primo dicto *Camerar.* dum præsupponit, licuisse in totū alienari, sine consensu Domini, pace tanti viri, & qui per tot tempora, vt ille testatur, laborauit in hoc iure feudorū, & quasi omnes eius lucubrationes, adaptauit in hac repetitione, cui proindè omnes huius professores debemus plurimū, cogor recedere, nam in nullo loco in hoc libro reperitur consuetudo generalis alienandi in totum sine consensu Domini, sed tantum reperitur Mediolani, & nihilominus dicitur irrationabilis; *d. cap. 1. de alien. feud.* quod erat localis in *cap. 1. quid iuris sit, si post alien.*

6 *feud. recuperau.* videamus ergo *text.* in quo se fundat *Camer.* qui est in *cap. 2. apud quem, vel quos, controuer. feud. definiatur*, qui dicit, quod si quis beneficium suum siuè totum, siuè

siuè partem alienauerit, & ipse, vel eius hæres sine hærede decesserit, reuocatur, & Dño aperitur, qui *tex.* intelligitur per *Isern.* ibi, procedere de tempore, quo poterat totum alienari sine assensu, & sic haberet Authorem talem virum pro sua intentione, sed *Cuiac.* intelligit de vsu Mediolanensi.

7 Item *text. cap.* 1. *quid iuris sit*, qui probat contrarium apertè, nàm dicit, in quibusdam Curijs vigere Consuetudinem alienandi in totum, in quibusdam secus, ponderando enim singula iura, neq; secundum ordinem compilationis, neq; secundum ordinem licteræ, hoc fundari potest.

8 Incipiendo ab ordine scripturæ *primò tex. quib. mod feud. amitt.* (ibi) *aut si libellario nomine plus medietate in feudũ dederit*, & in §. *rursus, si minus medietate libellario nomine feudũ dederit*, & in §. *fin. si in curte, non põt ad libellum dare.* Tit. *de alien. feud. in principio, medium potest, vlterius progredi non potest*, & infra, de vsu Mediolanensium irrationabili. Tit. *apud*

9 *quem*, ibi, *totum, siue partim*, vbi *glos. ver. siuè totum*, dat plures intellectus, vel in casu licito, & vt ponatur illa dictio, *siuè totum*, correctiuè, vel qñ illicitè, & de facto, & sic habet varios intellectus, sed nullus, quod in totum posset licitè, Tit. *qualit. olim feud. pot. alien.* dicit, fuisse prohibitam alienationem optima Consuetudine, & dabantur diuersæ Consuetudines in singulis Ciuitatibus.

10 *Quæ sit prima causa*, loquitur simpliciter. *Quid iuris sit*, testatur de Cõsuetudine locali pro parte, & de alia locali pro parte, & sic nullo iure cauetur de totali permissione. Præterea in *glos.* non potest fundari, quod licebat totum, & non partem, nam *glos.* dicit contrarium, exponendo *tex.* dando tot intellectus.

11 In secundo tempore, dum dicit, licere pro parte, necessitate suadente, & allegat eadem iura, quæ allegauit in casu contrario, in *cap.* 1. *quid iuris si, cap.* 1. *apud quem, vel quos, & cap.* 1. *qualit. olim*, apertè dicit de varijs Consuetudinibus, & propterea dum infra sequitur de toto, vel de parte, debet intelligi retento eodem themate, scilicet de Consuetudine locali.

12 Item aduertendum, quod *Camer.* in hoc secundo tempore dicit, feuda hæreditaria non potuisse alienari in prejudicium agnatorum, dubitò obiter loquutum, quoniam iura allegata non loquũtur de feudo hæreditario, & putaui, fuisse errorem impressionis, sed vidi paginam correctionis, & non inueni hanc correctionem, & sic est de mente *Camer.* cuius dictum posset sustineri non ex allegatis per ipsum, sed ex regula generali, quod hæres non tenetur habere ratum factum defuncti nullum, *l. quemadmodum, C. de agric. & cens. lib.* 11. de qua conclusione infra dicemus.

13 Item, dum dicit in tertio tempore, fuisse sublatos omnes contractus, & permissam solam subinfeudationem, §. *si vero, dicto tit. qual. olim*, non est verum, & *tex.* allegatus probat contrarium, quia ante legem *Lotharij* licebat subinfeudare, & vendere partem.

14 In quarto tempore, dum concludit de communi intellectu *DD. ad text. cap.* 1. *de alien. feud.* permicti alienationem pro medietate, dum *text.* immediate declarat, intelligi per libellum (& sic videtur restricta permissio pro medietate per libellũ tantum) aduertatur quod idem *text.* prosequendo in §. *& si clientulus*, dicit, si alienauerit medietatem per libellum, vel aliud fecerit, valere, durante linea alienatoris; ergo includeret cõtrarietatem in eodem *text.* quod non est dicendum, sed po-

Digitized by Google

tius, quod supra specificauerit speciem alienationis, nec restrinxerit, & in hoc *Cam.* habet exculationem cum communi intellectu, dum intelligunt sic illũ *tex.* & in §. *& si clientulus*, facit quartũ tempus distinctũ, quia re vera *tex.* prosequitur simpliciter præcedentem sermonem, & facit decisionem de apertura feudi deficiente linea alienatoris.

15 In quinto tempore *Cam.* præsupponit, permissam pignorationem pro medietate, hoc non probat, & videmus contrariũ in §. *aut si libellario, in* 1. *tit. quib. mod. feud. amitt.* vbi eodem tempore vtrumq; permictitur.

16 Dicamus ergo, dari tria tempora, primum Iuris communis feudorum, secundum Iuris Imperatorum, tertium Iuris Regni.

De tempore Iuris communis reperitur in capitulis extraordinarijs, de quibus *Ardiz. in sua summa*, & non poterat vassallus, nec subinfeudare, nisi partẽ, retenta maiori parte, nisi esset desperatus de prole, cũ qua limitatione concordat *tex. in §. 2. per quos fiat inuest.* vbi *glos.* Vnde traxit *Neap.* ad materiam Consuetudinis, de qua *ego alleg.* 20.

17 De eodem tempore de Consuetudine in scriptis in hoc libello feudorum procedit distinctio *cap. 1. de alien. feud.* vt per Consuetudines varias variæ essent decisiones, cum quo concordant cæteri tituli.

18 De tempore Imperatorum fuit *lex Corrad.* ante *Lotherium*, & permissa compromissum. *de lege Corrad. §. si autem.* Subinfeudationem æquè idoneo, §. *similiter, eod. tit.* Transactionẽ, *c. si vassallus, si de feud. fuer. contr.* Diuisionem, §. *inter filium, eod. tit.* Seruitutem, *cap. è contrario, de inuest. dere alien. facta.*

16 Superuenit *Lothar. Secundus*, licet *tex.* dicat *tertius*, & prohibuit omnes alienationes, demũ *Feder.* hìc prohibitionẽ ampliauit, vt infra videbimus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna delictum excedere non potest.*
Et vt partem feudi alienans, partem amittat, vel totum?
Ac tres Lotharij Constitutiones *explicantur.*

2 Cuiacius, *& si eruditissimus, reprehenditur ab Authore, in quantum ait,* Lotharium *non præcauisse circa alienationem pro parte.*

3 Pylei *sensus circa* Lotharij Constitut.
Et vt Lotharius *prohibuerit feudi alienationem, siue in totum, siue in partem.*

4 *Feuda, à Principe concessa, vt possint alienari?*
Saltem Iure Romano attento.

5 *Feuda, vt possint diuidi inter agnatos, maximè si sint dignitatis.*

6 Lotharij *decisio, vt vassallus feudum alienans, si totum, totum perdat, si vero partem, ea parte priuetur, an secus?*

7 *Pœna suos debet sequi Authores.*

8 *Vsus quando puniatur pro alio?*

9 *Declarantur* tex. l. rescriptum, & l. hæres qui, ff. de his, quæ pro non scrip. hab.
Et vt pœna imposita legatario, qui sibi legatum adscribit in testamento, procedat in alijs legatarijs, qui adscripserunt de voluntate testatoris?

10 *Declaratur* tex. in l. vulgaris, ff. de furt.
Et vt furans aliquid ex acerno, dolio, &c. puniatur pœna furti ex toto acerno, vel ex eo, quod abstulit?

11 *Declaratur* tex. in l. Paulus, ff. ad trebell.
Et vt hæres, grauatus restituere fideicommissario, si aliquas res subtrahat, trebellianicam amittat respectu rerum subtractarum omnium?
Et vt hæres beneficium legis, & inuen-

Digitized by Google

uentarij amittat, vel ad nonuplum teneatur, si aliqua subtrahat de bonis hæreditarijs in fraudem creditorum?

12 *Ex liberorum præteritione irritatur testamentum respectu hæredis institutionis, non legatorum.*
Et explicatur text. in l. 3. S. Senat. consul. ff. de incend. ruin. &c.

13 *Rapiens tantum clauos, quibus nauis regitur, tenetur ac si totam nauem rapuisset, & cur?*

14 *Aperiens partem testamenti, edicto tenetur, ac si totum testamentum aperuisset.*

15 *Vassallus præstans seruitium diminutum, an pœna amissionis totius feudi teneatur?*

16 *Feudum si sit indiuiduum, alienans partem, totum amittit.*

17 *Feuda hodie cum sint iuris francorum, vt possit Prorex eorum diuisioni assentiri.*

18 *Fidelitas indiuidua est.*

Isern. vers. vt nullus feudum habens, vsquè ad versic. non potest ergo.

CAP. XXIII.

radicofam.

SVmmat *tex.* in prima, vt nullus feudatarius possit in totum, vel in partem alienare, vel obligare, vel in vltima voluntate disponere sine voluntate Domini, 1 colligit *glos.* ex *tex.* consimili, *de vassallo qui contra Const. Lothar.* pœnam non excedere delictum, quia dicit *tex. totum, vel partem aliquam*, & expressè dicitur, si alienauit totum, perdat totum, si partem, illam partem circa quod sciendum est, tres reperiri *Constitutiones Lotharij.*

Prima est in *tit. de feud. sine culpa, cap. fin.* qui titulus est sub *tit.* generali, *Imperat. Lothar.* qui continet inscriptionem, & sequitur *tit. Const. Lothar. &c.* vsq; ad finem illius libri, & ibi dicitur, quod si quis vendiderit totum feudum, illud perdit.

Secunda est in *tit. de vass. qui contra Const. Lothar.* vbi dicitur, perdere totum, si totum, partem, si partem.

Tertia est in *tit. de prohib. feu. alien. per Loth.* quæ generaliter loquitur.

2 *Cuiacius*, & si eruditissimus, in *tit. de feud. sine culpa*, dicit *Lothar.* omisisse hunc casum, & vt dixi, præcauit *Lothar.* etiam de alienatione pro parte, *Glos.* vero nostra prima dixit etiam cõtrà *Pyl.* qui in *tit. de alien. feu.* dixit contrarium, quasi esse permissã alienationem pro parte.

3 Sed *Pyl.* dixit hoc fortè vigore Consuetudinis illius temporis, superuenit *lex Lotharij*, & prohibuit alienationem, siuè de toto, siuè de parte fiat, & Mediolanenses permictebant in totum, licet irrationabiliter: vlterius progredi non potest, rationem assignat *glos.* ibi, quia quod licet pro parte, non licet in totum, *l. si quis donationis, ff. de contrahen. empt. & l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & l. sed si hac, S. qui manumictitur, ff. de in ius voc. & l. cum ità, C. de cond. & demonstr.* & licet aliqui 4 putabant, non procedere in feudo, concesso à Principe, q a illud poterit alienari; quasi Princeps sic concesserit: *l. hi quibus, C. de fund. patrim. lib. 10.* sed falsa est eorum opinio, etiam de Iure Romano, *auth. de alien. & emphyt. S. ea verò, & C. de Sacrosanct. Eccles. auth. hoc ius porrectum*, & notat *Bahin 1. rub. ver. consuetus, nu. 19. ver. pro glos. facit. Felinus cap. quæ in Ecclesiarum, extr. de constit. num. 89.* 5 tenet, posse diuidi inter agnatos, nisi

in feudo dignitatis, § *præterea ducatus, in hac l. nostra Imperialem.*

6 Secundo videndũ est, si benè decisum sit, qui alienauit totum, perdere totum, si partem, partem, *glos. in d. cap. 1. de vass qui contra Const. Loth. & Iser. ibi, & in Const. Si vassall. de fideius.* allegant aliqua Iura ciuilia, & possunt addi aliqua canonica pro, & contra.

7 Prò affirmatiua adducitur *text. l. sancimus, C. de pœn.* vbi pœna debet tenere suos Authores, sed hæc lex loquitur respectu personarum, vt vna non teneatur pro delicto alterius, pro quo sunt tituli formati, *nè vxor pro marito, & nè filius pro patre, & extr. de his quæ fiunt à maior. part. capit. cap. quæsiuit*, vbi est casus punctualis, & *glos.* adducit limitationes,

8 quãdo vnus pro alio puniatur, distinguendo de pœna corporali, à pena spirituali. In quo articulo ego vobis plura notabilia dixi in intellectu §. *insuper in fin. hoc eod. cap. Imperialem*, quãdo pater tenetur pro culpa filij, & è contra, & adduxi vobis exempla legis diuinæ in Testamento veteri, & authoritatem Aristotelis, respectu filiorum infantium, quia reputantur, vt pars corporis patris, vel vt magis puniatur pater in persona filij, *l. isti quidẽ, ff. de his quæ met. caus.* vel ratione præsumpti sanguinis infecti, *l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest.* At cũq; sit, lex illa *sancimus* non loquitur de modo pœnæ.

9 Propterea pertranseunt ad alia iura, *l. rescriptum, & l. hæres qui, ff. de his quæ pro non script.* vbi pœna, imposita ei, qui sibi ascripsit in Testamento, procedit in eo legato, quod sibi scripsit Legatarius, secus in alijs legatis, quæ scripsit alius de voluntate testatoris, vt puniatur in quo deliquit, & sic ad casum nostrum, alienauit partẽ, illam amittit, in qua deliquit.

10 Addunt ijdem *tex. l. vulgaris, ff. de furt.* vbi si quis ex aceruo, dolio, vel cisterna, vel ex horreo, aut arca aliqd subtraxerit, de eo ꝙ abstulit punitur de furto, non de reliquis, quamuis *Offilius* putabat, de omnibus rebus teneri, quia ac si omnes res contrectasset teneri debet, nam ex sententia *Trebatij*, qui aurem tangit alicuius, totum hominem videtur tangere, & contra *Offilium* deciditur, & dari furti manifesti, & nõ manifesti, quãdo nõ valens singulas res asportare, asportatis aliquibus, redijt pro alijs, cum quibus fuit deprehensus, cum plura sint furta, vndè *Bart.* sumpsit arg. esse plura furta, si de vna re asportanda, transierit per plures iurisdictiones.

11 Adhuc addũt *l. Paulus, ff. ad trebell.* de fideicõmissario grauato restituere, perdit trebellianicã respectu rerũ, quas subtraxit, non singularum, & est argumentum in materia inuentarij, si hæres fraudauit creditores, subtrahendo aliqua bona hæreditaria, an perdat beneficiũ legis, & inuentarij, vel teneatur ad nonuplũ? de quo articulo pendet hæc quæstio in Sacr. Cons. in causa de Vollaro, cum creditoribus Branci.

12 Facit etiam *auth. ex causa, C. de liber. præter.* vbi ex præteritione irritatur Testamentum respectu institutionis, non cæterorum legatorum; sed posset responderi, quod illa legata respiciunt alias personas, quę non erant in culpa, licet respectu affectus testatoris ipse puniretur ex nullitate dispositionis, facit *cap. sicut dignum, ext. de homicid.*

13 In contrarium est *text. l. 3. ff. de incendio, ruina, & naufrag. §. Senatusconsultum*, vbi si quis clauos nauis tantum rapuerit, de omnibus rebus, quæ sunt in naui tenetur. Sed *glos.* ibi soluit, quia de clauis intelligis lex, qui regunt nauem, quibus subtractis, omnes res pereunt, ergo meritò

rò teneretur, ac si omnes res rapuisset, quia & si non rapuit ipse, Dominus tamen eas amisit, & sic tenetur de eo, quod fecit, fecit autem, vt omnes res perirent.

14 Consimilis est *text. l. si quis in graui, §. si quis totum ff. ad trebell.* vbi non refert, quo minus quis teneatur illo edicto, si aperuit partē testamēti, vel totum testamentum, quia corruit, ac si totum aperuisset, & sic quando culpa de parte affert damnum, ac si de toto, punitur prò toto.

15 Facit ad quæstionem de eo, quod præstitit seruitium diminutum, an teneatur pęna amissionis feudi, vt infra §. *firmiter? Iser in d. Consil.* si vasallus dicit, fuisse disputatum coram Carolo Primo, & fuisse per Regem datam pęnam quadrupli.

16 Item fallit, quando feudum esset indiuiduum, §. *praterea Ducatus*, & vulgata *l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig.* & *l. stipulationes non diuiduntur, ff. eod.*

17 Item hodiè feuda sunt iuris Francorum, & etiam Prorex non potest diuisioni assentire, per *pragm. 3. de feud.*

18 Item per *l. istum*, quia respicit fideicommissi, quæ est indiuidua: neque obstat *cap. 1. de alien. feud.* quia intelligitur de libello, vt ibi in *text.*

SVMMARIVM.

1 *Quod per legem fit, vt possit fieri per pactum.*
Et lex, & homo, vt æquiparentur?
Explicatur tex. in l. fin. C. de fideiuss.

2 *Legis, & hominis dispositio æquiperantur.*

3 *Alluuionis incrementum si cedat Domino, an Dominus debeat habere viam ad illud incrementum? Et quid, si expressè protestetur de incremento?*
Et vt hoc procedat fauore religionis?

4 *Legitimari vt quis possit in præiudicium agnatorum?*

5 *Feudum, vt possit prohiberi, nè detur in dotem?*

6 *Duo si contendant de dominio, & possessione feudi, victor vt caueat de restituendo, si superuenerit alius.*
Et an hæc cautio teneat respectu tertij?
Odiumuè litis in alium possit transferri?

7 *Assensus Domini ad vendendum durat in vita alienantis.*

8 *Dilucidatur ratio l. 24. in Longobar. tit. de debit. &c.*

9 *In stipulatione emphyteusis venit fœmina, & descendentes ex fœmina.*

10 *Feudum hæreticorum cui applicetur?*

11 *Pater, vt succedat filijs in feudo, & in quo feudo prohibeatur succedere?*

12 *Statutum contra legem scriptam, per Ciuitatem, vt possit edi?*

13 *Prohibitio hominis, vt differat à legis prohibitione?*
Et qua prohibitio domini impediat translationem?



Digitized by Google

De prohibitione legis, & de prohibitione hominis.

CAP. XXIV.



Vid operetur istæ prohibitiones, & quãdo plus vna, quàm alia, & qñ ambæ concurrãt, duæ inferũtur quæstiones.

1 Regula generalis est, quod potest fieri per legem, id quoq; põt fieri per pactum, & sic infertur conclusio: lex, & homo æquiparantur, *l. fin. C. de reb. alien. non alien. & l. fin. C. de fideiuss.* quæ de facili inducitur in fine, dum lex statuit, non præiudicari creditori, agenti contra vnũ ex fideiussoribus, quin possit agere contrà aliũ, & vt redderet rationem decisionis, dicit, certum esse, hoc posse per pactum conueniri, ergo quare non per

2 legem? dum nulla põt dari diuersitatis ratio: inferunt Ciuilistæ, æquiparari dispositionem legis, & hominis, Feudistæ verò inferunt ad plura.

3 *Isern. in §. si quis de manso, de controu. inuest. num. 14. ver. dic.* in quęst. quando alluuio cedit Domino, qui sibi aliquid reseruauit, vt debeat ad illud incrementum habere viam, ità quando expressè protestatus fuit de incremẽto, & sine pretio. Quod conceditur fauore religionis in monumento, *ff. de relig. & sumpt. fun. l. si quis sepulcrum*, sic in re odiosa, prout est seruitus, *l. 2. §. rectè, ff. si serui. vind.* quia pactum hominis, & prouisio legis æquiparantur.

4 Secundò, in *cap. naturales, si de feu. def. fuer. contr.* in materia legitimationis, vt non possit legitimari quis in præiudicium agnatorum, cum potestas Principis, & patris æquiparẽtur, sed pater non potest, ergo nec Princeps per modum legis, allegat *d. l. fi.*

5 Tertiò, de dote, an possit prohiberi, nè detur in dotem feudum, iuxtà *Constitutionem Federicii* & quia per pactum non potest, nam impediret matrimonium, quod est cõtra bonos mores, ergo nec per legem, ea ratione, quia æquiparantur, de quo articulo *Capyc. in hoc cap. Imperialem, col. 58. Camer. fol. 81. Iser. hic num. 13.*

6 Quartò, de duobus contendentibus de dominio, vel possessione feudi, vt victor caueat in petitorio de restituendo, si supueneriț alius, an cautio teneat respectu tertij? concludit fauore litis, quia odium litis non potest in alium transferri per contractum, ergo nec per legem, *d. l. fin. C. de fideiuss.* stante æquiparatione *Iser. hic, nu. 77.* super intellectu *l. is à quo, ff. de rei vend. & l. pen. ff. de pet. hæred.*

7 Quintò, de consensu Domini ad vendendum, qui durat in vita alienantis, quo decedente sine liberis, deuoluitur feudum ad Dominum, nam resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, *cap. profecto de lege Corrad.* pari ratione quando est assensus legis, quia æquiparantur *Iser. in 1. argum. qui succ. ten. num. 6.* quod quomodo intelligatur, infra dicemus.

8 Sextò, de lege commissoria, quæ cessat in pignore, allegat simile de lege Longobarda *de debitor. & guadim. l. 24.* ratio illius legis est, qa stantia, ideſt pactum, debet stare inter liberos homines, ergo si valet per pactum, valet per legem, stante equiparatione, sed *glos.* dicit, de stãtia legitima, cuius contrarium est in illo casu, *Isern.* soluit, prohibitum in pignore, secus in alijs contractibus, vbi cessat vsura.

9 Septi-

Digitized by Google

9 Septimò, de emphyteusi, vt in stipulatione veniat fœmina, & descendens ex fœmina, quæ licet videatur extranea respectu aui materni, tamen succedit *auth. de non alien. §. emphyteusim*, ratio quia si potest fieri per pactum, *l. si pactum, ff. de probat. in fin.* ergo per legem *d. l. fin. C. de fideiuss. Iser. de succ. feud. n. 3.*

10 Octauò, in causa hæreticorum, vt applicetur feudum occupanti, saluo iure Domini principalis, & occupãs tenebit ab illo, à quo tenebat hæreticus, lex enim transfert sicut transferret Dominus, stante dicta æquiparatione, *l fin. C. de fideiuss. Iser. de statut. contra Ecclesiast. personas, verbo statuimus, nu. 32.* qui *tex.* est additus titulo, *C. de hæret. l si verò.*

11 Nonò, in argumento, quare pater non succedit in feudo filij, si filius nõ posset excludere patrem, ergo nec lex, cum æquiparentur, *d. l. fin.* licet soluat, procedere ex lege antecedẽte dãtis, vt in feudo antiquo materno, pater non est de sanguine, in nouo nec est de sanguine, in antiquo paterno succederet, quia reuertitur, & sic arg. æquiparationis non obstat, ex diuersitate personarum, *Iser. de natur. succ. feud. nu. 7.*

12 Decimò, in casu statuti contra legem scriptam, quod non possit fieri per Ciuitatem, q̃a nec id posset fieri per pactum, cum leges sint corpore incapaces, & non ligentur pacto, sed solum à Principe, *Iser. in Const. In proemio, col. 5. ver. quod autem sit*, vbi plures limitationes, quod non possit Princeps, quæ potest homo per pactum.

13 Postremo prohibitio hominis differt à prohibitione legis, nam ista impedit translationem dominij, hominis secus, *l. ea lege, C. de cond. ob cau. l. si ità stipulatus, §. ea lege, ff. de verb. oblig.* nisi in testamento, *l. filius familias, §. Diui ff. de leg. 1.* quod *Iser.* dicit in *§. hoc quoq; de succ. feud. & in §. profecto, ex quib. caus. feud. amitt.* sed quia notatur *Iser.* de contrarietate, dum ibidem dicit, dari vtilẽ reiuindicationẽ ex *l. 2. & 3. C. de cond. quæ sub modo*, ideò in sequenti de hac contrarietate videbimus.

SVMMARIVM.

1 *Assensus hominis, vt sit potentior, quã legis assensus?*
Et datur exemplum assensus legis.

2 *Agens lege permittente, pœnam non meretur.*
Et an subfeudatio; & concessio ad libellum valeant, si fiant ad vitam vassalli.

3 *Resoluto iure datoris, ius resoluitur acceptoris.*
Et vt creditor hypothecam rei vectigalis amittat, si res ad Dominum deuoluatur defectu solutionis census?

4 *Alienatio aliquorum vassallorum Castri, vt reuocetur, si reuocatur ipsius Castri alienatio?*

5 *Nemo plus Iuris in alium transfert, quam ipse habet.*

6 *Alienando quis rem, non potest alio modo eam alienare, quam ea, quo ipse habet.*
Et vt Ordinatus à Schismatico, ordinem recipiat?

7 *Maritus feudum habens, vt possit dare vxori per donationem propter nuptias?*

8 *Assensus legis in feudi alienatione quid operetur?*

9 Explicatur tex. in l. lex vectigali, ff. de pignor. & cap. nuper de donat. inter vir. &c.

10 *Antefatum, vt possit à viris vxoribus constitui in feudo?*

11 Text. in cap. nuper de donat. inter vir. &c. *vt contradicat §.* donare, qualiter olim feud. &c.

Et

Et Pater aliud non habens, præter feudum, vt possit illud in dotem dare filiæ?

12 *Intellectus* Camer. ad d. cap. nuper, *qui conuincitur de errore ab Authore.*

13 *Declaratur regula*, nemo plus Iuris, &c.
Et vt rei dominium non habens, si illam tradat, dominium transferat?

14 *Explicatur* tex. in l. quod nostrum, ff. de vsuf. & l. non est nouum, ff. de acq. rer. dom. *& n.* 15. *&* 16.
Et quod nostrum nõ est, vt possimus transferre ad alios?
Nouumq; non est, dominium, quod non habemus, ad alios nos posse transferre.

15 *Proprietarius, proprietatem in alium transferens, quem vsumfructum transferat?*

16 Tex. in d. l. non est nouum, *procedit causatiuè in creditore, alienante dominium pignoris.*

17 *Assensus legis ad Ius alienantis restringitur.*

18 *Intellectus ad* Tex. in cap. volentes Regni Sicil.

19 *Assensus hominis in feudi alienatione ad quid proficiat, & quid operetur?*

20 *Habens feudum pro hæredibus ex corpore, si feudum alienet cum assensu, an videatur alienare pro hæredibus sanguinis.*



Quæ sit differentia inter assensum legis, & assensum hominis.

CAP. XXV.

1 DIximus de prohibitione legis, & hominis, & de potentiori vi in prohibitione legis, quam hominis, & proposui explicare differentiã inter assensum legis, & hominis, vt sit è contra potentior assensus hominis, quam assensus legis.

De assensu legis est exemplum, vt licet sit prohibita alienatio feudi sine assensu Domini, tamen in aliquibus casibus lex ipsa feudalis hoc permittit, vtpote dare in feudum, & sic lex assentit alienationi absq; assensu Domini, vt in *cap. similiter, de lege Corrad.* & tamen hoc operatur tantum, vt non sit locus aperturæ, cũ nõ contraueniat prohibitioni *Federici*, nec *Lotharij*, & qui aliquid facit, lege

2 permittente, pœnam non meretur, *l. Grachus, C. de Adult.* & valet alienatio, seù subinfeudatio vita durante vassalli, qui subinfeudauit, §. *rursus, quib. mod. feud. amitt.* vbi in specie de concessione ad libellum, vt duret, vita durante concedentis: cõsimilis est *tex.* de incremento, vt aperiatur cum toto incremento, supra *si de inuest. feud. contr. fuer.* §. *rursus*, vndè fluxit

3 illa regula, resoluto iure datoris, resolvitur ius acceptoris, & de iure ciuili est *tex. in l. lex vectigali, ff. de pignor.* vbi de re vectigali pignorata, quæ si redijt ad Dominum ex defectu non solutionis census, creditor amittit hypothecam, quæ resoluitur

ex

Digitized by Google

ex natura rei, quamuis creditor ex æquitate secundum modernos possit purgare morã, sumitur ex illo *text.* dum dicit, *tam creditor, quam debitor*, & *glos.* ibi infert in *fin.* de re feudali, vt resoluatur per Fęloniam, pariter, & ius acceptoris, secundum quã conclusionem ait *Cyn. in l. 2. §. sed quia, C. comun. deleg.* quem sequitur
4 *Bald. ibi, in fin.* vt alienatio certorum vassallorum Castri reuocetur, reuocata alienatione Castri per Fęloniã, nulla alia ratione, nisi quod resoluto iure datoris, resoluitur Ius acceptoris, ratio rationis est, quia nemo plus
5 Iuris in alium transferre potest, quã ipse habet, *l. nemo, ff de regul. iur.* sumpta est quæ regula ex *l. traditio, ff. de acq. rer. dom. ex cap. Daibertum 1. q. 7. & cap. nuper, ext. de don. inter vir. & vx.* quæ iura habent contraria, ideò oportet inducere. *l. traditio*, eruditè discurrit, quod alienando quis non potest transferre
6 rem alio modo, quam ipse habet, vt puta, si habebat rem liberam, sic trãsfert, si affectam seruituti, cum seruitute, si non habebat dominium, non trãsfert dominiũ. In *cap. Daibertum*, habetur, q ordinatus à scismatico, nõ accipit Sacramẽtũ ordinis, qa q caret ordine, ordinẽ non pót conferre.
7 *Cap. nuper*, ait, q maritus q habebat rẽ in feudum, vel ad vitã, non potest vxori dare per donationem propter nuptias, vel in dotem, nisi ad vitã, qa resoluto iure datoris; resoluitur ius acceptoris, & nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habet.

8 Sequitur ergo, quod assensus legis in alienatione feudi tollit obstaculum pœnæ ipsius legis, prohibentis, vt valeat alienatio sine pœna caducitatis, ipse vero, qui alienat, non transfert aliud Ius, nisi illud, quod habuit à primo concedente pro se, & suis descendentibus ex corpore, ergo deficiente ipso, vel eius linea, quia resoluitur Ius ipsius datoris per lineam finitam, resoluitur Ius illius acceptoris, ad quod benè faciunt dicta iura.

9 Et quamuis *d. l. lex vectigali*, loquatur in contractu hominis, qui pignorauit, pari ratione & *cap. nuper* in marito, qui donauit vxori, tamen non est casus proprius, quia nulla lex prohibet pignorare rem suam, durante suo dominio; est tñ verũ, q per *Const.* istam non potest hypothecare sine assensu Domini, vt afficiat rem, etiam contra tertium possessorem, vel creditorem, vel contra fiscum, sed respectu ipsius pignorantis, & sic exemplum *d. Leiuilis*, proficit in articulo generali, quod resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. *Cap.* autẽ *nuper*, est in terminis terminantibus, nam maritus donat feudum vxori pro antefato, & lex illa permittit, sed quia lex tantum assentit, declarat Summus Pontifex, vt valeat durante dominio viri tantum, & non vltra, & sic restringitur assensus legis ad Ius alienantis, & non vltra per rationem expressam in *text.* quia nemo plus iuris in alium trans-
10 ferre potest, quam ipse habet, quod habuit Ius canonicum à iure isto feudorum in *tit. de inuest. de re alien. §. fin.* vbi antefatum super feudo à Romanis, vel Longobardis à viris constitui potest vxoribus, sed mortuis viris, resoluitur.

11 Pro cuius *text.* intelligentia aduertendum est, quod non contradicit *textui in §. donare, qual. olim feud. pot. alien.* vbi prohibetur pater dare in dotem filiæ feudum, quia communiter limitatur, quando pater non habet aliud ex *Isern.* hic infra, & per *Capyc.* & *Camer. fol. 83. à ter.*

11 Licet *Cam.* in intellectu *cap. nuper*, incidat salua pace, in errorẽ, dum dicit, agi de validitate dispositionis vi-

Digitized by Google

ri pro antefato post mortem, quoniã vt dixi alias legendo, ibi agitur de eo, quod tenetur dare vxori pro securitate dotis in vita, & resoluitur per mortem, & alteri ex eis redeunt dos, & donatio propter nuptias, *cap. fin. eod. tit.* quod differt ab antefato, quod datur, vt habeat post mortem viri, *Neapod.* notat differentias in *rub. Consuetud. de iure quartæ.*

13 Redeundo igitur ad articulum de iure ciuili, nemo plus iuris transfert, quam ipse habet, declaratur per I.C. *in l. traditio, ff. de acquir. rer. dom.* vbi specificè exemplicat, quod qui non habet dominium, licet tradat, non trãsfert dominium, quãuis .n. traditione quæratur dominium, requiritur tamen, vt habeat dominium tradens, alias quilibet de facto, vel iniustus possessor transferret ius alienum, quod esset inrationabile. Pari ratione, si habens ædes seruientes, & tradat liberas quoad hoc, nihil agit, & sic prosequitur I.C. per exempla demonstrare istam regulam, quæ ex his sumpta est in *tit. de regul. iuris.*

14 Quamuis sint iura in contrarium ex diametro, *l. quod nostrum, ff. de vsufruct. & l. non est nouum, ff. de acquir. rer. dom. l. quod nostrum*, dicit vnum paradoxum, quod nostrum nõ est, quãdoq; trãsferimus ad alios, ppterea q habet fundũ, cuius vsusfructus ad alium spectat, potest alij eiusdem fundi vsumfructum transferre, & sic plus iuris in alium transfert, quam ipse habet. *l. non est nouum*, dicit non esse nouum, vt transferamus ad alium dominium, quod non habemus, vt creditor de dominio rei pignoratæ:

15 Sed facilis est resolutio, nã primus *tex.* procedit propter inseparabilitatem, v3. proprietarius transfert proprietatem ad alium, quamuis vsusfructus sit alienus, & quamuis *text.* dicat, transferre vsumfructum, intelligitur de causali, non de formali, sic *glossella*, ibi declarat; intelligit igitur I.C. ibi (& hoc erat dubitabile) si proprietarius possit alienare suam proprietatem rei, cuius alius habebat vsumfructum, & idcò dicit, quod nostrum nõ est, idest vsumfructum for-
16 malem, ratione possessionis. *l. non est nouum*, procedit causatiue, idest creditor non habet dominium pignoris, tamen alienando ex pacto, vt sibi satisfiat, transfert dominium causatiuè, quia emptor acquirit alienum dominium, sed ex facultate, data à debitore vendendi pignus, sic in Iudice, sed vterq; representat Dominum, remanet ergo fundata conclusio, quod nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habet.

17 Pari ratione, quod assensus legis restringitur ad Ius alienantis, vt acceptor habeat, quod alienator habebat. Sed dubitari potest, habebat pro hæredibus, ergo transfert pro hæredibus, non est bona consequentia, & in hoc proficit, *l. traditio*, quæ vult, vt transferat eo modo, quo ipse habet, habebat pro hæredibus suis, & sic transfert, non pro alienis, quia Dominus pro suis, non alienis dedit, consensit lex, non homo, ergo quod ipse habet, & non vltra: hoc intelligit fundare *Iferm. in tit. qui succ. feu.* licet obscurè, *num. 6. & in §. sed nec alia iustior*, nec allegat ista iura, &
18 proficit pro intellectu *cap. volentes Regni Siciliæ*, quod permittit alienare, vt intelligatur respectu sui iuris. Vt autem acceptor efficiatur nouus vassallus, requiritur cognitio personæ, & sic procedit assensus legis, quę non cognouit personam.

19 Assensus vero hominis proficit pro hæredibus acquirentis, & non resoluitur per lineam finitam venditoris, quia Dominus acceptat nouũ vassallum, cui de nouo dat *l. obuenire, ff. de verb. sign.* duo enim facit, tol-

lit

Digitized by Google

lit obstaculum voluntatis, & de nouo dat, & fit noua inuestitura. Sed quia hora non sufficit, & dicturi fumus de intellectu dictæ legis cum
20 *Iser.* pertrãseo ad practicam: Comes Nolę tenebat prò hæredibus ex corpore quædam feuda, quæ dedit pro hæredibus, & successoribus, fiscus allegabat, extincto Comite resolui iusceptorum, defendi ego cõtrarium, quia Dominus assensit, videtur dare de nouo, & quia erant controuersiæ de validitate assensus, partes transegerunt.

SVMMARIVM.

1 *Legis prohibitio, vt dominij impediat translationem?*
2 *Hominis prohibitio solum operatur actionem personalem ad interesse, non vero realem contra tertium possessorem.*
Et arguitur Iser. de contrar. à Loffred.
3 Tex. in l. ea lege, C. de cond. ob caus. *vt procedat in feudis.*
4 *Pactum de non alienando in genere, vel in specie, scilicet de non alienando Titio, vt sustineatur?*
Et vt tale pactum, cum clausula renouatoria, si contra fiat, tertium obliget possessorem?
Et quid si obligetur res ipsa pro pena, forte promissa?
5 *Pactum de non alienando si ponatur in vim conditionis, & modi, dominij impedit translationem.*
6 *Agnatus, vt possit vindicare feudum, venditum sinè assensu?*
Quidue, si prohibitio alienationis feudi ex solo pacto procedat?
7 *Vassallo non præstante seruitium, Dominus, vt possit vindicare feudum?*
Quidue si in concessione pactum apponatur, nè feudum alienetur personæ speciali, Dominus contra tertium habeat vindicationem?
8 Gualter. *intellectus ad* tex. in l. ea lege, C. de cond. ob caus.
Et vt procedat in re, restitutioni subiecta?
9 *Lex siuè pactum, appositum in contractu Principis, vt operetur, rem ad pristinum reduci?*
10 *Vsufructuarius, vsumfructum alienans sine consensu proprietarij, vt dominium transferat, anuè idem sit in feudo?*
11 Iser. *defenditur,* & Loffred. *comparatio confutatur.*
12 *Hæres ratum habere tenetur factum defuncti.*
13 *Alienatio si prohibeatur ab homine, assistentiam legis non habet.*

Defenditur Iser. ab impugnatione Loffredi. Quæuè prohibitio dominij impediat translationem legis, an hominis ostenditur.

CAP. XXVI.



Vper *rub. de prohib. alien. feud. per Federic.* plura diximus de prohibitione alienationis, & postremo cõiunximus exẽpla, quibus conueniunt prohibitio
1 hominis, & prohibitio legis, & incepimus discurrere, in quibus differãt, & potissimè, q prohibitio legis impedit dominij translationem, *l. quemadmodum, cum concord. C. de agricol. & cens. lib.* 11. prohibitio vero hominis secus, *l. ea lege, C. cond. ob caus. & l. si ità quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.* quæ
2 dat actionem personalẽ ad interesse non realem ad rem contra tertium possessorẽ, in quo articulo *Andr.* notatur à *Loffred.* de contrarietate, quia

Digitized by Google

in locis, infra citãdis, firmat hanc cõclusionem, & postea subiungit, dari vindicationem vtilem ex *l.1.& 3. C.*
3 *de don. quæ sub modo*, & ab alijs impugnatur etiam in primo dicto, vt *d. l. ea lege*, nõ procedat in feudis, & sic in præcedẽti sessione proposui vobis explicare hanc nodositatem, pro cuius intelligentia.

Sciendum est, *Andr. in cap. 1. §. præterea, quib. mod. feud. amitt. uers extra*
4 *causas*, ponere, ꝙ si fiat pactũ de non alienando in genere, vel de non alienando Titio, valet pactũ, quia rei suę ponit legem, *l. in re mãdata, C. mand.* sed alienatio non impeditur, tantum aget ad interesse, *d. l. ea lege*, & si fecerit pactum, vt si cõtra fiat, reuocetur, non obligabit tertium possessorem, *l. 3. C. de pign.* nisi in casibus, *l. hactenus*, vbi *gl. ver. ab eo fundo, ff. de alim. et cib. leg.* & nisi obligetur res pro pęna ꝓmissa, si obligabit emptor, quãdo erit sua, *l. stichus, ff. de manu. test.* &
5 nisi pactum de non alienando, & datio rei imponantur in vim conditionis, vel modi, quia his deficientibus, redit dominium in dantem, *l. 1. & 3. C. de don. quæ sub modo.* Tria ergo dicit, valere pactũ, nõ impediri translationẽ, & hoc limitari, qñ in vim modi, vel conditionis, & nõ aperit, si pactũ fecit dñs concedendo, prout videtur innuere in illis verbis (*in datione*) vel vassallus alienando.

6 De *succ. feud. §. hoc quoq; vers. idem si post mortem*, præsupponit, agnatum sine assensu posse vindicare *d. l. 3. C. de don. & cæt.* quia est interdicta à lege, si ex pacto, secus, *d. l. ea lege*, nisi ad diem, vel sub conditione, haberetquè vtilem vindicationem, *d. l. 1. & 3.* In *tit. quæ sit prima causa,*
7 *§. sed nec alia iustior, n. 36.* si vassallus non seruit potest vindicare, quasi nõ paretur conditioni, vel modo, *d. l. 1. & 3. & n. 40.* si apponatur pactum in concessione, vt non alienet tali personæ, non haberet manus iniectionẽ contra tertium, nisi conditionaliter, *d. l. 1. & 3.* quia conditio, & modus in regressu parificantur, *l. 1.* vbi *glos. C. de*
8 *donat. q̃ sub mod. Gualter.* impugnat nã *tex. ea lege*, procedit in re, q̃ pleno iure trãsfertur, sed quando est subiecta restitutioni, secus, *l. fi. C. com. de leg.* & Dominus reseruat directũ, quo casu valet prohibitio, sicut in emphyteuta, *l. 3. C. de iur. emphyt. cap. potuit,*
9 *extr. de loc.* Velascus addit, ꝙ est lex in contractu Principis, *l. Cęsar, ff. de publica*, & sic cum præcedat prohibitio legis, pactum reducit rem ad pristinũ, *§. Sanctissimas auth. de nõ alien.* & quando concurrunt prohibitio legis, & hominis, impediunt alienationẽ, *Imol. l. filius famil. §. Diui, ff. de leg. 1.* ego addo ex *Bart. Ias. & alijs*, ibi in mandato Iudicis ętiam iusto, *Bald. in d. l. fi.* & fuit decisũ in causa Marzani.
10 *Loffr. in addit. d. §. sed nec alia*, adducit aliã rationẽ de exẽplo vsufructuarij cũ proprietario, vt impediat trãslationem, ergo idẽ in feudo dicendũ est. Omicto *Dec. cons. 239.* ex *Specul.* quia non benè fundat argumentum.
11 *Andr.* ergo benè loquitur qñ alienat ius suũ vtile, & de vsufructuario non est bona æquiparatio. In *§. hoc quoq;* qui loquitur de alienatione valida cũ assensu in vita alienantis, vt tunc agnatus nõ vindicaret, si sine assẽsu, esset inualida, & q̃reretur Domino.
12 In feudo hæreditario hæres tenetur habere ratũ factũ à defuncto, *l. cum à matre, C. de rei vend.* ideò *Iser.* dicit, esse ꝓhibitionẽ legis, qa est subiecta restitutioni, id ꝙ allegat *d. l. 2.* de donatione facta, vni post aliũ, & *l. 3.* adducit in simili, sicut datur vtilis ex stipulatu, & sic non est sibi contrarius,
13 q̃stio est ẽt in *cap. volentes*, an sit permissa alienatio; si ergo prohibetur ab homine, non habet assistentiam legis, quod *Bald. in d. §. hoc quoq;* dicit esse incompatibile.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM REPETITIONIS IN CAP. IMPERIALEM,

De Prohib. Feud. Alienat. per Federic.

DE feudi etbymologia eiusq; natura.
In Rub. text. Cap. 1. 2

De feudi alienatione, quando ex illa, nec amissio seruitij, nec imperij nascitur diminutio.
In text. vnde debita seruitia amittebant, & honor diminuebatur. Cap. 2. 10

De conditore huius legis *Imperialem.*
Isern. in prine. de probib. feud. alienat. per Federic. vsq; ad vers. non potest ergo pignori ponere. Cap. 3. 17

De pignoratione feudi, & eius prohibitione.
Isern. nu. 2. vers. non potest ergo, vsquè ad vers. nec in emphyteusim. Cap. 4. 23

De pignoratione Domini directi à Domino directo facta irrequisito vassallo.
Isern. n. 4. vers. sed si vassallus, vsquè ad vers. debet ergo Dominus consentire. Cap. 5. 18

De subfeudatione an sit permissa.
Isern. in S. praterea, n. 7. de cap. Corradi. Cap. 6. 32

De emphyteusi in feudo, an sit concessa?
Isern. versic. nec in emphyteusim perpetuam dabit, vsq; ad vers. sed fructus. Cap. 7. 37

De vsufructu in feudo, an possit constitui?
Isern. n. 2. vers. nec in emphyteusim, vsq; ad n. 3. vers. sed fructus. Cap. 8. 41

De diuisione fructuum feudi, quando feudum aperitur Domino.
Iser. n. 3. vers. sed fructus, vsq; ad versic. nec in dotem dabit. Cap. 9. 46

De venditione fructuum feudi.
Iser. n. 3. vers. sed fructus posset vendere. Cap. 10. 51

De feudi augmento, & quando spectet ad Dominum?
Isern. in S. è contrario, de inuest. dere alienan. num. 9. vsq. ad vers. idcirco. Cap. 11. 56

De feudi in dotem datione prohibita.
Glos. 2. verb. alienare, in vers. sed nonne vassallus. Cap. 12. 63

De feudi in dotem datione permissa patri, si aliud non habeat.
Isern. nu. 3. in fin. vers. item hoc vltimum de dando in dotem. Cap. 13. 69

De feudi in dotem datione per mulierem.
Isern. in S. donare, in additione; n. 5. vers. Imperator Federicus. Cap. 14. 74

De intellectu Constit. Regn. *Fratribus;* & cap. Regn. *Item statuimus.*
Iser. in cap. Imperialem, in 1. addit. vers. in Regno Sicilie, vsq; ad finem addit. vbi est lit. F. Cap. 15. 79

De Vicarij potestate in assentiendo feudorum distractionibus.
Iser. in cap. Imperialem, n. 13. vers. multo fortius, si Vicarius in dictis casibus. Cap. 16. 86

De diuersimoda significatione huius nominis Vicarius.
Isern. num. 12. versic. sed an Vicarius. Cap. 17. 95

De Vicarij potestate circa assensum in feudorum distractionibus, si sit generaliter à Rege constitutus.
Isern. n. 13. circa principium, vers. multo fortius, vsquè ad vers. quid si dedit. Cap. 18. 102

De Vicarij potestate circa assensum in

Digitized by Google

INDEX.

feudi alienatione, si sit prohibitus, ne alienet.

Iſern. eodem n. 13. verſ. quid ſi dedit, vſq; ad verſ. item ſecus. Cap. 19. 106

De Vicarij poteſtate circa aſſenſum alienationis feudorum, quando ex alienatione Domini directi melioratur conditio.

Iſern. eodem n. 13. verſ. item ſecus, vſque ad verſ. multo fortius. Cap. 20. 112

De aſſenſu Domini in feudi diſtractiones, debeat ne præcedere, an ſubſequi?

Iſern. n. 14. vſq. ad n. 15. Cap. 21. 116

De temporibus circa prohibitam feudi alienationem à Camerario conſideratis. Cap. 22. 120

De feudi alienatione, ſiue obligatione in totum, vel in partem.

Iſer. verſ. vt nullus feudum habens, vſq; ad verſ. non poteſt ergo. Cap. 23. 123

De prohibitione legis, & hominis. Cap. 24. 126

De differentia inter aſſenſum legis, & aſſenſum hominis. Cap. 25. 128

De impedimentis circa tranſlationem dominij tam à prohibitione legis, q̃ à prohibitione hominis. Cap. 26. 131

FINIS.



REPE-

Digitized by Google

IN REPETITIONEM FEVDALEM

RERVM, AC VERBORVM.

LOCVPLETISSIMVS INDEX

ALPHABETICA SERIE DISPOSITVS.

Prior nota denotat numerum marginalem, altera verò paginas.

A

Acceptum ex transactione, an sit dicendum feudum? n.7. 34

Actus à pupillo gestus, an valeat si tutoris authoritas, vel praecedat, vel subsequatur? numer.9. 117

Actus vbi impeditur absq; alicuius consensu, eo secuuto, confirmatur actus. n.4. 116

Actus prohibitus à lege sub pœna si fiat validus est? n.20. 114

Actio qua repetitur, quod doti additum est quænam sit? n.14. 59

Actio reuocans feudum, seruitio non præstito, quænam sit? n.20. 21

Actus prohibitus semper committitur, si eius melioretur conditio, in cuius fauorem actus est prohibitus? n.16. 114

Additio ad Constitut. Federic. *vt sit viciosa, & propterea difficilis. n.14.* 35

Adnotantur iura, prohibentia feudi alienationem, non impetrato assensu. n.20. fol. 118

Affecti sensus in l. arboribus, ff. de vsuf. *n.17.* 49

Agnatus qui non consensit alienationi, vel natus est post alienationem, an feudum recuperare possit? n.21. 5

Agnatus, an possit vindicare feudum venditum sine assensu: quidue si prohibitio alienationis feudi procedat ex solo pacto? n.6. 132

Alienabile ne sit feudum ex pacto, si sit nouum, vel sit ex pacto respectu filij? n.27. 7

Alienabile est feudum hæreditarium Domino cõsentiente, etiam si sit acceptum pro hæredibus sanguinis. n.26. 6

Alienabile perpetuo sit feudum, si eius natura mutetur. n.23. 6

Alienare prohibitus, an prohibeatur de fructibus disponere? nu.16. 49

Alienans partem feudi, an amittat illam partem, an totum feudum? n.1. 123

Alienari an possit proprietas inuito vassallo à Domino qui rem in feudum concessit? n.11. 34

Aliena in re an quis possit aliquid attestare sine voluntate Domini? n.14. 25

Alienandi prohibitio sit ne odiosa, ac pœnalis, an vero fauorabilis? n.14. 25

Alienando quis rem, non potest alio modo eam alienare, quam eo, quo ipse habet. n.6. 129

Alienans rem litigiosam punitur, non tamen si alienet causa dotis. n.4. 63

Alienare, & alienanti consentire, an sint idem? n.34. 92

Alienare quid significet. n.4. 3

Alienare in parte feudum, an liceat? numer.15. 25

Alienare prohibitus vassallus an valeat subfeudare? n.1. 32

Alienari non potest feudum à Domino sine voluntate vassalli per legem Conradi. n.13. 31

Alienari prohibita res, prohibetur etiam infeudari. n.31. 7

Alienari quo pacto possit feudum sine

Digitized by Google

INDEX.

Domini assensu in augmentum ipsius feudi.n.8. 11

Alienare prohibitus extra familiam sub pœna, ex necessitate potest alienare sine pœna.n.28. 91

Alienari quo pacto possit feudum inrequisito Domino, & inrequisitis agnatis si eius natura mutetur.n.24. 6

Alienari, vt possit feudum si eius conditio melioretur.n.16. 13

Alienatio facta à feudatario, an teneat si cadat in feudi vtilitatem.n.26 16

Alienatio facta à Prælato in vtilitatem Ecclesiæ tenet; quamuis ille sine Summi Pontificis assensu alienare non possit.n.26. 16

Alienatio feudi si fieret in proximè successurum esset valida, ac diceretur anticipata successio.n.28. 7

Alienatio feudi cũ assensu Domini agnatis non præjudicat si sit ex pacto.n.16. fol. 4

Alienatio feudi prohibita est ab ipsa feudi natura, sed à consuetudine est introducta.n.17. 5

Alienatio feudi, an sit prohibita respectu publicæ vtilitatis? n.22. 1

Alienatio feudi, vt permittatur, si ex ea neque amittitur seruitium, neque imperium minuitur.n.1. 10

Alienatio feudi qua ratione prohibeatur.n.10. 34

Alienatio aliquorum vassallorum Castri, an reuocetur, si reuocetur ipsius Castri alienatio?n.4. 129

Alienatio feudi facta colore quæsito damnatur.n.10. 19

Alienatio feudi si fieret, an sit certiorandus Dominus, non solum ratione damni, sed etiam ratione contemptus. num.5. fol. 11

Alienatio feudi quare prohibeatur, respectu agnatorum. n.21. 5

Alienatione prohibita, prohibita quoque est perpetua emphyteusis,n.8. 38

Alienationis verbum de sui proprietate dominij translationem importat. n.13. fol. 25

Alienationis nulla species præiudicat agnatis circa suũ interesse.n.18. 40

Alienatio ob necessitatem fit de iure prohibitione non obstante.n.17. 72

Alienatio quo pacto accipienda sit strictè nè, an largè quando res prohibita est alienari.n.14. 31

Alienatio si prohibeatur ab homine assistentiam legis non habet.n.13. 132

Alienatione rerum prohibita, prohibetur etiam iurium alienatio.n.19. 44

Alienationis prohibitio fieri potest, tùm à lege, tùm ab homine.n.30. 7

Alienatione prohibita, vt prohibeatur pignoratio.n.1. 42

Alienatio quando possit fieri in fraudem augmentum.n.14. 21

Alienatio feudi prohibita est ob honorem publicæ vtilitatis & [illegible] rorum interesse.n.19. 5

Alleuio, siue latens, siue patens, intrinseca, siue extrinseca semper plenam dat acquisitionem.n.12. 58

Allodialis res infra confines feudi existens, an possit concedi in feudi augmentum, siue addi feudo? n.14. 39

Allodialis res non efficitur feudalis, vel emphyteutica per solam recognitionem. n.23. 61

Allodio locato quomodo vassalli hæres habebit ratam fructuum.n.16. 54

Allodium an possit dari in feudum à Barone, nec rustico, nec burgense, nec de comprehensis in 1. rub. fol. 53. nu. 8. & f. 58.n.10. & an ab eodem possit sibimet infeudari res propria allodialis? ibid.

Alluuionis incrementum si cedat Domino, an Dominus debeat habere viam ad illud incrementum? Et quid si expressè protestetur de incremento? & an hoc procedat fauore religionis? n.3. fol. 126

An possit fieri transactio de alimentis sine Prætore, si alimentarij melioretur conditio?n.15. 114

Antephatum an possit à viris constitui vxoribus in feudo? n.11. 129

A Prin-

INDEX.

A Principe, ut impetrari possit, ut quis emancipetur à parente inuito? num. 8. fol. 117

Aperiens partem testamenti edicto tenetur, ac si totum testamentum aperuisset. n. 14. 125

Argumentum à sensu contrario quando valeat. n. 4. 33

Augmentum si separari non potest à feudo, prout est seruitus prædialis, illi acquiritur cui feudum aperitur. num. 2. fol. 56

Augmentum si fiat per alluuionem feudo connectitur. fol. 57. nu. 6. & augmento quod peruenit facto vassalli? ibi. Et quid de re corporali, vel incorporali? ibidem.

Augmentum factum feudo, an sit Domini, si ipsi aperiatur feudum. n. 1. 56

Assentire an sit donare, & an in generali commissione comprehendatur donatio? n. 1. 102

Assensus in feudi alienatione potest præcedere, & subsequi, & qua ratione? n. 5. fol. 117 & n. 17. 118

Assensus Regis an possit dari mortuo viro. n. 7. 97

Assensus Domini ad vendendum durat in vita alienantis n. 7. 126

Assensus Domini in feudi alienatione tollit solum obstaculum voluntatis, non ceteras causas prohibitionis. num. 34. fol. 8

Assensus si subsequatur an debeat fieri de nouo feudi venditio? n. 13. 117

Assensus Domini quid aperetur in feudi alienatione respectu emptoris. nu. 25. fol. 99

Assensus in feudi alienatione an debeat subsequi, vel præcedere, & quid si agatur de alterius præiudicio? n. 1. fol. 116. n. 5. fol. 117. n. 17. 118

Assensus, si detur post reuocationem an prosit. n. 15. f. 118. Alienatio facta sine assensu, an validetur per assensum datum ad alienationem faciendam? ibid.

Assensus datus pro alienatione facta, an validet alienationem faciendam, & quid in Regno. n. 14. 118

Assensus, & confirmatio potest præcedere, & subsequi si de solius consentientis præiudicio agatur. n. 9. 117

Assensus hominis, & legis aquiparantur. n. 33. 68

Assensus hominis an sit potentior, quam legis assensus. n. 1. 128

Assensus hominis in feudi alienatione ad quid proficiat, & quid operetur? n. 19. fol. 130

Assensus legis in feudi alienatione quid operetur? n. 8. 129

Assensus subsequi non potest si de tertij præiudicio agatur, & an sententia inter alios acta tertio præiudicet? nu. 7. fol. 117

Testamentum præteritione liberorum irritatur respectu institutionis hæredis, non legatorum.n.12. 124
Testator an possit prohibere alienationem rei suæ, etiã ex causa dotis.n.34. f.68
Testator si in specie prohibeat alienationem rerum suarum in causa dotis, cessat dispositio, auth.res quæ, C.com. deleg.n.12. 88
Text.in l.arboribus, §.vsufructuar. ff.de vsufr.*explicatur.n.13.f.43.& n.18. fol.* 44
Tex.in l.arboribus, §.1.ff.de vsuf.*explicatur.n.2.* 37
Tex.in l.qui fundum, §.1.ff.de vsuc.pro empt.*declaratur.n.15.& 18.* 59
Text.in l.si vsusfructus, ff.de iure dotiũ. *explicatur.n.16.* 44
Text.in l.fin. C.de iur.emphyt. *explicatur.n.7.* 24
Text.in l.Procurator, ff.de procurat.cũ l.solutum, §.fin.& l.seq. ff.eod.tit. *explicantur.n.8.* 24
Tex.in cap.quia de religiosis domibus. *explicatur.n.18.* 59
Text.in l.3.C.de natur.liber.in fin. *explitatur.n.1.f.63.& n.12.* 64
Text.in l.pater, ff.de leg.3. *explicatur. n.1.* 51
Tex.in cap.quia, de priuilegijs.*num.17. fol.* 59
Tex.in l.qui fundum, §.1.ff.pro emptore.*explicatur.n.18.* 59
Text.in l.lex vectigali, ff.de pignor. & cap. nuper, de donat. inter vir. &c. *explicatur.n.9.* 129
Text.in l.quod nostrum, ff.de vsuf.& l. non est nouum, ff.de acquir.rer.dom. *explicantur.n.14.15.16.* 130
Tex.in l.vulgaris, ff.de furt.*declaratur. n.10.* 124
Text.in cap.2.tit.apud quem, vel quos contr.feud.defin.*explicatur. num.6. fol.* 120
Text.in cap.1.tit.quid iuris fit.*explicatur.n.7.* 121
Text. in l.rescriptum, & l.hæres qui, ff. de his quæ pro non script. habent. *declaratur.n.9.* 124
Tex.in l.fin.ff.com.prę̃d.*explicatur.n.3. fol.* 116
Tex.in l.3.§.Senatusconsul.ff.de incẽd. ruin.&c.*declaratur.n.12.* 124

Text.

Digitized by Google

Tex.in c.planitie *declaratur.n.*30. 92
Tit.quæ sit prima causa,&c.& quid iuris sit,&c.*cum* glos.*explicantur.n.*10. *fol.* 121
*Traditio si retractetur in continenti non potest puniri. n.*14. 4
*Traditio dominium non transfert stante legis prohibitione. n.*15. 4
*Transferre ad alios an possimus,quod nostrum non est?n.*14. 130
*Transigere an possit pupillus transferendo rem suam in alium?n.*28. 16
*Transigere an possit vassallus de feudo, n.*7. 34
*Tria necessaria dicũtur ad omnem actũ. n.*20. 60
*Tutor sororem pupilli uterinam non dotabit,sed consanguineam.n.*8. 64
*Tutoris authoritas an interuenire debeat in ipso actu pupilli,vel possit præcedere,vel sequi?n.*2.*f.*116.*n.*9. 117
*Tutor in donatione facienda per pupillũ authoritatem suam præstare non potest.n.*6. 107

V

*VAssallus si decedat ante finitam locationem feudum aperitur Domino, & si feudum hereditarium fuerit, an hæres teneatur stare locationi, ac ratũ habere factum defuncti, & quid si feudum sit ex pacto? n.*15. 54
*Vassallus præstans seruitium diminutũ, an teneatur pœna amissionis totius feudi? n.*15. 125
*Vassallus quamuis possideat feudum dominio utili;illud tamen est etiam Domini ratione dominij directi.n.*4.*f.*57
*Vassallus an possit alienare Domino irrequisito,si in utilitatem Domini alienet?n.*19. 114
*Vassallus an possit locare fructus feudi indefinitè,&c.n.*13. 53
*Vassallus an possit feudum filiæ in dotem dare absq; licentia Domini?n.*1. 63
*Vassallus si decedat ante Kalendas Martij, fructus ad Dominum, non ad emptorem pertinent. n.*4. 51
*Vassallus non potest pignorare, neq; in partem,neq; in totum.n.*8. 54
*Vassallus an possit dare rei burgensaticæ naturam feudi?n.*7.*f.*57.& *n.*9. 58
*Vassallus de feudo an possit transigere? n.*7. 34
*Vassallus, & emphyteuta alienant propriatura,non Domini. n.*12. 4
*Vassallus prohibitus alienare an valeat subfeudare? n.*1. 32
*Vassalli hæres quomodo habebit ratam fructuum in allodio locato?n.*16. 54
*Vassalli facto augmẽtum feudo additum an ipsi feudo connectatur?n.*6. 57
*Vassallo inuito an possit alienari proprietas à Domino,qui rem in feudum concessit?n.*11. 34
*Vassallo non præstante seruitium an Dominus possit vindicare feudũ? quidue si in concessione apponatur ne feudum alienetur personæ speciali, Dominus cõtra tertium habeat vindicationem? n.*7. 132
*Vassallum hodie posse subfeudare probatur.n.*3. 33
*Vendi non potest militia, sed tamẽ potest pignorari.nu.*10. 24
*Venditor feudi si careat successore, an Prorex poterit venditioni suum præstare assensum.n.*13.*f.*103.*In* fendi distractione requiritur, vt cætera sint paria.*ibid.Et an desperatus prole,dum est prohibitus alienare, prohibeatur in feudum dare?ibid.*
*Venditio fructuum feudi,& locatio feudi non differunt, nisi respectu pensionis soluendæ. n.*11. 47
*Venditio feudi quando teneat, quando nõ teneat?n.*24. 22
*Verba aliquid debent operari.n.*8. 34
*Verba,ne sint frustatoria,quando debeãt aliquid operari?n.*16. 109
Verba semper debent aliquid operari. n. 12.& 16. 109
Verbum (de fructibus) *delendum à prouisione Federici.n.*9. 75
*Verbum alienare declaratur.n.*4. 3
Verbum prohibitæ alienationis quænam com-

Digitized by Google

comprehendatẽn.5. 3
Vicarius Regis alienare prohibitus an possit alienationi pro dote assentirin.24. 91
Vicarius Regis alienationi pro dote assentiri potest durante vita feudatarij. n.29. 92
Vicarius an possit confirmare inuestituram filio, vel agnato petenti inuestituræ renouationem? n.30. 100
Vicarius an possit renouare inuestituã, quando ius est quæsitum Domino ob culpam primi vassalli, adeo vt per renouationem inuestituræ deberet illud ius remittiẽn.31. 100
Vicarius an consentire prohibeatur alienationi, etiam si sit prohibitus alienare, quando ex alienatione domini melioratur conditioẽn.1. 111
Vicarius quando consentire poterit sine aliquo dubio.n.5. 112
Vicarius an possit consentire alienationi in augmentum feudiẽnu.8. fol.112.& n.10. 113
Vicarius alienare prohibitus an consentire prohibeaturẽn.1. 111
Vicarius, quamuis prohibeatur alienare; potest tamen assentiri pro augmento feudi,& multo fortius p dote.n.5. 87
Vicarius an teneatur Domino, si potens Domini meliorare conditionem, eam non melioraverit, sicut in tutore iure cautum estẽn.17. 114
Vicarius Episcopi an habeat ordinariam iurisdictionemẽ n.3. 96
Vicarius ab Ordinario in quo differat. n.2. 96
Vicarius alienationi feudorum consentire potest in casibus, quibus Dominus tenetur suum impertiri assensum. numer.33. 100
Vicarius respectu Principis dicitur Locumtenens,& Vicemgerens.n.5. 96
Vicarius iure ciuili diuersimode accipitur; iure vero Canonico dupliciter.nu. 2.ac 3. 96
Vicarius Papæ quis sitẽn.4. 96
Vicarius habens speciale mandatum ad assentiendum, potest assentiri alienationi: secus verò si ad negotia solum sit constitutus.n.8. 96
Vicarius limitatam habens potestatem an possit assentiri in alienatione feudi pro doteẽn.3. 86
Vicarius creatus cum libera,&c. etiam cum expressione nonnullorum in dotis fauorem posset assentiri, vt causa dotis feudum alienetur.n.3. 86
Vicarius tenetur facere vtilitatem Reip. n.18. 114
Vicarius assentiri prohibetur ex prohibitione iuris, etiam si Dominus non prohibuerit.n.2. 106
Vicarij potestas an censeatur ampliata fauore dotis ex præsumpta Domini voluntateẽn.41. 94
Vicarius generalis etiam prohibitus alienare, alienationi poterit consentire. n.10. 108
Vicarius si sit creatus cum libera,&c. sed sint expressa quædam personalia, an videatur restricta eius potestas ad expressa tantumẽn.2. 86
Vicarius perpetuus Imperij in Italia est Dux Sabaudiæ.n.6. 96
Vicarius si sit simpliciter, vel ad omnia an possit assentiri alienationi feudi pro doteẽn.9. 96
Vicarius prohibitus alienare an prohibeatur alienationi consentireẽn.1.106
Vicarius potest inuestituram confirmare in forma communi.n.32. 100
Vicarij nomen diuersimodum ac diuersa in specie plura significat.n.1. 95
Vnio Ecclesiarũ quibus modis fiatẽ n.19. fol. 60
Vnus quando puniatur pro alioẽn.8. 124
Voluntas Domini eius vtilitate maioris ponderis æstimatur.n.25. 16
Vsufructuarius vsufructum alienans sine consensu proprietarij an transferat dominium, & an hoc militet, etiam in feudoẽn.10. 132
Vsusfructus alienari potest de voluntate proprietarij, vt nouus constituatur. n.16. 44

FINIS.

Digitized by Google

ALLEGATIONVM
D. IO. ANDREÆ GEORGII REGII CONSILIARII

Liber Posthumus.

CVM DECISIONIBVS notatis in calce earundem.

AC ADDITIONIBVS OCTAVII BILOCTAE I.C. Clarissimi, Auctoris ex Filia nepotis.

SVMMARIVM.

1 *Masculos fœminis præferri omnes desiderant.*
2 *Declaratio facta in alicuius beneficium censetur revocata per actum contrarium subsequentem.*
3 *Recessisse dicitur quis à dispositione, quam proposuit, & non explicauit dum potuit.*
4 *Verba futura non inducunt dispositionem.*
5 *Verborum proprietas debet attendi in dispositionibus.*
6 *Traditio rei facit cessare aliam dispositionem, de ea factam.*
7 *Voluntas illa dicitur vera, & attendēda, quæ irrevocabili facto est adimpleta.*
8 *Successorem gravare nemo præsumitur.*
9 *Pontifex omnia cum causa facere præsumitur.*
10 *Dispositio declarata, sed non stipulata, an & quando attendatur, & nu.* 11. & 15.
12 *Ius alteri quæsitum tolli non potest, & si id fecerit Princeps absq; damni refectione mortaliter peccat.*
13 *Donatio sine scriptura absenti facta*

Digitized by Google

non valet, & quomodo possit validari nu. 18.
14 *Gratia Pontificis requirit scripturam.*
16 *Pontifex non tenetur obseruare stylum, & solemnitates iuris positiui.*
17 *Error facti nemini nocet.*
19 *De voluntate non est disputandum, quando eam habemus in contractu expressam.*
20 *Donatio quando dicatur tacitè acceptata.*
21 *Donatio an censeatur facta, iuxta dispositionem iuris, vel statuti.*

ARGVMENTVM.

De voluntate donandi non adimpleta dum id fieri potuit, & ex quibus censeatur reuocata.

Pro Excellentissimo Domino Don Alexandro Medices Nepote Leonis XI. Pont. Max.

ALLEGATIO I.



Voquo modo præsens hæc terminanda est cõtrouersia Excellentissimo Dom. Alexãdro haud obscurè æquitatem, & iuris rigorem patrocinari demonstrabitur. Parentes enim etsi pro liberis omnibus laborant, masculinam magis, quam fœmininam naturali quodam instinctu diligunt prolem, cùm familia perpetuare, ac honoribus, & diuitijs extollere cupiunt. Ex quibus à maiorum, populorumq; ferè omnium legibus à parentum successione mulieres ipsas fuisse excluſas, nemo est, qui nesciat, & pro bonis in familia conseruandis, inuenta sunt fideicommissa, & alienationis bonorum prohibitiones, & singulatim ferè omnes, siuè parentes, siuè fratres, dùm filias, vel sorores nuptui tradunt, ipsas futuris successionibus renunciare cogunt; ex quo magis agnatos, quam cognatos diligunt, *l. generaliter, §. cum autem, C. de instit. & substit. l. cum auus, de condit. & demonstrat. l. cum alienam, C. ad legem*, & Doctores omnes, qui pro seruandis in familia bonis, varias & diuersas inuenerunt cautelas.

Proindè piè, Santissimus ipse Pontifex Leo XI. parentum votum, voluntatemq; sequutus bona omnia generaliter, & specialiter bona stabilia sita in Ciuit. & Territorio Florẽtiæ D. Alexandro eius ex fratre nepoti, cui de iure post mortem, spectabant irreuocabiliter inter viuos, omnes, & quascumque aliàs dispositiones inritatus motu proprio, & absoluta potestate donauit, ipsorumque bonorum omnium dominium, possessionemque tradidit: Quæ quidem dispositio vti sancta, ac iusta à Beatissimo D. N. S. Pontifice Paulo V. iuxta eius seriem, & tenorem confirmata reperitur.

In qua quidem præmissa donatione, viridarium, & domum ex expressa ante Pontificis voluntate in dicta Ciuitate Florentiæ sita, in prædicta donatione pro parte Excellẽtiss. D. Constantiæ Medices minimè contineri prętenditur. Quam quidem voluntatem, & non verba in prędata donatione expressa attendendam esse iuris dispositione non parum ex ipsius parte laboratum est, demonstrari; Et si verum, verissimumq; est dicere, in dispositionibus voluntatem, & non verba esse at-

Digitized by Google

attendendam hanc pro se pars ex aduerso nec in facto, nec iuris dispositione voluntatem habere demonstrat.

Duabus namque Papæ oretenus factis declarationibus pars ipsa ex aduerso iura sua tuetur, antè præfatam donationem duo testes, vni ipsorum scilicet Domino Ioanni Antonio Fucciolo Pontificis Consultę Secretario deponunt, Pontificem ipsum dixisse, velle facere donationem omnium suorum bonorum prefato Domino Alexãdro eius nepoti, prętер iardenum cum domo, quę volebat donare Excellentissimæ Dominę Constantiæ, deponit hoc idem *D.* Ioan. Antonius in eius depositione 21. interrog. *Prater del logiardino, & casa de Firenza, quale voleua donare alla Signora Costanza sua sorella, & disse à me testimonio, che per maggior chiarezza della sua volũtà l'haueria posta in carta questa sua volontà, come era solito de fare, quando voleua fare qualche instromento, e me l'haueria mandato, acciò la reduceſſe in bona forma per stipularla, il quale foglio non essendomi mandato, perciò non fù fatto altro per all'hora, nè mi fù detto più niente dall'stesso Papa, ancora che occorresse più volte parlare d'altri negotij.* In hac declaratione, vt ponitur, interuenit etiam Petrus Iacobus Cima dicti Pontificis Cubicularius; Postquam declarationẽ, vt supra factam, Papa præfatam donationem omnium suorum bonorũ generaliter, & specialiter stabilia existentia in Ciuitate, & Territorio Florentiæ inreuocabiliter inter viuos donauit dicto Dom. Alexandro, reuocando omnes alias dispositiones factas, ei dictorum bonorum, dominium, & corporalem possessionẽ nulla prorsus mentionem de reseruatione dictorum iardeni, & domus faciens, tradidit, vt testatur Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Arigonus, qui in donatione prædicta tanquam Datarius interuenit, vt in eius depositione in 19. interrogat. in principio dicti interrogat.

Ex quibus clarè colligitur, q̃ voluntas expressa, irreuocabilis, & firma ipsius Pontificis in donatione prædicta continetur, & quod illa verbalis in fauorem dictæ Comitissæ declaratio siuè voluntas euanuit.

Voluntas .n. est potẽtia animi mutabilis, vertibilis, & incerta, quæ ad aliquid faciendum dirigitur, & dum est in fieri, vt plurimum mutatur, & id etiam iusto ac sapienti contingit, iustus septies in die cadit, & sapientis est mutare consilium de bono in melius. Proindè haud dubiè patet, Papam ex contraria dispositione in
2 donatione D. Alexandro facta penituisse, & reuocasse declarationẽ anteà factã in fauorem Dominæ Constantiæ, cum duo proposuit facere; vnum scilicet, donationem D. Alexandro cum illa qualitatate reseruandi iardenum, & domum pro Domina Constantia, fecit donationem & de reseruatione nullam mentionẽ fecit, & sic videtur expressè reiectum illud, quod dixerat de reseruatione, *Bart. in l. Statius Florus in princ. ff. de iure fisci*, quam opinionem communem esse dicit *Curtius Iunior in conſ. suo 193. nu. 14.* & propterea in his non me diffundo.

Et tanto magis hoc procedit in p̃missо casu, quia vnico verbo, Papa poterat hanc si habuisset voluntatẽ
3 in ipsa donatione exprimere, nõ expressit. Ergò ab ea recessit, *l. contractus*, C. *de fid. instrum.* & per *Azonem Placentinum, & Paulum de Castro ibi, & per Salicet. in Auth. sed nouo iure* C. *si cert. pet. l. si minor, de verb. oblig. Andr. de Isern. in pralud. feudor. in 5. & 6. quæst. & in cap. Imperialem, de*

Digitized by Google

prohib.feud.alien. per Feder.Curt. in tract.feudorum in 4.par. 17. quæst. & Socc.in conſ.67. 1.lib.

Per illam enim declarationem nulla reperitur facta diſpoſitio, verba prædictę depoſitionis hoc dicunt, *che voleua fare donatione alla Signora D. Coſtanza dello giardino, & caſa*, inter vellę facere, & factum, adeſt
4 magna differentia, futura verba non inducunt diſpoſitiones, *l. Titia cum Teſtam. de legatis 2. Bart. in l. ex hac ſcriptura n.3.ff.de donat.Gloſ.& idem Bart.in l.1.ff. de inſtit. & demonſtrat. Bald.in l.penult. ff.de condit. inſtitut. & refert Fritia,& eum ſequitur in ſuo tractatu de ſubfeu.10.q. fol.mihi 136. nu. 6.* qui loquitur de Regis aſſenſu dicit, hanc voluntatem eſſe abortiuã quia ſi non ſequitur factum euaneſcit, & tanto magis declaratur iſtud, dum in illa depoſitione dicitur, *& che haueria poſta in carta queſta ſua voluntà, come era ſolito de fare quando voleua fare qualche inſtrumento,& me l' haueria mandata che la reduceſſe in bona forma per ſtipularla, il quale foglio non eſſendomi mãdato, perciò nõ fù fatto altro per all'hora, nè mi fù detto più niente dall'iſteſſo Papa, anzorche occorreſſe parlarli più volte de altri negotij*, Quid clarius, & apertius videri poteſt, dum de prædictis nihil prorſus fecit, non miſit ſolium, nec fecit ſcripturã, nec fecit ipſam donationẽ, prout dixerat velle facere, ſed è contra cum effectu declarauit totum cõtrarium in donatione facta
5 ipſi D. Alexandro. Sumus igitur in claris, in quibus coniecturis opus nõ eſt, nec à proprietate verborum, & diſpoſitione à Pontifice in donatione prædicta facta rècedendum eſt, *l.continuus, §.cum ita ff.de verb.oblig. l.non aliter de legat.3.Bal. in proemio feudorum col. 8.*

Et dum motu proprio, & abſoluta poteſtate dictorum Iardeni, & domus, Dominium, & poſſeſſionem D. Alexandro tradidit, omnis alia re-
6 ſoluta reperitur diſpoſitio, *l. rem legatam, de adimendis legatis, Bar.conſ. 27.in 2.dubio, Alex. in l.ſeruum filij §. 1. ff.de legat. 1. & idem conſ.31. vlt. col.in 2. vol. Bal.in l.filia in 4.quæſt.C. de legat. & decidit hoc expreſsè tex. in l.Diui ff.de adim.legat.*

Voluntas igitur cum ad quid faciẽdum dirigitur ſequuto facto perfecta dicitur voluntas, & ſic vera voluntas ex facto ipſo, & non ex verbis colligitur, verbis dixit Pontifex velle facere donationem D. Conſtantiæ Iardeni, & Domus, facto autem illa ſpecialiter D. Alexandro irreuocabiliter inter viuos donauit, & ipſorum poſſeſſionem, & Dominium
7 tradidit, hæc eſt voluntas, & clara voluntas, & actendenda voluntas, quæ inreuocabile facto eſt adimpleta, *l.reprehendenda ff. de inſtit. & ſubſtit.§. cernes, inſtit. de rerum diuiſ. cum ſimilibus.*

Mutatur ſæpè ſæpius ex ſuperueniẽti cauſa voluntas, q̃ in caſu de quo agitur intueri poteſt, conſtituerat enim Papa ipſe cùm ſe bene habebat velle donare Iardenum cum domo D. Conſtantiæ ſuæ ſorori, Egrotatus autem nè mori contingeret, prout accidit, ſtatim mutato cõſilio omnia eius bona ipſi nepoti ex fratre, cui de iure ſpectabant inreuocabiliter donauit, ex quo ſi vixiſſet & iardenum, & domum effectualiter D. Conſtantiæ donaſſet, maiora ſatis pro donatis bonis retribuere nepoti potuiſſet, quod moriens, minimè facere valuiſſet, & hæc fuit vera eius mutatæ voluntatis, cauſa, colligitur hoc ex teſtium depoſitione, qui aſſerunt, quod ægrotatus Pontifex, nulla prorſus D. Cõſtantiæ mẽtione facta, omnia bona donauit D. Alexandro, deponit hoc Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Cardi-

na-

Digitized by Google

nalis Arigonus in 19. interrogatorio in princip. eiusdem interrogatorij, &
8 si clarè hoc demonstratur, id etiam de iure præsumitur noluisse grauare suum successorem, *l. unum ex familia §. si rem ff. de leg. 2.* & est communis Regula, vt dicit *Soccin. Iunior conf. 9. nu. 4. lib. 1.* Et tantò magis hoc pro-
9 cedit in Pontifice, qui omnia cum causa facere præsumitur, secundum *Cinum in l. fin. C. si contra ius vel vti. lit. public. & in l. Rescripta in 3. & 4. q. C. de precib. Imper. offer. & Abbas in cap. quantò in 5. col. vers. si tamen Papa, in tit. de iur. iuran. & in cap. in cunsis in 2. not. de re iud. & in cap. cum veniret in 5. col. de iudicijs*, & hæc est communis opinio.

Et si diceretur post præfatam Leonis declarationem, ac post donationem, iterum Pont. ipsum declarasse, suæ intentionis esse non cõprehendere in donatione facta Iardenum, & domum, sed velle ipsa donare eius sorori, & quod deberet de hoc fieri scriptura, vt idem Dom. Cardinalis deponit in eius depositione in eodem 19. interrogatorio; dicitur quod ex eadem secunda declaratione declaratur causa prædicta, & sic voluntas ipsius Pontificis, quia dixit velle facere donationem ipsam dictæ D. Constantiæ dictorum bonorum, & remisit se scripturæ cõficiendę; vt deponit D. Cardinalis, & idem Fucciolus in eius interrogatorio 21. quod debet intelligi, quod si Papa conualuisset vtiq; donationem prædictam fecisset, verum tendens ad mortem non obstante minuta donationis prædictæ faciendæ, & Notario, qui pluries accessit pro ea stipulanda, noluit donationem ipsam facere, & tantò magis, quando fuit pergrauatus infirmitate, si voluisset, potuisset eam facere, vt deponit Fucciolus in dicto interrogatorio vigesimoprimo in fine ipsius; Et propterea ex defectu voluntatis declaratio illa nihil operatur in beneficium dictæ D. Constantię, cum non fuerit sequutus ef-
10 fectus donationis prædictæ faciendæ, decidit hoc in fortioribus terminis *Oldrad. in conf. suo 119.* quem sequitur *Iason*, & dicit esse cõem opinionem *in conf. suo 155. lib. 4.* quem allegat *Episcopus Loazes in suis alleg. pro Marchione Velez fol. 431. vers. nec præfata*, quos omnes refert, & sequitur *Iulius Clar. in tract. suo de testam. q. 7. vers. aliquando, & 3. testator*, qui loquuntur de dispositione facta coram duobus testibus, & scripta à quodam clerico, & fuit supersessa, dũ expectabatur Notarius pro ea stipulanda, & ante aduentum Notarij disponens mortuus est, & sic ante stipulationem non obstante, quod dispositio ipsa fuisset facta coram duobus testibus, & scripta, & ad pias causas, quę dispositio sine aliqua stipulatione erat firma, & valida, *cap. relatum lo 1. extr. de testam.* Verùm quia habuit disponens ipse relationem adstipulationem, concludunt præfati Doctor. ex defectu voluntatis, dispositionem ipsam fuisse nullam.

Cum ex præfatis præsens controuersia decisa videtur pars ex aduerso in huius opinionis contrarium nonnullos allegat modernos, & dicit contrariam opinionem esse magis communem, quod sibi nihil prodest, ex quo Doctor. quos ipse alle-
11 gat loquuntur in præmisso casu, in quo fuerat declarata, & scripta disponentis voluntas, & dum expectabatur Notarius, disponens mortuus est. In casu autem de quo agitur Pontifex vixit, & pluries, vt deponit Fucciolus accessit Notarius, & noluit præfatam dispositionem facere, ex quo clarissimè declaratur eius voluntas noluisse facere,

cui

Digitized by Google

cui ſtandum eſt,& non verbis antedictis, & in hoc concurrunt, etiam Doctores in contrarium allegat.

Eò magis, quia agebatur de perfecto actu reuocando, quem ſine ſcriptura reuocari, midimè poterat, etiam de poteſtate abſoluta, niſi de facto,cum ex diſpoſitione facta, naturaliter Papa reperiebatur obligatus, & ius alteri quæſitum tollere
12 non poterat, *cap. 1. de probat. & l. Cæſar,ff.de public. & Abb. in cap. qua in Eccleſiarum extra de conſtit. & Felyn.in eodem cap. qua in Eccleſiar. nu.* 62. & Princeps de facto, & abſoluta poteſtate ius quæſitum tollens, niſi refecerit damnum mortaliter peccat, *Felyn. in d. cap.1. qua Eccleſiar. de conſtit.nu.*48. qui allegat *Ang. in l.Antiochienſium ff.de priuil. creditor.* & proindè Papam id minimè facere voluiſſe eſt credendum,& de clariſſima eius voluntate adſunt etiam violentiſſimæ præſumptiones; dixit velle donare in prima declaratione Donnæ Conſtantiæ, & poſtea è contra omnia firmiter ipſi D. Alexandro donauit factaq; donatione præfata altera die dum poterat ſi volebat, proùt declarauit eius voluntatem verbis,debitè exequutioni demandare, aderat Datarius,& Secretarius, qui hoc poterant facere, & ipſe poterat eam ſigoare, & remiſit ſe ad ſcripturam conficiendam pet Notarium, & cum poſſet deindè confecta minuta exiſtenti, etiam Notario per plures dies: quid dicendum eſt, dum non fecit; niſi ſolùm quod noluit, quando verè voluit diſponere, vtiq; ſtatim diſpoſuit ipſi D. Alexandro donando: cum verò de diſpoſitione facienda in perſonàm D. Conſtantię loquutus eſt, nunquã diſpoſitiuis verbis eſt loquutus, ſed ſemper reſpexit futurum de faciendo, quæ verba, proùt ſuprà allegata communi omnium Doctorum opinione diſpoſitione non inducunt.

Sciebat.n. Sũmus ipſè Pontifex, donationem de iure ſinè ſcriptura,&
13 maximè abſenti factam nõ valere, *l.abſenti.ff. de donatio. & Bar. & Doctores in l.ex hac ſcriptura tit. eodem*, & quod Summorum Pontificum, & aliorum Principum gratiæ, & donationes ſine ſcriptura non firmantur, cò maximè quando abſoluta poteſtate diſponunt, *cap. ſi motu proprio*, & ibi *gloſ.de præbendis in 6. l.1.C.de*
14 *mandatis Princ. & deciſione* 5. & 6. *de probat.in antiquis*, & ità in Romana ſeruatur Curia: quando abſoluta vtitur poteſtate, oportet vt per ſcripturas exprimat, vt per *Felyn. in cap. conſtitutus de reſcript. num.* 13. qui *Abbatem, Imol., & Butr.* pro hac opinione allegat, quoniam & ſi ſolutus eſt legibus, legibus tamen viuere decet; Et proindè Pontifex ipſe in his ſemper ſcripturæ conficiẽ-
15 dæ ſe remiſit,& dum non fuit facta, nulla intelligitur facta diſpoſitio, *l. contractus*, C. *de fid. inſtrum.* & hæc eſt opinio *Azonis Placentini, & Pauli de Caſtr.*ibi, quam firmat *Sølycetus in auth. ſed nouo iure, ſi cert. petat.*& ab hac opinione nullus prorſus recedit Doctor, proùt ſupra etiam allegatum reperitur, & per conſequẽs nullam diſpoſitionem in beneficiũ dictæ D. Conſtantiæ fuiſſe factam demonſtratur.

Nec omicto partis aduerſæ poſitioni reſpondere, dum minimè Papam cum nepote contraxiſſe aſſerit, cum ex clauſulis in douatione contentis abſoluta qua fungebatur poteſtate declarauit, diſpoſitionem quam faciebat ſine ſollemnitatibus, ac requiſitis, proùt ſi omnia interueniſſent, voluit eſſe valituram,& pro effectuali ipſius voluntatis exequutione irreuocabiliter dictorum bonorum dominium, poſſeſſionemq;

in

Digitized by Google

in ipſum D. Alexandrum tranſtulit, adeò quod quomodocumq; ſignata donatio ipſa reperitur, actenditur ipſius Pontificis contrahendi volũtas, dum ſic voluit, quoniam Ponti-
16 fex non eſt obligatus ſeruare ſtilũ, ex quo nuda voluntate poteſt ab eo recedere, *dec.* 50. *de reſcrip. in antiq.* cũ ius poſitiuũ tollere, & immutare ad libitum poteſt, *deciſ. vnic. de bigamis, nu.* 4. *in nouis, cum ſuis concordant.* Et proptera dum declarauit, velle contrahere, donando contraxit, & contrahendo ſe naturaliter obligauit, vt non poſſit donationem ipſam reuocare, *cap.* 1. *de probat.* & *per Abbat. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. cum ſuis concordant.*

Quàm Papa donationem Excellentiſſimæ D. Conſtantiæ, nequaquã acere voluit pars ex aduerſo D. Alexandri, ac Petri Iacobi Cimæ, quibusdam prætenſis literis firmare prætendit, quo autem iure haud ſcio. In his enim, quæ facti ſunt attẽditur facti veritas, & in facto maximè alieno vnuſquiſque fallitur, &
17 error facti nemini nocet, *l.* 2. *de iur. & fact. ignor. cum ſuis concord.* eò maximè, quia literæ facto referuntur, cui ſtandum eſt. Imò donatio abſenti facta inualida poteſt per nũtium, iuxta Doctorum placita validari, ſed requiritur ſpecialiter, quod hæc nunciatio a donante fiat, aliàs minimè valet, nec ſufficit, quod aliquis ſuo motu proprio illam dona-
18 tario notificet, *l. nec ambici, C. de donat.* quam opinionem ſequitur *Roman. conſ.* 295. *num.* 1. *& ſeq.* quem refert *Corneus conſ.* 254. *in lit. A. lib.* 3. *& Marſilius in l. ſi quis nè quæſtio, num.* 69. *ff. de quæſtionib.* quam opinionem communem eſſe dicit *Guid. Papa deciſ.* 222. *num.* 2.

Quod ſciuit Petrus Iacobus cum iuramento depoſuit, nec poſſunt operari magis literæ, quàm depoſitiones, & ſi rectè intuetur depoſitio prædicti Cimæ, reſpectu dictarum literarum declaratur clariſſimè, qd Pontifex non fecerat dictam donationem, quam dixerat velle facere, ex quo per hæc verba deponit Cima in ſua depoſitione ſuper is interrogatorio, in fine: *Ordinò à me teſtimonio, che doueſſe mandare à donare à detta ſua ſorella mille ſcuti, la lettica con le ſue mule, acciò ſe ne veniſſe quanto prima à Roma, & tanto io eſeqüì d'ordine di Sua Santità, & nella lettera, che ſcriſſi à detta Signora Conteſſa, con tale occaſione li dicena della gratia, che Sua Santità l'hauea fatta di donarli il giardino di Firenza.* Adeò quod ſi Pontifex volebat donare Iardenum, vtiq; dixiſſet, quod iam donauerat iardenum prædictum, ſicut donauit dictos ducatos mille, lecticam, & mulas, ſed ipſe Cimæ, proùt deponit pro captanda ipſius D. Comitiſſę voluntate ſumpta occaſione præter mentem Pontificis ſeripſit ea, quæ Pontifex ipſe minimè fecerat.

Ex his omnibus, aut recedendũ eſt à voluntate expreſſa, ſcripta, exequuta, & irreuocabili vincolo firmata, ex quo veriſſimè Pontifex ipſe eius ex fratre nepoti ſuum patrimonium liberum, & ſine onere concedere voluit, & hoc expreſsè declarauit cũ Domino Philippo Guicciardino eius à Secretis Theſaurario mandauit, vt debita omnia perſolueret, nè bona ipſa creditoribus obligata remanſiſſẽt, & haud ſine cõſideratione pertranſire etiam debet, quod donatio à Leone facta D. Alexãdro, iuxta eius ſeriem, & tenorem reperiatur à DD. noſtro Paulo V. Summo Pontifice confirmata.

AD.

Digitized by Google

ADDITIO OCTAVI I Bilocatæ.

DE voluntate non esse disputandum, quando eam habemus in
19 contractu expressam, decidit *text. in l. non omnis, ff. si cert. petat.* ideò ad hanc allegationem, quæ versatur circa voluntatem per contractum expressam, & in dubio temerè reuocatam; parum nos extendimus additionem; & quoniam supra agi-
20 tur de donatione tacitè facta per voluntatem donandi, quando donatio dicatur tacitè acceptata videas *Gizzar. decis. 51.* an autem donatio probetur per assertionem donantis, pulchrè *Thes. Iun. quæst. Forens. 9.*
21 & an donatio censeatur in dubio facta, iuxtà dispositionem iuris, vel statuti, pertractat *Doctiss. D. Marchio Torelli Regens Hector Capyc. Latro dec. 3. in 1. dubio.*

SVMMARIVM.

1 *Aes alienum pluribus heredibus quomodo spectet, & n. 2.*
3 *Hæres in feudis tenetur ad onera defuncti pro rata hereditaria.*
4 *Actione personali tenetur hæres nedum creditoribus, sed etiam coheredibus.*
Legatarius actione personali a creditoribus defuncti conueniri nō potest.
5 *Hæres in re certa est loco legatarij.*
6 *Institutionem non importat verbum comune adiectum certæ rei, vel quātitatem, sed particulare legatum, maximè dato heredi vniuersali, & nu. 8.*
7 *Iura, & actiones faciunt tertiam speciem, & non veniunt neq; appellatione mobilium, neq; stabilium.*
9 *Bonorum appellatio significat vniuersalitatem, quod declara procedere in dispositione iuris, secus in dispositione hominis, vt n. 10.*
11 *Legatarius certæ rei, vel certæ partis hæreditatis, non tenetur ad æs alienum defuncti.*
12 *Legatum dicitur restrictum expressione rerum singularium.*
13 *Præambuli decretum interpositum per M.C.V in causa, de qua pendebat lis in S.C. est nullum.*
14 *Præambuli decretum ex quo fit parte non citata, vim rei iudicatæ non habet.*
15 *Relatum est, in referente cum suis qualitatibus.*
16 *Testator non potest facere quin leges locum non habeant.*
17 *Legatum, quando possit ad institutionē extendi.*
18 *Legatum inducitur ex confessione debiti facta per testatorem, licet illa quantitas non debeatur.*

ARGVMENTVM.

Quibus verbis inducatur institutio, & quibus Legatum.

Pro Illustrissima Principissa Scillæ D. Maria Ruffo.

ALLEGATIO II.



RO decisione articuli, an Domina Principissa primogenita hæres in feudalibus, & prælegataria pro tertia certorum bonorum burgensaticorum teneatur contribuere in solutione æris alieni pro rata valoris dictæ tertiæ partis certorum bonorū burgensaticorum, vt Domina Ducissa soror secundogenita hæres in allodialibus inferere volui verba testa-

Digitized by Google

teſtamenti, vt vnuſquiſquè ex Dominis Iudicantibus ſine labore cognoſcere poſſit iuſtitiam conuentę, quæ omninò abſoluenda erit: tàm ex diſpoſitione iuris, quã ex diſpoſitione teſtatoris, cuius verba ſunt ſequentia:

Et perche l'inſtitutione dell' herede è principio, capo, & fundamento principale di qualſiuoglia vltimo nuncupatiuo teſtamento, per queſto eſſo Eccellentiſſimo teſtatore inſtituiſce ſuoi heredi vniuerſali, & particulari alle ſue cariſſime figlie Signora D. Maria Ruffo, nata da eſſo Eccellentiſſimo teſtatore, & dalla quond. Illuſtriſs. Signora Ippolita di Gennaro olim ſua moglie, & Signora Donna Margarita Caterina Ruffo nata da eſſo Eccellentiſſimo teſtatore dalla Illuſtriſſima Signora Donna Iſabella Acquauiua ſua cariſſima, in queſto modo videlicet:

La Signora Donna Maria Ruffo ſuper omnibus bonis feudalibus, & detta Signora D. Margarita Caterina ſopra tutte robbe burgenſatice, etiam ſopra l'annui redditi comprati ſopra le robbe feudali, tanto per eſſo, quanto per il quondam ſcilicet ſuo patre, & beni mobili, tutti nomi de debitori. & attioni qualſiuogliono ad eſſo Eccellentiſſimo Signore Teſtatore ſpettantino quomodocunque, & qualitercunque, & in futurum poteſſero competere, cum pactis tamen & conditionibus infraſcriptis, che caſo che detta D. Maria Ruffo ſua nepote mediante diſpenſatione Sedis Apoſtolica così come è la vera volontà d' eſſo Eccellentiſſimo Teſtatore per perpetuare, & non eſtinguere l'Illuſtriſſima caſa Ruffo, già che per non eſſernoci figli maſcoli legitimi, & naturali del corpo di detto Illuſtriſſimo Teſtatore pigliando eſſa Signora D. Maria altro marito, che di caſa Ruffo veneria ad eſtinguere detta caſa, & per ciò eſſo Signore Teſtatore ne prega, & aſtrenge, & ſotto l'obedienza paterna ordina, & comanda, che detta Signora D. Maria vogli pigliar per marito detto Signor D. Vincenzo, & in tal caſo eſſa Signora D. Maria habbia d' hauere di detti burgenſatici, & & compre predette, mobili laſciati à detta Signora D. Margarita Caterina, la terza parte; mà in caſo che non ſi faceſſe detto matrimonio con detto Signore D. Vincenzo per ogni via, & modo che veneſſe à mancar detti burgenſatici compre, mobili, ſiano integri, & indiminuiti d' eſſa Signora Donna Margarita ſua ſecondagenita, ſenza che eſſa D. Maria ne poſſi hauere coſa alcuna, & perche nella heredità vi ſono alcuni peſi di debiti contratti, & legati, ch' eſſo Eccellentiſſimo teſtatore faceſſe, & altri peſi. Per tanto ordina, & comanda eſſo Signore teſtatore, che detti peſi debiti, & legati ſi deduchino da detta heredità da dette Signore ſue figlie, pro hereditaria portione, etiam ſuper feudalibus; verum ſe li debiti, & peſi fuſſero tanti che aſſorbeſſero all' heredità ſpettante ad eſſa D. Margarita, che vole, che eſſa Signora D. Margarita habbia per ſue doti ducati 60. milia, nelli quali grauò la Signora D. Maria che ce li debbia dare, ita che in ogni euento habbia da hauere dette dote de ducati 60. milia, ſe ben che reſtaſſe parte dell'heredità aſcendente alla ſumma de ducati 60. milia.

Ex quibus verbis, clara reſultat Iuris diſpoſitio, ipſam primogenitam non teneri ad dictam contributionem æris alieni reſpectu dictorum certorum bonorum, nam æs alienum ſpectat ad hæredẽ, vel hæredes, quando eſſent plures pro pluribus partibus, *l. ex facto §. vnde ſcio ff. de hæred. inſtit. l. 1. §. ſi hæres ff. ad Trebell. l. pro hereditarijs C. de hæred. actio.* quia reſpicit totum patrimonium *l. ſi fideicomm. §. tractatum ff. de Iud.* & ſic illa repreſentatio quam faciunt hæredes de perſona defuncti, faciunt etiam re-

Digitized by Google

ſpectiuè ad totum ius defuncti, *l. nihil ff de verb ſign. f.*

A qua ratione deſcendit, quòd licet debita contracta ratione diuerſi patrimonij, in quibus haberet hæredes diuerſos afficerent eos reſpectiuè ad ea, quæ eſſent contracta pro patrimonio, in quo ille hæres eſſet, *l. ſi certarum ff. de milit. teſtam.* prout de peculio eſt ſimile, *l. hinc quæritur ff. de pecul.* quando eſſent diſtincta, & & ſeparata patrimonia, quæ vigore ſtatuti ad diuerſos pertinerent, ſecũdum diſtinctionem *Guliel. de Cun.* ibi quem ſequitur *Alber. ibi, & de ſtat. par. 2. q. 105. & Tiraq. latè de primogen. queſt. 35. num. 27.*

Sed quia in Regno ſunt feuda hæreditaria, illa actio perſonalis qua tenetur hæres reſpicit totum patrimonium, ideò deciſum fuit, hæredem in feudo teneri pro rata hæreditaria feudalium iuxta valorem, *Capyc. deciſ. 198. Frecc. de ſubfeud. Anna alleg. 96. de Franch. deciſ. 1. num. 74.* & propterea ann. introitus venditi ſiuè ſuper burgenſaticis, ſiuè ſuper feudalibus ſpectat ad omnes hæredes ratione perſonalis actionis, idem de *Franch. refert deciſum deciſ. 159.*

Vndè in hac cauſa fuit condemnata eadem Principiſſa ad contribuendum pro rata hæreditaria bonorũ feudalium, in quibus fuit inſtituta hęres, in qua inſtitutione fundatur dicta deciſio.

Propterea legatarius, qui non repreſentat defunctum, non poteſt conueniri à creditoribus actione perſonali, *l. fin. C. de hæred. actio.* reddit rationem *gloſ. ibi quia lex. 12. tabularũ* obligat hęredem, non legatarium, & ne ſua hæres conuenitur à creditoribus, ſed a coherede pro rata ſui crediti, ſi eſſet creditor eiuſdem hæreditatis, *l. 1. C. de hæred. actio.* Reliqua compenſata pro rata, qua creditor eſt hęres, *l. ſi adulta C. eod.* & adeò actio perſonalis hæreditaria afficit hæredem, vt ſit inſeparabilis à perſona ſua, etiam vendita teneatur, *l. 2. C. de hæred. vel actio. vend.*

Cumque hæreditas ſit ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti per ſupradicta quamuis plures pro æquis, vel diſparibus partibus poſſint illam perſonam repreſentare, requiritur, vt fiat inſtitutio vniuerſalis, vel quota vniuerſalitatis, alias inſtitutio in re, vel rebus certis non facit hæredem, ſed legatarium, vel hæredem in rebus certis, qui eſt loco legatarij, *l. quoties C. de hæred. inſtit.* vbi dicit *Bart.* quod eſt legatarius in quantum nõ teneatur ad onera, & eſt hæres in quantum poſſit capere legatum propria authoritate, quod repetit *in l. ex facto 2. ff. de hæred. inſtit.* quò caſu onera ſpectant ad hæredem vniuerſalem, *l. 1. C. de reb. cred. & ſi cer. pet.* & iſtæ ſunt regulæ indubitabiles videamus ſi applicantur ad cauſam.

Et certè ſi inſpiciamus verba, quibus teſtator vtitur in exprimenda diſpoſitione.

Siuè ipſas res de quibus diſpoſuit nunquam intellexit, vt primogenita ſit hæres in dicta tertia parte burgẽſaticorum, ſed prælegataria.

Quo ad verba iam præcedit inſtitutio hæredis in feudalibus, Item præcedit inſtitutio hæredis in burgenſaticis, per verba ampliſſima ſignificantia vniuerſalitatem, deindè ſequitur diſpoſitio tertiæ partis certorum bonorum, in caſu, quod matrimonium contraheret primogenita cum Don Vincentio Ruffo, pro conſeruatione familię.

Verba igitur dictę poſtremæ diſpoſitionis non ſunt directa, ſed communia, (dum dicit (habbia) *Bart. num. 5. Aret. Ripa, nu. 190. Iaſ. nu. 9. & Ganſo. in l. centurio, ff. de*

vulg.

Digitized by Google

vulg. & papill. quos, & alios refert *Craſ. in tract. de ſucceſſ. §. inſtitutio q. 5. num. 12.* quod verbum commune adiectum certæ rei, vel quantitatem, non importat inſtitutionem,
6 ſed relictum particulare, *l. cogi. §. generaliter, ff. ad Trebell.* vbi *Bart. nu. 3. & in d. l. centurio, num. 3. & Rip. 152. Menoch. lib. 3. præſumpt. 20. de præſumption.* late *Peregrin. de fideicomm. art. 24. num. 18. 19. & 92.* Cumque in caſu noſtro teſtator voluit, vt habeat certa bona, videlicet: *La terza parte di detti beni, & compre, & mobili.* Ergo ſequitur, quod voluit excludere vniuerſalitatem, cum non
7 contineat iura & actiones, quæ faciunt tertiam ſpeciem, & non veniũt appellatione ſtabilium, nequè mobilium, not. *in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* & in *l. mouentium. ff. de verb. ſignific. l. quam tuberonis, §. in peculio. ff. de pecul. Bart. in l poſt. ff. de author. tutor.* & pluries relati à *Decio conſ. 236. vol. 1. incip. in caſu propoſito agam.*

Verbum igitur commune (habeat) relatum non ad vniuerſalitatem, ſed ad ſingularitates rerum non importat inſtitutionem, ſed legatũ, maximè dato vniuerſali hærede,
8 proùt in iſto caſu, in quò inſtitutio procedit de burgenſaticis vniuerſaliter, *Bar. in d. l. centurio, num. 36. & 41. & Iaſ. num. 61. Ripa* 104. *Craſ. d. §. inſtit. q. 13. nu. 6.* Immò per ſupradicta etiam ſi eſſet verbum directum, & expreſſum de inſtitutione, quia eſt de certis rebus diceretur, hęres in rebus certis, *d. l. Quoties*, hęc quòad verba quibus diſpoſuit.

Si verò inſpiciamus res, de quibus diſpoſuit, certum eſt diſpoſuiſſe de bonis particularibus, vt ex verbis legati, *di detti beni burgenſatici, compre, & mobili*, & ſic exprimat corpora non iura.

Nec pars ſe fundet appellatione bonorum ſignificari vniuerſalitatem quandam, *l. bonorum appell. 208.*
9 *ff. de verb. ſignific.* neque in alia regula bona dicenda eſſe, deducto ære alieno, *l. ſubſignatum, §. bona. ff. eod.* & ſic fiſcus tenetur creditoribus pro rata bonorum confiſcatorum, *l. 2. C. ad lul. de vi pub. & l. ſi vt proponis, C. de bon. præſcript. & l Princeps, ff. de verbor. ſignif. & l. 1. C. de fideiuſſ.*

Quoniam in diſpoſitione Iuris verbum (bona) indefinitè prolatũ poteſt ſignificare vniuerſalitatem, ſed in diſpoſitione hominis ſignificat
10 corpora, & non vniuerſalitatem, ideò donatarius certè partis bonorum non tenetur ad æs alienũ, *Bart. & Paul. per illum text. in l. ſi quis ſeruum, §. fin. ff. de leg. 2.* quia verbum bonorum nõ tranſeunt iura actiuè, nec paſſiuè, Quæ concluſio facilius in caſu noſtro, in quo facta eſt diſpoſitio tertiæ partis, non bonorum prædefinitè.

11 Sed certorum bonorum burgenſatici, *compre, & mobili*, vndè dicitur legatum certarum rerum, *Bart. in l. fin. ſecundo quæro, ff. de vſufr. leg.* vbi probat, legatarium certè partis certorum bonorum non teneri ad æs alienum, & conſuluit *conſ. 51. incip. bona ventura, Alex. conſ. 45. vol. 1. nu. 8. Dilet. de arte teſt. tit. 3. delib. inſtit. caut. 13.* & latius conſuluit *Dec.* quæſo videatur *conſ. 236. vol. 1. & 387. vol. 2.* & nouiſſimè *Couar.* reſoluit hanc quæſtionem *var. reſol. lib 2. c. 2. nu. 3.* ſupplico videatur doctrina tam clariſſimi viri, qui tollit omnem difficultatem, & *I. Dilect. de arte teſt. tit. de leg. caut. 42.* vbi plenè diſcuſſit articulum, & authoritate tantorum virorum probat legatarium, vel hæredem certorum bonorum, vel certè partis, non tenetur ad onera hæreditaria ex rationibus, & iuribus ſupra relatis, niſi quando, vel ſub legato bonorum in genere nõ adeſ-

Digitized by Google

set alius hæres, & procedunt *l. bonorum, & l. subsignatum, §. bona, ff. de verb. signif.* vel quando legatum bonorum esset factum per verbum vniuersale (omnia bona) nam tunc hæres vniuersalis pateretur totum onus hæreditariũ, & legatariũ totũ commodum, quod non est verisimile sensisse testatorem, hoc declarat *Bart. in d. l. si quis, §. fin ff. de legat. 2. & Dec. d. cons. 236. Couarr. d. lib. 2. num. 4. var. resol.* vbi ad plenum, vbi limitat in vsufructu omnium bonorum, & I. *Dilect. in dicta cautela* 42.

Quod autem legatum per dicta verba sit certarum rerum de genere, & vniuersalitate hæreditatis, apparet ex verbis, in quibus instituit secundogenitam. *Fà herede D. Margarita sopra tutte robbe burgensatice, etiam sopra l' annui redditi comprati sopra le robbe feudali, tanto per esso, quanto per lo quondam suo patre, & beni mobili, tutti nomi di debitori, & actioni qualsiuogliono ad esso testatore spectantino quomodocunq; & qualitertunq; in futurum potessino competere, cum pactis tamen, & conditionibus infrascriptis v3. Che in caso D. Maria si casasse con D. Vincenzo Ruffo, &c. In tal caso essa D. Maria habbia da hauere di detti burgensatici, & cõpre predette, & mobili lasciati à D. Margarita la terza parte*, & sic pluries repetit speciebus bonorum legatorum primogenitæ de burgensaticis, intelligendo de stabilibus, de annuis introitibus, & de mobilibus, de iuribus vniuersalibus eõpetẽtib⁹, siuè de præsenti, siuè de futuro verbum nullum, & sic tanquam diuersa testator non legauit partem aliquã, & est relictum tertiæ partis rerum certarum, & procedunt doctrinę supra relatæ.

Neque potest recusari ista veritas, sub præexiu, quod legatum factum primogenitæ tertiæ partis præ-dictæ refertur ad vniuersalitatem, in qua fuit instituta secundogenita, cũ dicit, *che habbia d'hauere di detti burgensatici*, quasi quòd referatur ad illam vniuersalitatem, quoniam secundogenita non fuit instituta in burgensaticis simpliciter, nec legatum primogenitæ est de tertia parte burgensaticorum, quoniam res esset sine dubio.

Sed institutio secundogenitæ est vniuersalis, & oratio concluditur in primis verbis, *sopra tutte robbe* sequẽtia verba burgẽsaticè, *etiam annui comprate sopra feudali, & beni mobili, & nomi di debitori*, sunt significantia, & demonstratiua bonorum, & postrema verba, *tutti nomi de debitori, & attioni qualsiuogliano ad esso testatore spettantino, quomodocunque & qualitercumque potessino competere*, concludit, institutionem vniuersalitas, præter feuda, de quibus specialiter disposuerat, & præter tertiã partem quorundam ex bonis contentis sub hæreditate vniuersali, de quibus dispositurus erat in beneficium primogenitæ, dum dicit: cum pactis tamen, & conditionibus infrascriptis, & sequitur relictum sub illa condictione de tertia parte certorum bonorum, ideſt de burgensaticis, intelligendo de stabilibus, quæ sic appellauit ad differentiam annuorum introituum, item de dictis annuis introitibus, & de mobilibus, & sic non vniuersaliter, sed particulariter de particularibus, & verbũ, *di detti burgensatici*, non ampliat sequentia verba, sed ipsa sequentia restringunt, & verbum *di detti*.

Nam illa dictio *delli detti burgensatici*, non potest referri ad vniuersalitatem, in quibus fuit instituta secundogenita, quia vniuersalitas fuit expressa in præcedenti verbo, *sopra tutte sue robbe*, & in postremis verbis, *tutti attioni spettantino quomodocum-*

cumque prater, & illud verbum, *detti burgenſatici*, ponitur pro ſtabilibus ad differentiam annuorum introituum, quos expreſſit, *& compre d'entrate*, etiam ſuper feudalibus, & propterea relictum factum primogenitæ, indubitanter eſt de certis ſpeciebus bonorum ſub vniuerſalitate comprehenſis.

Imò quando illa dictio *di detti burgenſatici* referret ad omnia præcedentia, tamen per expreſſionem rerum ſingularium reciperet reſtri-
12 ctionem; Propterea præſumitur legatum reſtrictum, vt minus debeat, *l. apud Iulianum, §. Seio, ff. de legat. 1. l. qui concubinã, §. cũ ità 1. ff. de leg. 3. & l. nummis, eod. tit.* quia præſumitur minus voluiſſe grauatam hæredem, *l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg. 2. & arg. l. ſi filia. ff. de leg. 3.* Ex quibus conſuluit *Oldrad. conſ. 8.* generalitatem reſtringi per ſpecificationẽ facit regula *cap. generi, de reg. iur. in 6. & Oldrad.* conſuluit in materia legati etiam generalis, reſtringitur per expreſſionem loci, & in materia in legato vxori facto per verba generaliſſima reſtringi per ſpecificationem rerum ſingularium, & idem *Dec. in cap. ſedes, extra de reſcriptis, & in d. conſ. 92.* latè proſequitur, & reſpondet contrarijs, & per eoſdẽ terminos faciunt notata in *l. ſi certa, & in l. ſub pratextu, C. de tranſact. facit l finalis, §. 1. ff. vino, & oleo leg.* vbi generale reſtringitur per ſpecificatum, & declarat *Felyn. in d. cap. ſedes, num. 3.* Et ſic cum ſpecificè teſtator relinquit primogenitæ tertiã partem burgenſaticorum annuorum introytuum, & mobilium certum eſſe non venire partem aliquam ſuper vniuerſalitate, neque de nominibus debitorum, neque de iuribus, & ſic eſt relictum certarum rerum pro certa parte, & per cõſequens nõ tit. vniuerſali, ſed particulari, vndè procedit regula ſupra firmata, non teneri ad ratam oneris.

Arguamus nunc à voluntate teſtatoris, quæ præualet in vltimis voluntatibus, & certè ex omnibus apparet noluiſſe grauare primogenitam ad ſoluendum ratam æris alieni pro rata dictæ partis certorum bonorum.

Primo, dum dixit onera eſſe ſoluenda pro portione hæreditaria, & certum eſt, hanc non eſſe portionem hæreditariam, ſed portionem certorum corporum.

Secundo, quando inſtituit ſecundogenitam in allodio, dixit: cum ſubſcriptis pactis, & conditionibus, & ſic proceſſit vltetius legandi primogenitæ, dictam tertiam partem, ſi nupſerit D. Vincentio Ruſſo.

Tertio declarauit & apertiſſimè, dum inſtituiſſet ſecundogenitam in allodio, & grauauit filias hæredes ad ſolutionem æris alieni pro rata hæreditaria, dubitauit ex hac controuerſia, poſſe extingui patrimonium ſecundogenitæ, quo caſu legauit eidem ducatos 60. milia, in quibus grauauit primogenitam, etiam ſi aliquid remaneret eiuſdem valoris non quod vellet duplicare legatum, ſed legare dotem explicatã dum ſubiunxit (vt in omni caſu habeat dotem ducatorum 60. milia) quæſo videantur verba, quod dubitare non potuiſſet, ſi primogenita teneatur ad cõtributionem pro illa tertia parte, quia, vt præiendit pars aſcenderet patrimonium ſecundogenitæ longè pluſquam patrimonium primogenitæ, quod non eſt veriſimile, dumtaxat dotem ſecundogenitæ duc. 60. milia.

Neque obſtat obiectio partis, dum allegat, primogenitam fuiſſe declararam hæredem in illa tertia parte burgenſaticorum, quoniam, nõ procedit in facto, neque in iure: In fa-

Digitized by Google

facto : quia primogenita petijt dictam tertiam partem vigore legati de anno 1590. stante matrimonio sequuto, vt per comparitionem in S.C.coram Iudice hæreditatis f.42. & hæc est eius vera petitio, deinde de anno 1591. eius procurator sine eius mandato,cùm esset procurator
13 ad lites expedruit præambulum in M. C. Vic. & de Iure,dum pendebat lis in S. C.de eadem hæreditate, & bonis, & de eadem tertia parte burgensaticorum,non poterat adiri M. C. V. pro præambulo , & aliàs S.C.iudicauit, & in tali casu præambulum nullum,refert *Minado. in decis.*8. quam plura exempla,tãto fortius,quod preambulum solet fieri sine citatione partis, & non est actus
14 qui habeat vim rei iudicatæ, *D. de Franch.decis.*204.& legitimus neque potest obtinere præambulum, *Carauit. in ritu* 178. *nu.*5. *& seq.* & affirmare vel negare partis, non mutatur veritas, *l.absumptio ff.ad municip.* nec M.C.V. voluit præiudicare parti, dũ se retulit ad testamentum, ibi (*seruata forma testamenti*) in quo certum est,non esse hæredem,sed legatariã,
15 & relatum est in referente cum suis qualitatibus, *l.Asse toto, ff. de hæred. inst. Alex.*165.8.*vol.Dec.cons.*63.tantum reperitur in pœnam mendacij, quando quis interrogatur,si est hæres,& respondet,quod sic,& non est, *l.fin.ff.de inter. actio.* Ceterum, cùm sit legataria certorum bonorum, nõ potest esse hæres, quia nemo potest
16 facere quin leges locum non habeant,*l.nemo potest ff.delegat.*1. Et sicut decretum præmbuli non potuisset facere præiudicium aduersariæ, quæ non fuit audita , minus potest præiudicare dictæ Principissæ, quæ inscia, & sine speciali mandato,*l.*cũ fuit; & clarum est,hæreditatem adiri non posse per procuratorem ad lites,imò dubitatur de procuratore cum speciali mandato, tantò fortius in pupilla , prout erat tunc dicta Principissa,qui cùm sint termini notissimi, non indigent iuris allegationibus,nec suffragatur parti prætensa ratificatio per expeditionem prouisionũ pro exactione, cùm nèc appareret de eius mandato, aut consensu, imò de dissensu;si quidem procedit reuocatio , & protestatio expressio ipsius Principissæ; & propterea remanèt firma conclusio , quod sit legataria certorum bonorum pro certa parte, & non tenetur pro illa parte ad onera hæreditaria.

Nèc si de eius mãdato proficeret, nèc noceret,quoniam ex ignorantia iuris processisset,dum esset legataria pro tali coram Iudice competenti, deindè petere se hęredem declarari, *l. iuris ignorantia, ff. de iur. & fact. ignor.cum ibi not.*

Hæc breuissimè vix colligere potui in tã breuissimis horulis, quas furari potui ex meis vrgentioribus occupationibus , quæ ad alios non ausus essem transmittere, sed fretu, doctrina , & religione tantorum Virorum,Clienti flagitanti permisi, hoc tantum peto considerarẽt oculatissimi Iudices , easque obsecro, quod adeo dissipata fuit hæreditas hæc allodialis tempore pupillaris ætatis Principissæ per ministros partis aduersæ, & adeo nunc infestati à parte,vt quamuis in hæreditate allodiali adsint duc. 125. mil. in nominibus debitorum, quorum participaret ipsa primogenita,si esset hæres super duc. 42. mil. & nihilhominus intendit se nõ esse hæredem,nè prætur duplici tedio, & satisfaciendi prætensioni partis, & ab eadem repetere dictam ratam, quorum vtrũque possunt euitare Domini Iudicantes cum decisione pro primogenita, quæ vix potest secundogenita, quęvt obtemperaret votis paternis,

nedum

Digitized by Google

nedùm desinit esse magna, & ditissima Domina in Italia, & in Hispania, sed neqùm non consequeretur legatum paternum, sed cogeretur vendere bona feudalia contra voluntatem patris communis, qui voluit taxari dotem secundogenitæ ducat. 60. mil. & nunc obtinendo spoliaret primogenitam primogenitura, & dignitate, quod supplico considerent Religiosissimi Iudices, quibus me, & causam commendo.

Decisum refertur, vt primogenitus teneatur contribuere, ex multis refert Thorus in suo Compendio verbo primogenitus frater fol. 415. & verbo onera hæreditaria fol. 373.

ADDITIO OCTAVII Biloctæ.

PRO præcedentis Allegation. ornatu videas *Thesaur. decis.* 58. qui dixerit: Si facto legato personæ,
17 cui debetur aliquid titulo institutionis, legatum possit extendi ad institutionem; & an talis extensio possit fieri per Notarium extendendo cœteras solitas apponi, præterea nota, quod legatum inducitur ex
18 confessione debiti facta in testamẽto verbis dispositiuis, licèt verè illa quantitas non debeatur, vti decisum tradit *Gama decis.* 293. Cęterum quia materia copiosissimè traditur à DD. præcipuequè à *Mantica, Peregrino, Fusario*, alijsquè Scribentibus de vltimis voluntatibus, ne mẽbranæ fruſtrà impleantur, additionem vlterius extendere trasmisimus; his paucis tantum pro peculiari Allegationis casu subiunctis.

SVMMARIVM.

1 *Locatio per decem annos dicitur ad longum tempus.*
2 *Locatio ad longum tempus de prohibitis alienari est nulla, & declara, vt num. 3. & 4. Et quid de fructibus, num. 9.*
5 *Feudum non potest ad longum tempus locari.*
6 *Officialis non potest recedere ab officio sine assensu concedentis, de iure communi, item de iure Canonico, & Regni Neap.*
10 *Officia possunt vendi ex gratia Regno concessa, sed cum esse assu.*
11 *Libelli solemnitas in Regno non attenditur.*
12 *Absentia in longinquis partibus operatur, vt facilè decipiantur homines in valore rerum suarum.*
13 *Dolus conductoris ex quibus probetur, & in quibus consistit, nu. 14.*
15 *Taciturnitas aliquando est punibilis.*
16 *Dolus probatur ex læsione.*
17 *Reiuendicatio cum fructibus datur tàm ex capite doli, quàm nullitatis ex defectu assensus.*
18 *Socius aliquando tenetur de dolo Socij.*
19 Remedium l. 2. C. de rescind. vendition. *procedit etiam peremptare, & finita locatione.*
20 *Præscriptio quando obstet* remedio l. 2. C. de rescindenda vendition. *& num. 21. & 22.*
23 Roman. cons. 769. & cons. 423. *expenditur.*
24 *Læsio quomodo probari possit præsertim in rebus incorporalibus in spe consistentibus, & num. 25. Et an in eius probatione requiratur scriptura, num. 26.*
27 *Læsio enormissima, quæ sit.*
28 *Fructus, an sint restituendi rescisso contractu, ex* remedio l. 2. C. de rescind. vendit. *& num. 29. 30. & 31.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De remedio l. 2. C. de rescind. vendition. in locatione officij facta ad longum tempus cum dolo conductoris.

Pro Spectab. Comite Villæ Medianæ.

ALLEGATIO III.

PETITIO Illustr. Don Ioannis de Taxis Comitis Villæ Medianæ Cursoris maioris Suæ M. in præsenti Regno in hoc Supremo S. R. Consilio Neapolitano contra D. Elionoram Zapatam hæredem Io: Baptistæ patris, & D. Allegræ Auiæ, continet duo capita principaliter.

Primò, declarari nullas locationis olim de dicto officio factas, & successiuè condemnari ad emolumenta, fructus, ad interesse à principio, compensatis quantitatibus receptis:

Secundò, quatenus non essent nullæ locationes, ipsas rescindendas esse ob enormissimam lesionem, & condemnari conuentam ad supplendum iustam mercedem cum interesse à principio contractuum.

Caput nullitatis fundatur duplici fundamento.

Primò, quia vtraq; fuit ad longum tempus, Prima de anno 81. per decem annos. Secunda de anno 86. sed incipienda ab anno 91. per quindecim annos, & cùm sit de regalibus, non valuerunt sine assensu S. Maiestatis.

Secundò, quia in vtraque interuenit dolus conductoris à principio dictas causam contractui cum enormissima læsione, vna annuis ducat. 4900. quo tempore erat annui reditus du. 16. m. Alia pro du. 5000. & tunc erat valoris supra duc. 161. m. vt in nota facti demonstraui.

Circà caput primæ nullitatis, in facto nihil aliud conuenit referre, sed de iure fundare. Primo, quòd tales locationes sint ad longum tempus.

Secundò, quòd locationes ad longum tempus de regalibus sint nullæ ipso iure sine assensu.

Tertiò, quòd data nullitate contractus, fructus à principio percepti sunt restituendi.

1 Prima conclusio, quòd dicatur ad longum tempus locatio per decem annos, probatur ex *Glos. in l. 1. §. quod autem, ff. de superfic. & in l. fi. ff. si ager vecti.* ibi, *media placet*, per *text.* puntualem *in l. si in fideicommissa, §. Aristo, ff. qui, & à quibus, & in l. fin. C. de præscript. long. temp.* quam dicit *Bart.* esse communem *in d. §. quod autem, Canonistæ in cap. 1. & c. nulli, extra de reb. Eccles. Glos. in clemen. 1. eod. tit.* refert opiniones, & *Card. Zab. in §. fin.* dicit esse communem, *Affl.* in Constitut. Diuæ Memoriæ, *nu. 63.* vbi addentes, & conueniunt alij infrà allegãdi in secunda conclusione.

2 Secunda conclusio, quod locatio ad longum tempus de prohibitis alienari sit nulla, est communis, & indubitata opinio *Bart. in d. §. quod autem, Imol. in l. si filio familias, §. si vir. ff. solut. matrim. Paul. de Castr. in l. fin. C. de reb. non alien. Alex. in d. §. si vir, num. 25 Lud. Rom. in l. constante, §. si maritus, ff. de solut. matrim. num. 30. Io. Fab. in §. adeò, instit. de loc. & in §. fin. inst. de vsufr. Ias. in l. fin. num. 112. C. de iur. emphit.*

Consuluerunt *Alex. cons. 17. vol. 4. Socc. cons. 46. vol. 4. Dec. cons. 203. Paris. cons. 118 lib. 3*

Moderniores *in tractatibus.*

Iu-

Iulius Clar. in §. emphit. quæst. 19.
Aurel. Corb. de cauſ. emphit. in cauſa priuationis ob irreg. ampliat. 35.
Peregrin. de fideicomm. an. 40. cap. ſequitur, num. 106.
Tiraq. de retr. lign. §. 1. Gloſ. 14. n. 79. & 80. in v. quæſtionis quoq; eſt.

Ex Hiſpanis.

Couar. var. reſol. lib. 2. c. 15. & c. 16.
Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 21. num. 16.
Valaſc. de iure emphit. quæſt. 25.
Anton. de Padill. in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia, ff. de leg. 2.
Anton. Gom. de contract. tom. 2. cap. 3. num. 9. lit. F.
Idem Gom. in ll. Taur. l. 40. nu. 42.
Barboſa in d. §. ſi vir, num. 37.
Et de noſtratibus D. de Franch. deciſ. 123. num. 7. vſq; ad fin.

3 Et licet Gloſ. in l. codicillis, §. Inſtituto, ff. de leg. 2. dixerit, grauatum reſtituere rem, poſſe locare ad centum, & mille annos; tamen vel hyperbolicè loquitur, vt intelligit Valaſc. vbi ſupra, num. 9. vel ſi concluſiuè loquitur, meritò ab omnibus reprobatur, vt dicti DD. communiter concludunt.

Imò nedùm non valet locatio ad decemnium de prohibitis alienari vltrà tempus prohibitum, ſed nec infra tempus permiſſum, quia cõtractus eſt indiuiduus ratione voluntatis, & lex improbat à principio, Bal. in auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. Eccleſ. Paul. in auth. qui rem, C. eod. tit. vbi Iaſ. num. 2. dicit eſſe communem, à qua non eſſe recedendum dicit Aret. in l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de verb. oblig. & Tiraquell. de retract. conuen. §. fin. num. 144. ſecundum quam opinionem iudicauit Sacrus Regius Conſ. Afflict. deciſ. 107.

Nec ſine ratione, ità communiter receptum eſt, locatione ad longum tempus de prohibitis alienari non valeret, quia conſtituit ius in re, d. l. fin. C. de reb. alien. non alien. hinc eſt, quod nec valet ſi fiat pactum, vt non quæratur ius in re, Alex. conſ. 164. & conſ. 165. vol. 2. Couar. d. cap. 16. num. 3. Molin. d. cap. 2. num. 16 Afflict. d. cap. Imperialem, nu. 61. quia nemo poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum habeant, l. nemo poteſt, ff. de leg. 1.

4 Hinc DD. inferunt, quod ſicut emptor non tenetur ſtare colono, l. emptorem, C. de locat. niſi colonus habeat ius in re per hypothecam ſpecialem expreſſam, eodem modo teneretur ſtare, quando eſſet locatio ad longũ tempus, quia talis conſtituit ius in re, Gloſ. in l. emptorem, Alex. in d. §. ſi vir, nu. 2. Barboſ. ibid. num. 37. Bart. in l. qui fundum, ff. loc. Guid. Pap. deciſ. 480. vbi addentes notant Aufrer. ad deciſ. Toloſ. 420. Couar. d. cap. 15. num. 2. Duen. reg. 240. & probatur in d. l. fin. C. de reb. alien. Pari ratione res pupillaris prohibita alienari per ll. ff. de reb. eor. & C. de pred. min. minus põt ad longum tempus locari ſine ſollemnitatibus, Boer. deciſ. 234. Valaſc. d. q. 29. num. 9. Alex. in conſ. 117. lib. 5. Octo. Simonc. de decr. to. 6. p. 2. n. 123.

Ex eo etiam procedit, prohibitionem alienationis rei dotalis extendi ad locationem ad longum tẽpus, cõmuniter DD. in d. §. ſi vir.

Ex eadem ratione ſic concludunt in locatione ad longum tempus de re prohibita alienari per fideicommiſſum, vt communiter DD. in d. l. codicillis, §. inſtituto, ff. de leg. 2. & in d. l. fin. Molin. in d. cap. 21. & Peregr. d. art. 40. n. 110. Emphiteuſis ẽt ſine aſſenſu Dñi prohibetur alienare, paritèr prohibetur ad longũ tẽpus locare, Iaſ. in d. l. fi. C. de iure emphit. n. 126. Anton. Carbo. d. ampl. 35. de locat.

5 Feudum etiam prohibitum alienari prohibetur ad longum tempus locari, Gloſ. in Conſtit. Regni Diua

Digitized by Google

Memoria, verſ. locare, Iſer. ibi verſ. Tranſactionis, ibi, *ſecus ſi in perpetuum fructuum perceptionem venderet, vel locaret, Afflict. ibi num.* 18. *Marin. Frec. de ſubfeud. lib.* 2. *in limitationibus ad dictam Conſtit. cap. incip. poſtquàm limit.* 18. *Iſer. in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder. num.* 2. ibi, *nec in emphiteuſim perpetuam dabit, nec aliter ius in re conſtituet, l. fin. C. de alien. non alien. Maſcard. de feud. par.* 8. *cap.* 1. *num.* 1. vbi alios refert, licet poſſet vendere fructus pro termino incerto, quo ipſe viuet, cùm ratione incertitudinis poſſet ſtatim mori, nedum antè decennium quamuis longiùs ſuperuiuat, ità tenet *Iſer. in d. Conſtit. d. verſ. Tranſactionis*, dum ponit regulam de alienatione prohibita, pariter, & de locatione ad longum tempus, & ponit limitationem de locatioe fructuum, quò adiuuet, ad quod allegat *l. arboribus, §. vſufructuarius, ff. de vſufruct.* qui loquitur cum miniſterio de vēditione, ſcù locatione vſusfructus ſui, ad demonſtrandum, quod non conſtituit ius in re, ſed incertus fructus pro incerto tempore, & hoc voluit dicere *Iſer. in d. cap. Imperialem, num.* 3. ſed fructus poteſt vendere totius temporis, quo erit apud ipſum, & dum ſupra allegauit *l. arboribus*, addenda ſunt verba, quæ poſuit in *Conſt.* (ſecus ſi perceptionem fructuum, vt in vſufructuario *l. arboribus,*) in cuius litteræ correctione labora unt *Capyc. & Lipar.* ibi, quam concluſionem declarat *Cam. ibi fol.* 16. *& fol.* 17. *in* 5. *&* 6. *concluſ. & fol.* 18. *col.* 1. *&* 2. *verſ. alterum*, & locatio ad longum tempus nec momento temporis valet; Et in 3. caſu ratione incertitudinis, quando pro tempore quo viuet permittitur, cùm paria ſint locare ad longum tempus, & alienare, & licet ſit controuerſia inter DD. de intellectu *d. l. arboribus*, quæ videtur pugnare cum *l. ſi vſufructus, ff. de iure dot.* vt per *Arias Pin. de bon. mater. l.* 1. *par.* 2. *à num.* 18. tamen datur vera concordantia cum *l.* 4. *ff. de nouat. & l. neceſſario*, §. *fin ff. de peric. & comm. rei vend.* vt latè, & doctè *Barboſ. in l. vſufructu, ff. ſolut. matrim.* ſed vera remanet, & indubitata cōcluſio, quod ſicut prohibita eſt alienatio, ità & locatio, ad longum tēpus pariter, quod excipitur à locatione ad longum tempus, locatio pro tempore quo viuet, quia non eſt ad longum tempus ratione incertitudinis; Vndè cùm locationes, de quibus agitur ſint de certo, & longo tempore, conſtituunt ius in re, & veniunt ſub prohibitione alienationis. Sed officium eſt prohibitum alienari, ergò nec ad longum tempus locari, probatur de iure Ciuil. Can. & Municip.

6 De iure ciuili, Officialis non poteſt recedere ab officio ſine aſſenſu concedentis *l. legatus, ff. de offic. Præſid.* vbi *Gloſ.* allegat iura concordantia, *& §. optimum, Anu. de exhiben. reis*, in quo habetur de militia ex caſu, proùt eſt officium ad vitam, & ibidem habetur, quod nec poteſt ius in officio conſtitui ſine aſſenſu Domini, proùt dixit *Gloſ. de fundatario*, vt nec poſſit refutare domino ſine eius conſenſu, *in cap. fin. de Cap. qui Cur. vend. in vſib. feud.* vbi *Iſer. & in §. & ſi libellum, de alien. feud. pater. alien. & in §. & poſt refutationem, de vaſſ. qui contra Conſt. Loth.* quod maximè procedit, cùm ſit de regalibus creare Officiales, *Iſer. in tit. quæ ſint reg. §. Poteſtas, num.* 65. vbi tenet, procedere in omni officio etiam ſine iuriſdictione, vt ibi *Lipar. in addit. ver. maximè*, vbi *Bal.* in principio dicit de militia quæſtuaria, quia eſt Principi reſeruata, ideò

Digitized by Google

ideò dicunt DD. esse nullum contractum de regalibus sine assensu Principis, *Bart. in l. Cotem, §. qui maximos, ff. de vectigal. num. 4. in l. in diem in fin. ff. de aqua plun. arc. Bald. in cap. 1. de allod. num. 3. Rip. de script. respons. 24. Capyc. in inuest. vers. Gabellis fol. 114. in fin.* officia enim acquiruntur creatione, quæ spectat ad Principem, & acceptatione cum exercitio acquiratur administratio, *l. Publius, ff. de conditionib. & demonstrat.* declarat *Boer. dec. 149. & 150. D. de Franch. decis. 62. Marin. Frec. de subfeud. lib. 2. in quæst. inter Regentes, Paris de Put. de sind. vers. electio.* & in hoc officio Cursoris, seù Magistri Postarum, nec exercitium quæri potest sine approbatione Principis, *C. de cursu publ. lib. 12.* & ibi *in l. cursum in fin. lo: de Plat. no.* nemini licere facere literas licentiæ de recipiendis equis, nisi Officiali, cùi simpliciter à Principe concessum est, quod propriè est munus Cursoris maioris, de cuius locatione nunc agitur.

7 De Iure Canonico probatur, neminem posse renunciare beneficio in beneficium alicuius sine licentia Pontificis, *c. admonet, & c. fi. ext. de renunc. c. Grisoldus 17. q. 6 & cap. deniq. 6. q. 3.* in quibus locis DD. notant.

8 De Iure Regni probatur per *Constit. scire volumus, de iurib. regalib.* vbi prohibentur alienari regalia sine regio assensu, vbi *Affl. nu. 3.* dicit, procedere prohibitionem, siuè regalia possideantur in feudum siuè in allodium, *& num. 4.* ibiq; dicit ex *Iser.* quod in officio nemo habet dominium, neque titulum, sed administrationem, vbi *Iser.* breui commento docet, neminem posse tenere, nec alienare regalia sine regio assensu; est etiam *cap. Regni, nu. 34. incip. Item, quod prædicti Officiales sub num. 6. quod non ordi.* quia debet Rex cognoscere de habilitate, & fidelitate personæ, quæ requiruntur in administrandis officijs, & in specie collatio huius officij spectat ad Regiam Maiestatem, vt in *Pragm. de offic. ad Reg. Maiest. collat. spect.* ibi, *El officio ce Coreo maior.*) Et sic est de regalibus, & successiuè prohibitum alienari, & ad longum tempus locari sine Regio assensu.

9 Vltra, quod locatio fructuum subiacet dictis regulis, vt non valeat ad longum tempus, quamuis regulariter valeat, per supra allegata, & notata *in cap. fin. extra, nè Prælati vic. suis,* in casu dequo agitur locatio non fuit de fructibus, & de emolumentis, sed de ipso officio, sicut facit differentiam, *Innoc. de iurisd. vt non possit locari, in cap. cum dilectus, extra de relig. domib.* cum contineat onus, & laborem, *Bellug. in specul. Princ. rubr. 23. vers. sub pone,* in principio, secus de multis, *Bart. in l. fin. ff. solut. matrim. Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens.* & meritò exercitium iurisdictio hærens personæ, non potest locari sine assensu Domini pro approbatione personæ, quæ maximè requiritur in præsenti casu de officio magni momenti, ac magna confidentia, *arg.* optimum ex *Glos. in l. nemo, C. locat.* & licet conductor possit rem conductam alteri locari, requirit *Glos.* vt sit æquè habilis subconductor pro notorio interesse Domini; requiritur enim de necessitate assensus domini, quandocumquè contractus locationis afficit rē, *l. in naue Sanfelic. & l. item si pretio, §. 1. ff. locat.* de hoc officio latè *Mar. Surg. de Neap. illustrata fol. 446. vers. cursus publici potestas.*

10 Nec potest in dubium refragari de gratia concessa Regno, vt officia possint vendi, vt in *cap. 4. de anno 1534. fol. 128. in Capitulis Regni,* quoniam vt alias dixi intelligitur

Digitized by Google

secundum naturam actus, & rei, scilicet cum assensu Domini, *l. stipulat. vsus. ff. de vsus, Affl. decis. 307.* & sic communis praxis demonstrat pro approbatione personæ, etiam esse necessaria confirmatio.

Nec secundo obijcies de exemplo in materia officij, vt licet requiratur assensus Domini, sine quo alienatio, seu quælibet dispositio de officio sit nulla, tamen idem, qui alienauit, non potest reuocare vigore *Constit. Diuæ Memoriæ*, quam licet dixerit Marico, ibi procedere in officijs, tamen secus iudicauit Rega Camera in causa Saudeolis, & ego hoc exemplum adduxi in causa Secretariæ inter Fratres de Passaquæ, vt emptor possit interea impetrare assensum, cum actus alienationis eorum, quæ requiritur assensum, vt solet Rex assentire fieri in suspenso, donec impetretur, & constitutio prædicta, quæ dedit ius reuocandi procedit in feudis, postquam potest subsequi assensus, *l. per fundum, ff. de seruit. rust. prad. & ff. de donat. inter Vir. & Vxor. licum status, § si socer*, quoniam facilis est resolutio actus stat in suspenso, donec extrema sunt habilia, & durat spes cõualescentiæ, ideò morte vnius ex contrahentibus expirat illa spes ẽt in re hæreditaria, quamuis etiam sit eadem persona hæres cum defuncto, *licum à matre, C. de rei vend.* tamen non est tanta identitas personarum, & requiritur noua dispositio, *l. fer.* sic per plura docet in *l. Imperialem, num. 15.* vbi post multa sic resoluit *in vers. in contrarium videtur vtrius*, sequitur *Gamer. fol. 88. in lit. F. ibidem, & primo in fol. 27. vers. etenim, & fol. 89. col. 2.* vbi latè prosequitur per *l. fin. ff. comm. prad. & fol. 90. in secunda conch.* Vndè cum locatio facta Martino ad longum tẽpus, & Io: Baptistæ à principio nõ valuit sine Regio assensu, & conductores nunquam impetrarunt, adeò quod mortui sunt, & locationes semper nullæ remanserunt, ac illa spes conualescentiæ expirauit morte eorum, nec durat spes impetrandi, cùm extrema non sunt habilia; locatio enim facta illis personis non posset practicari in filia infante, & Rex non consensisset ob defectum personæ, cuius habilitas requiritur in exercitio officij, quod fuit locatum, vt supra dixi; tantò magis, quod tempora non largiuntur, & extrema non sunt habilia, succedit igitur regula iuris communis de *l. quemadmodum, C. de agricul. & censi* vt actus non valeat, & idem, qui cõtrauit potest venire contra, quia lex prohibet, lex reuocat, & lex annullat, *vt in d. l. quemadmodum, & in l. non dubium ff. de leg.* DD. notant.

Ex quibus cum de huius officij locatione tractaretur, ex quò illud hypothecauit sub speciali hypotheca pro obseruatione locationis prædictæ, cùm idem locator refutasset in manu Regis ad beneficium Marci Antonij Iudicis, qui tamquam singularis successor per *d. l. emptorem* valebat expellere eandem conuentã à locatione: ipsa excipiebat habere specialem obligationem, & tamquã habent ius in re, quod non posset expelli per doctrin. *Bart.* & communem *in d. l. emptorem*. Insuper contendebat, posse constitui ius in officio sine assensu Domini; Insuper laudauit Authorem pro interesse euictionis promissæ eundem D. Ioannem de Taxis locatorem, qui comparuit, & petijt audiri, sed quia Actor demonstrauit, de iure non posse super officio fieri dispositionem aliquam, quæ constituat ius in re sine assensu Regis, & proindè dictam locationem ad longum tempus esse nullam, ac minùs potuisse obli-

Digitized by Google

obligari, ideò per suprema Tribunalia fuit iudicatum ad fauorem Actoris, & sic habemus rem iudicatam in eodē articulo inter easdem partes, & proficit res iudicata, ne dū exempio tantorum Iudicium, sed authoritas rei iudicatæ, *l. 2. & l. 5. ff. de except. rei iud.* ex quibus indubitanter concludo, Primum caput petitionis Actoris de iure subsistere.

Pars, primo excipiendo, negat fuisse deductam hanc nullitatem ex defectu Regij assensus, quia libellus licet generaliter narret factum, & petat declarari nulla locationes prædictas, tamen concludit ex causa doli, & læsionis, & de iure prætendit, quod conclusio limitat libellum, & ideo de hac nullitate non posse tractari, sed facilius est responsio.

11 Primo, quia solemnitas libelli inducta de iure communi est sublata de iure Regni *per Prag. primam in antiquis incip. dispendia litium*, vbi abrogata solemnitate libelli statuitur, vt sufficiat narratiò facti, & talis qualis petitio sinè aliqua solemnitate, ac pariter disponit *c. destantes inter ritus M.C.V. ritu* 312. adeo quod omnes causæ sint summariæ, iuxtà *Clem. sepè, extra de verb. signif.* & nulla solemnitas requiritur, *Bar. in constitut. ad reprimendum, vers. summariè*; & sic est communis praxis in hoc Regno, vndè cùm fuerit narratum, locationis fuisse ad decennū, & aliam ad quindecim annos, & petitum annullari ius, quod resultat ex hac narratione, non restringitur per narrationem doli, & læsionis, cū vnum caput non impediat aliud; vtrumq; enim potuit interuenire, & cum sit articulus iuris sine aliqua exceptione, vel probatione in facto, sufficit libellus generalis.

Secundo, non est in facto, quod libellus concluditur in illis verbis *stante dolo, & lasione*, sed in fine; in illis enim verbis fit conclusio super vno ex pluribus capitibus deductis, sed in fine fit conclusio generalis, & specialis ad omnia, & singula capita deducta, & narrata ibi (*& super singulis petitis deducit omne ius suum*) ecce quod verbis apertis super singulis petitis deducit omne ius sibi competens interpretata erat, quod locationes erant ad decemnium, & vltra, quod erant nullæ deducit omne ius suum; quid clariùs poterat petere, quam declarare nullas ex omni iure sibi competenti, inter quæ iura sunt supra allegata, quia deficit assensus?

Item, quia infrà specie petit sibi ius, & iustitiam ministrari super prædictis singulis, implorat officium Iudicis ad plura supra narrata, ad declarandum nullas prædictas locationes, ad condemnandum Conventū, ad relaxandum officium pro residuo temporis, & ad restituendum emolumenta percepta ex officio nulliter locato, si in his ius fauet suæ petitioni, prout demonstraui, Iudex tenetur facere iustitiam, quia ipse petijt expresè super singulis prædictis, ius & iustitiam ministrari, & per dictam clausulā voluerunt DD. quod etiā si libellus esset restrictus per conclusionem ad vnum caput de pluribus narratis, tamen valet quoad omnia, *text. est in cap. cum dilectus extra de ord. cognit.* ibi (*In quibus iustitiam fieri postulabat*) §. *vbi Calder.* quem sequitur *Abb. num. 51. & 52.* & infert, quod si libellus narrat petitorium, & possessorium, & deindè concludit super petitorio, & in fine petit sibi ius, & iustitiam ministrari, procedit libellus in petitorio, quamuis conclusio esset in possessorio, quia illa clausula refertur ad omnia narrata, quos sequitur *Marian. Soc. in cap. significantibus, extra de libell. oblat. num. 84. in fin. cum seq.*

Digitized by Google

seq. Iaſ. in §. omnium inſt. de action. num.147. Andr. Gaill. pract. obſeruat. lib.1. de libel. obſeru.61. Ant. de Butr. in c. literæ extr. de dilat. & in cap. examinata extr. de Iud. Maran. in ſua pract. par.6. in 3. membr. num.15. in quibus locis dicunt idem de clauſula, *omni meliori modo*, quæ eſt in hoc libello, & ſic fragilis eſt oppoſitio de reſtrictione libelli, & non meruit allegari in Sacro Regio Cõſilio, vbi hodie ſimilia practicamur.

Secundò, excipit circa nullitatem locationes factæ Martino, ea ſola ratione, quia non apparet de inſtrumento ipſius locationis, ſed tantum enunciatur; ſed etiam miror de hac oppoſitione, quoniam alias fuit oppoſita, & reiecta cum .n. ignorarem pro quanto tempore fuiſſet facta hæc locatio, dixi in libello per certum tempus pars ſtatim petijt declarari pro quanto tempore, inſuper & exiberi inſtrumentum; & cùm reſponderim non habere cautelam, & contractum de ſui natura non requirere ſcripturam, ac de tempore apparere ex enunciatione inter partes in alia ſcriptura, Sacrũ Conſilium reiecit oppoſitionẽ partis: Præterea pars in ſuo artic.4. deduxit, quod fuit iſta locatio facta per decem annos, & de tempore, quod fuit concepta de anno 1581.

In ſecunda nullitate Actor deduxit in facto, dolum partis cum maxima læſione tàm in prima, quàm in ſecunda locatione.

Quò ad primam, fundat dolum dantem cauſam contractui pro tàm modica penſione officij prædicti, q̃ erat immenſi redditus, nàm cùm cuperent conducere officium, & tegere iuſtum valorem, ad hoc, vt pro modico obtinerent per tres annos antè de anno 1579. ſublocarunt quædam membra officij, aliqua per decem annos, aliqua per quinquẽnium pro ſumma ducat. 5200. & pro alijs ducatis quatuordecim mille anticipatè receptis fecerunt cauthelas de dictis ducatis 14.m. vt nõ poſſet peruenire ad notitiam D. Ioannis abſentis in partibus tàm lõginquis Hiſpaniarum, & quod pęnis ſublocarunt ſolas literas pro annuis ducatis quinque mille per quinquẽnium mediante albarano ſecreto, de quo fecerunt pactum, vt non poſsit à partibus demonſtrari, niſi in caſu mortis; & demum his peractis de anno 1581. oſtendentes Don Ioanni ſublocationes, tacentes alias immenſas quantitates, ſimiliter alios ducatos quinque mille annuos, itẽ alios ducatos quatuordecim mille receptos, perſuadentes, officium non eſſe maioris redditus, allicierunt illum ad locandum per decem annos pro duc. 4900. rem valoris duc. 16. mil. quæ omnia probãt dolum, quia Don Ioannes de facili poterat decipi ignorus valoris, & redditus dicti officij, qui aliàs illud non exercuit, ſed per manus Miniſtrorum, inſuper degebat in partibus vltrà marinas,
12 in quibus terminis dicit I.C. facilè decipi homines in valore rerum ſuarum, *l. in fraudem, qui & quibus, ibi, ver. quod frequenter accidit his, qui transmarinas negotiationes, & alijs Regionibus, quam in quibus morãtur per ſeruos, atque Libertos exercẽt, quod ſæpè attriti, iſtis negotiationibus longo tempore ignorant*, provt contirgit D. Ioanni, *Petr. de Gregor. in ſyntagm. in par.3. lib.25. cap.24. n.19*
13 Dolus autem conductorum probatur eo modo, quo lex ſtatuit per inditia, quia conſiſtit in animo, *l. dolum*, C. *de dolo*, *Boer. dec.*100. *num.3. Bar. in l. quod nerua, ff. depoſiti num. Maſcard. de probat. concluſ.*1043. vbi plures cumulat *Surd. dec.*316. inquo *Hoſtienſ. in c. cum dilecti, de emptore & vend. num.6.* ponit exemplũ de op-

Digitized by Google

optante emere corpus decretalis, decepit Dominum, suadendo, quod de proximo erat corrigendum, sequitur *Benedict. Capra reg. 87. nu. 3.*

14 Deceptio autem, & fallacia nedum consistit in expressis, sed etiam in tacitis, de quo est *tex.* apertus *in l. fin. C. de litig.* ibi, *Iustum est enim propter dolosam mentem, & absconditam machinationem, cum non emptori manifestauerit rem in iudicium deductam fuisse in 3. parte pretij eum puniri*, vbi *Bald. num. 3.* notat ibi *probari diffinitionem doli*, consimilis est *text. in l. 1. §. dolum ff. de dolo*, ibi (*esse machinationem quadam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, aliud agitur; licet esse possit sine simulatione ex definitione Labeon*, vt declarat *Glos. in l. iurisgentium, §. sed si fraudandi, ff. de pact.* vbi est *text.* dolus fit calliditate, & fallacia, & vt ait *Ped.* fit quoties circumscribendi alterius causa aliud agitur, aliud agi simulatur, & sic prædicti Conductores cum calliditate fecerunt sublocationes vili pretio, & separatis cauthelis receperunt verum redditum, vt deciperent, & circumscriberent Dominum ignarū veri redditus, & sic est simulatio, quia simulant sublocare pro læui mercede, & sublocant longè maiori, est calliditas, & machinatio, quia tegunt verum valorem, tacent immēsas quantitates, ostendunt cauthelas de læui pensione, quæ sola taciturnitas est punibilis, per *d. l. fin.* ne

15 dùm sufficiens ad probandam dolum, de quo est *tex.* punctualis *in l. 2. C. si contra ius, vel vtil. public.* ibi, *præscriptione mendaciorum opposita, siuè in iuris narratione mendacium reperiantur, siuè in facti, siuè in tacendi fraude pro tenore veritatis, & in cap. 2. extra, de crim. falsi*, ibi, *Vterque Reus est, qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit*, & de tacita veritate, quod sit mendacium *Glos. in cap. ne quis 22. q. 2. & c. primum eod. causa, & quæst. Mascard. d. conclus. 1043. num. 2.*

16 Est etiam alia probatio doli, & est in causa productiua ipsius doli, vt est læsio enormissima, à qua DD. probant dolum dantem causā contractui, argum. *l. omnes, §. Lucius, ff. de his, quæ in fraud. cred. l. si superstite, C. de dolo*, ibi (*si læsa es immodicè,*) quæ iura allegat ad hoc genus probationis doli, *Mascard. de probat. conclus. 532. num. 25. Rim. Iun. cons. 3. nu. 18. vol. 1. Aym. Crau. cons. 142. num. 22. cum seq. & 192.*

Vndè cùm dolus dedit causam tàm enormissimæ læsioni, cōtractus est nullus à principio, *l. eleganter in principio*, vbi *Glos. magna, ff. de dolo*, & est nullitas ipso iure, *Tiraquell. in l. si vnquàm vers. reuertatur, num. 243. & num. 97. Ias. Rim. Cur. Iun. in l. posquam lit. C. de pact. Crem. in repet. l. 2. C. de rescind. vend. num. 22. Ceuall. in pract. com. opin. cap. 226.*

Vndè sequitur rei vendicatio cū fructibus, tàm ex capitè doli, quàm ex capite nullitatis ex defectu assensus, nam quando contractus est nullus ex dolo cum læsione, debet res restitui cum fructibus, in specie tenet *Cagnol. in d. l. num. 81. per d. l. eleganter, & per l. si res, §. 1. ff. de iur. dot.* quam opinionem probat *Arias Pinell.* ibi, *par. 1. cap. 4. num. 25.* vbi dicit esse communem opinionem, *Gam. decis. 94.* dicit fuisse iudicatum in illo supremo Senatu Lusitano, quam tenuit *Bar. in l. sub prætextu, C. de transact. Glos. & DD. in cap. 1. extra de empt. & vend.*

De nullitate verò ex defectu assensus, quod possidens teneatur rem restituere cum fructibus probatur *in l. si fundum, C. de rei vend.* vbi *Gl.* declarat istum casum de alienante contra prohibitionem legis, concor-

dat

Digitized by Google

dat *l.quemadmodum,C.de agricol. & cens. lib.*11. notat *Bart. in l.* 1.*C. de fide instrum. & iur. hast. fisc. num.6. lib.*10. quia fructus sequuntur dominium,*l.ex diuerso, & l.in fundo,& l. fructus, ff. rescind. vend. l.Herennius,ff.de vsu,* vbi *Glos. & DD. not.* lex igitur annullat à principio, & sententia declarat,sed nihil de nouo facit, propterea conuentus tenetur ad fructus, *Luc.de Pen. in l. nulli, C. de fund.patrim. num. 6. lib.* 1. *Io: de Plat.in d.l. quemadmodum in vlt.not.* latè *Capyc. in cap. Imperialem in §. vndè Imper. Loth. versic. Tertio quæritur.*

Pars non potest negare has solidissimas iuris conclusiones, sed dicit,dolum fuisse commissum per Io: Baptistam, & D.Allegram non per Martinum,quia nulla sublocatio reperitur facta per Martinum, sed facilis est solutio, siquidem pars est hæres omnium prædictorum,& non potest capere lucrum peruentum ex dolo commisso per suos patrem, & auiam, quibus successit, vltra quod Martinus Io: Baptista fratres, & D. Allegra mater fuerunt socij istius,& aliorum negociorum, & vnus gerebat aliquid aliud alij, vt videre est per tot scripturas locationem, ex actionum, & solutionum, quo casu
18 socius tenetur de dolo socij, qui non sumus in delictis puniendis, vt pæna teneat suum authorem,sed sumus in lucro, vt quis non locupletetur cum dolo socij,*l.de illo,§.fin.cum l. seq. ff. pro socio,& l.non ob eam rem cum seq. ff. eod. tit.* quod de Verre dixit *Cicero* manus manus Verris sunt, quæ demonstrant, quod dolus vnius est dolus socij Domini, sed si non essent socij erunt negociorum gestores Martini, & pariter dolus gestoris officit Domino negocij, *l. summa, §.si dolo,ff.de pecul.l.sed dolo, Paul.de Castr.cons.*440.*num.*3.*vol.*1. & sic excusari non posset, quia alias locupletetur dolo gestoris sui,& sic procedunt regulæ prædictę, quod locationes fuerunt nullę à principio, quia ad longum tempus, & sine assensu, & cum dolo, ac ęnormissima læsione, meritò sic debent declarari, & condemnari ad emolumenta percepta.

Circà secundum caput petitionis, quatenus non essent nullæ, sed quod debent rescindi locationes stante ęnormissima læsione, Actor fundat intentionem suam in facto de ænormissima læsione vltra dimidiam, sed ferè in totum, sequitur regula iuris, quod licèt sit licitum contrahentibus,sed decipere in modico, tamen non licèt vltra dimidiã iusti pretij, *l.*2. *C. de rescind. vendit. cap.cum dilecti, & cap.cum causa ext. de empt.& vend.* adeò, quod licèt non adfuisset dolus ex proposito,tamen dicitur dolus re ipsa,dum vnus ex contrahentibns decipitur, siuè sua facilitate, siuè sine dolo aduersarij, etiam quod locatio esset finita, & licèt *Dec cons.*583. fuerit in opinione consulendo pro suo Cliente, quod finita locatione non esset amplius locus rescissioni, ex illa ratione,quia cessaret electio restituendi, vel supplendi iustum pretium, iuxt.
19 *d.l.*2. tamen mea opinio verior, vt procedat *d.l.*2. etiam perempta re, & sic etiam finita locatione, quam tenet *Ari.Pin.ibi par.* 1.*cap.*3.*nu.*19. qui ponderat doctrinam *Alex. cons.* 107.*num.*18.*lib.*2. & dicit fuisse pro hac opinione in supremo Consilio Lusitano *Gama decis.* 19. iudic. *Matthiens. in recompil. ll. Hispan. lib.* 1. *tit.*11.*Glos.*6.*nu.*1.*vers. En las Rentas, Azeu. in d.l.*1.*recompilat.nu.* 4. *Aluar. Valasc.de iure emphit.cons.*28. *Ceual.in pract.com opin.p.*2. *cap.*536. *num.*27.*&* 28. *& Gutt. pract. quæst.* 2. *lib.quæst.*144.*& in d. cap. cum dilecti,*

lecti, extrà, de emptione, & vend. quibus conuenit id, quod DD. *in d. tex.* dixerunt, etiam re perempta absq; facultate rei tradendæ esse locum suppletioni iusti pretij, nè vnus ex contrahentibus locupletetur cum aliena iactura, tantò magis, quod vtrumq; est in obligatione, *Imol. ibi, Petr. de Anch. num. 8. Anton. Burgos. inter repetentes Canonicos vol. 4. num. 6.* qui alios referunt.

Et indubitanter dicta *lex secunda* procedit in locatione, *Glos. in l. si olei, C. loc. & in l. venditione versic. etiam si minoris, ff. de bon. auth. Iud. possid. & in l. si ea pactione, C. de vsu, & in l. 1. §. si in fraudem, ff. si quid in fraud. patro. & in l. idem si pretio, §. fin. ff. loc.* vbi *Bart. num. 1. Imol. in d. cap. dilecti, nu. 18.* vbi *Anton. Burgos. num. 7.* qui dicit esse communem, *Ludouic. Rom. cons. 423. Arias Pinel. d. l. 2. par. 1. cap. 3. nu. 13. Padigl. nu. 13. Cagn. num. 207. Anton, Gabr. de emption. & vend. concl. 1. ampliat. 3. num. 30. Carroc. de locato par. 1. tit. de resciud. vend. fol. 46. Andr. de Iser.* dixit, procedere in feudis, & in contractibus stricti iuris, sicut in contractibus bonæ fidei *in cap. 1. de Capit. qui Cur. nen. num. 17. in fin. num. vers. sed si Dominus*, respectu maioris seruitij, quò poterat in feudare, sub qua concordantia rediguntur opiniones relatæ per *Cagnol. d. nu. 207.* & per *Pinel. d. l. 2. par. 1. cap. 4. nu. 2.* & sic potest procedere in emphiteusi respectu maioris Canonis, sub quo potuisset concedi, *Cagnol. ibi n. 202. Gabr. num. 75. 76. & 77.*

20 Nec longinquitas temporis obesse potest, quia de sui natura durat triginta annis, *Glos. in d. l. 2. Bart.* & communiter *DD. Balb. de præscript. par. 4. quæst. 26. Cagnol. num. 44. cum seq. & 67. Pinel. par. 2. cap. 1. nu. 26. Canonistæ in cap. cum causa, extrà, de empt. & vend.* & sic in aliquibus Regionibus est statutum limitans tempus *d. l. 2.* ad breuius non procedit extrà locum statuentis, latè *Napod. in proem. Consuet. Neapol. vers. districtus*, & in specie, quando est diuersum à loco iudicij, vel rei sitæ, vt cõtendunt contra *Glos. DD. in l. 2. ff. de eo, quod certo loco*, quia distinctio *Ang. ibi num. 2.* siuè sit vera opinio

21 *Glos.* siuè contraria, tamen quando incipit competere tẽpore litis motæ, semper attenditur lex loci iudicij, cum ergò pars vult excipere de præscriptione inducta per statutum loci contractus, quæ non potest competere, nisi tempore litis motę, ergo non attenditur illud statutum:

22 Prętera in locatione Ioannis Baptistę, non obstaret statutum, etiam in loco statuentium, quia non orietur, nisi finita locatione, quæ tempore litis motæ, adhùc durabat locatio, & sic non poterat esse cæpta præscriptione statutaria; præterea cessat statutũ, quando grauamen habet continuationem, quia quotidiè grauet, & præscriptio de vno grauamine, non tollit aliud de nouo illatum, vel inferenduum, ideò restringebar *Pinel.* statutum Hispaniæ ad contractum venditionis, non locationis, quæ singulis annis dat læsionem, & grauamen *d. par. 2. cap. 1. num. 27.* cessat etiam statutum fundatum super difficili probatione, ex periculo subductionis, vel obliuionis testium, cùm hic agatur de probanda læsione per publicas scripturas, & libros partis à dicta mala fide, ac dolo aduersarij, & sic cessat secunda oppositio.

Nequè dicatur non adesse consuetudinem locandi, *Ludouic. Rom. cons. 769. num. 9. & cons. 423. num. 3.* vbi ponderat *l. excepto, C. locat.* ibi, *veterem consuetudinem*, quoniam lex illa nõ probat intentionẽ *Rom.* siquidem lex illa decidit casum locatio-

Digitized by Google

nis sine expressione mercedis intelligi iubet de consueta, & quando esset applicabilis, non excludit alias probationes, cùm sit præsumptio: quæ cædit veritati, & aliàs esset restringere illam legem, & non iuuaret, nisi locatores rerum, qui consueuerunt locare res suas, reliquis verò non prodesset, & permitteret alios posse decipere contrahentes, quod esset absurdum, propterea, cùm naturali ratione concludit *Pinel. in d.l.2.p.1.& 3. num.17. & 18.* posse probari læsionem alijs medijs, & esse
24 locum *d.l.2.* sequitur *Matt. l.1. tit. 11. Glos.6.num.2.lib.5. recompilat.*

Neque subsisteret replicatio prædicta procedere in locatione corporalium, quæ recipere possunt extimationem, sed cessare in locatione incorporalium, propter incertitudinem, cùm potiùs sit locata quædam spes, *l. si iactum, ff.de act. empt.* quoniam replicatur, etiam illam spem recipere extimationem, pro-
25 bat *text.in d.l. si iactum*, ibi, *incertũ huius rei extimandum est*, facit *l spem, C.de donat. & DD.* notant *in d. l. si quis cum aliter, ff. de verbor.obligat.* vndè *Glos.& Bart.in d.l. iactum*, tradunt, doctrinam extimationis iactus retis extimari debere quantum verisimilè esset posse capi, *Cagnol.* examinat *in d. l.2. num.* 174. vndè fuit necessaria lex specialis in Hispanijs Prouincijs, quę prohibet, in locationibus Regiarum Gabellarum non sit locus *d.l.2.* nè Fiscus continuò vexetur litibus, vt in *l.14.& 15. tit.9. lib.9. recompilat.* & sic remanet ius commune, *l. ius singulare, ff. de leg.* læsio autem in præsenti casu probatur, eò modo, quò DD. communiter docent ex reditibus *Glos.& Bar.* ac cæteri in *d.l.2.* ad quod allegant *l.si fundum per fideicommissum, ff. de leg.1. in Glos.in princ. & l. si quos*, C. *de rescind.vend. additio ad Alex. in l. pretia, §.corpora, ff. ad l. fal. num. 6. vers. præteritorum, l.penul.* cum *Glo. vers.c.pro modo fructuum*, & cum reditus officij sit in pecunia, quæ non recipit alterationem extimationis, prout de fructibus contingere potest, ideò magis certa est, ista probatio in casu isto, quam in reliquis locationibus, quæ consistunt in fructibus naturalibus, vel industrialibus.

Præterea etiam secundum opinionem *Roman.* in locatione Io: Baptistæ habemus consuetudinem locandi, cùm ipse mèt per decem annos antea consueuerat sublocare in tàm excessiua quantitate, & sic opinio *Roman.* prodest in locatione prædicta, & in locatione Martini proficit opinio *Pinel.* cum supra allegatis.

Neque obstat, quod non proba-
26 tur læsio, nisi per scripturas, cùm sit communis traditio in *d.l.2. & l. pretia rerum, ff ad l.falcid.* pretia extimari posse per testes, per extimatores, & per Iudicem, quæ sit per euidentiam, vel per scripturas, & licet sit controuersia inter DD. quãdo per instrumenta probatur læsio ob differentiam bonorum, licèt sint in eadem Regione, propter varietates rerum, & affectuum hominum, tamen doctrina *Aret. in cap.in causa, extra, de testib.* est communis, vt quando instrumenta sunt de eadem re propè, vel parum antè contractum, de cuius læsione agitur, semper probant plenè, cùm variatio extimationis non præsumatur, *Bald. in l.unic. C.de sent. quæ pro eo, quod int. Alex. d. §. corpora, Iaf. cons.54. lib.1.* maximè quando instrumenta essent plura, vt benè probat *Cagnol. in d. l.2. num. 233. versus finem, vers. Et prædictis, vsq; ad fin.* prout sunt in casu nostro, in quò Io. Baptista, & eius mater de anno 1582. vsquè ad

86.

Digitized by Google

86. quo ſtipulata eſt ſecunda locatio, per plura inſtrumenta publica ſublocauit plura membra dicti officij in tàm exceſsiua quantitate, & deindè vſque ad annum 1592. quo incipit ſecunda, & deindè vſquè ad præſens, & ſic ex locationibus eiuſdem perſonæ, & eiuſdem rei, ac eiuſdem temporis antè, & propè contractum, & poſt contractum sẽper in exceſſu fuit læſio; ſic enim *Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 4. n. 5.* 27 dicit, læſionem ænormiſſimam eſſe, ſi læſio excedit medietatem iuſti pretij, figurando de re valente duc. 2300. ſi fuit vendita pro mille tantum, *Caſſiod. deciſ. 1. de empt. & vend. Padigl. in d. l. 2. nu. 43. Pinel p. 3. c. 1. num. 7. Cagnol num. 100. & 108. Capyc. deciſ. 159* qui *num. 24.* dicit, eſſe nimis exceſſiuam, quando excedit duplum, vel triplum, *Anton. de Butr. Abb.* & reliqui *in d. cap. cum contingat, extrà de iur. iur. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 18.* qui cœteros referunt, certè in caſu iſto eſt nimis exceſsiua, cùm res ſublocata pro annuis duc. ſexdecim mille vltra emolumenta peruenta à Regia Curia locata fuit pro annuis ducat. 4900. & ad ſummum pro duc. 5000. & ſic excedit læſio duplum, vel triplum iuſti pretij, nedùm dimidiam partem, vt *d. l. 2.* diſpoſuit.

Nec ſunt in conſideratione, quę ſunt emolumenta incerta, & poterant eſſe longè minoris redditus ob famem, peſtem, aut bellum, ſtante pacto, quod non fiat deductio in dictis caſibus, niſi in totum ceſſaret exercitium officij in Regno, quoniam cum eiſdem pactis, & conditionibus fuerunt factę ſublocationes à principio, & ſic quantitas percepta fuit certa, & indubitata, imò in ſublocationibus eſt expreſſum, quod ſub alio pacto iuxtà iuris diſpoſitionem de deductione, quod longè maiori pretio ſublocaſſet, & ſic res, quæ ſubiacet dictis caſibus erat tãti redditus, & tanti fuit in effectu per annos 25. ſine aliqua deductione; officium igitur conſuetum ſublocari, & de redditu annuorum ducatorum ſexdecim mille vltra emolumenta Curiæ fuit locatũ pro tàm minima penſione, non eſt amplius inquirendum de exceſſu læſionis, cùm ſit vltra cogitata per *Doctores.*

Cùm igitur conſtet de læſione ęnormiſſima, & quod de iure procedit *d. l. 2.* in locatione, & quod duret actio conſequens, vt ſuppleatur pretium iuſtum cum fructibus, vel intereſſe, & hoc caſu eſt communis contra communem, quoniam aliqui tenent non debere reſtitui fructus, 28 quos ſequitur *Pinel. d. l. 2. par. 2. cap. 4. in fin.* ſed contraria eſt communis, quam tenet ibi *Alber. num. 16.* referunt *Roffred. Berneu. Sal. num. 5. Bald. num. 3. Affl. in cap. 1. de feud. dato in l. Commiſſ. num. 150. Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 3. nu. 9. Ant. Gomez. in l. 7. Tau. num. 29. Bero. in cap. cum dilecti, & cap. cum ad noſtrã, extra de empt. & vend. Greg. Lop. in l. 56. tit. 5. par. 5.* qui hoc ſummant extra *d. l. 2.* (ibi) *Reſtituere, quod importat fructus, l. videamus, §. infamiam, ff. de vſur.* 2. ex redhibitoria, quæ ſecum trahit fructus, *l. cum autem, §. cum redibetur, & l. quod ſi nolit, §. fin. ff. de edil. edi.* 3. ex natura reſtitutionis, quæ minoribus 25. annis datur cum fructibus, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, & l. 1. ff. minorib.* quæ ęquiperantur cum remedio reſtitutorio ex *d. l. 2. 4. ex l. fi. C. ſi maior fac. alien. rat. habet,* vbi in ſpeciè in dictione emptoris datur ius ſuppleṅdi pretium, vel rem reſtituere cum fructibus, ibiquè præſupponitur læſio in pretio, & contrà DD. tenentes contrariam opinionem, decidit *Emanuel à Coſta in l. Gallus,*

Digitized by Google

§. *& quid si tantùm par.* 1. *num.* 71. *Vasq. Illustr. Controuer. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. *Padigl. in d. l.* 2. *nu.* 50. *Panc. Crem. ibi par.* 3. *num.* 43. *Matt. lib.* 5. *modo* 1. *l.* 1. *tit.* 11. *Glos. suprà nu. fin. Sfor. Od. de rest. par.* 1. *quæst.* 45. *n.* 28. *cum seq.* quo casu posset conuentus ex remedio *d. l.* 2. petere interesse pretij soluti, vt dicit *Gutt. lib.* 2. *p.* 9. *in quæst.* 135. quæ exceptio non procederet in casu nostro, in quò nedùm tantundem percepit de fructibus, sed longè maiorem quantitatem, sed in venditione posset prouidere, extimato tamen beneficio fructuum, quibus vsus est.

Sed circumscripta opinione eorum, qui dicunt, rem esse restituendam cum fructibus, & quando contraria videretur verior, (quod non concedo) tamen hic non esset disputandum, quia pars eligeret supplere, tantò magis, quod locationes sunt finitæ, vel si daretur locus electionis pro rata temporis à die litis motæ deberet fructus ad rationem duc. 28. m. pro quolibet anno, ità quod demptis annuis ducatis quinque mille solutis post sequestrũ Regiæ Curiæ deberet restituere annuos ducatos viginti mille per annos quatuor secundum suam opinionem, & quantitates conuersæ in emptiones temporibus, quibus durabant locationes.

Et eligerit supplere iustam pensionem, hoc esset faciendum cum interesse illius pluris, ꝙ esset supplendum, quia inter duas opiniones altercantes, si cum fructibus, vel sine est tertia opinio in casu supple-
29 tionis, vt illa debeatur cum interesse, quam refert *Arias Pin. in d. l.* 2 *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *in fin.* quæ fuit originalis aliorum, quos sequitur *Bero. in d. cap. cum dilecti, nu.* 25. *& Greg. Lop. in l.* 56. *tit.* 5. *par.* 5. *& additio ad Pinel.* ibi, dicit esse verio-rem, & à grauioribus approbatam, quibus videtur adherere *Pinel. infrà num.* 26. quando non integer dolus adhibitus esset, sed callidus emptor alliceret simplicem vẽditorem.

Facit ratio naturalis, nè quis locupletetur cum aliena iactura contra naturalem æquitatem, cùm non possit se excusare non fuisse in mora, quia pretium integrum non solutũ causat hoc interesse compensatorium, non ratione moræ, sed ratione fructuum, quos percepit, & non soluit integrum pretium, quod à principio retinuit, & Iudex nunc declarat, qua ratione æqualitatis seruandæ facta est Cæsarea decisio, *l. curabit, C. de action. empt.* vt sine mora quis teneatur pro rata pretij ratam
30 fructuum, vel interesse pro rata, & si res fuerit sterilis, & infructuosa, secundum *Bald. in l.* 2. *C. de vsu, Paul. in d. l. curabit, Conar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 3. *vers.* 4. *& Cagnol. in d. l. curabit, num.* 26. Etiam si venditio fuisset concepta pro pretio declarando, quia quamuis non facta declaratione, emptor non est in mora, tamen sequuta declaratione, debet interesse pretij, *Ioseph. Lud. in decis. Perus.* 53. sic in isto casu, licèt pretium nõ
31 fuerit declaratum huc vsquè, quia lex principio taxauit iustum pretiũ, vt non sit minus infrà dimidiam, in illo pluri, nunc declarando lex dat interesse per *d. l. curabit*, ratione æqualitatis seruandæ, vt locator fruatur pretio cum interesse à principio, sicut Conductor habuit rem, & percipit fructus, vt in similis in causa redhibitoriæ, quamuis contractus à principio valuit, tamen ex causa læsionis lex rescindit, vtique mandat rem restitui cum accessionibus, & vsuris, *l. illud, ff. de ædil. edicto*, eadem ratione procedit *l. si mè, & Titium ff. si cert. pet.* quæ vetat, ne quis locupletetur cum aliena iactura,

& pro-

Digitized by Google

& prouidet de actione in factum, quando lex specialis non adesset; Vndè omnis ratio suadet, vt sicut Conductor potitus est à principio officium cum vberrimis fructibus, pàri ratione locator potiatur pretio iusto cùm iuteresse à principio locationum.

Sed, quia suprà fundaui, locationes esse nullas, & successiuè ex capite nullitatũ debere restitui emolumenta, & fructus, ideò in hoc articulo interesse pro supplimento pretij non insisto.

Die 18. Aprelis 1643. fuit condemnata Duciſſa conuenta ad ſoluendum Comiti Actori duc. 120. mil. votantibus in cauſa Regijs Conſiliarijs trium Aulaum Sacri Cõſilij in Collaterali Conſilio penès de Felice Actorum Magiſtrum.

ADDITIO OCTAVII Biloctæ.

QVoniam in hac cauſa vltrà hanc allegationem, & per tres ſequentes, quarum vna eſt D. Camilli Petij Regij Conſiliarij, tunc D. Auctoris Colleghę; Aliæ verò duo ſunt D. Ferdinandi Branciæ, tunc ex aduerſo Aduocati Duciſſæ Sorę Conuentæ, & poſtmodùm Regij Conſiliarij, & Regentis Digniſſimi; ſcripſerunt etiam in hac cauſa *Reg. de Pont. conſ.* 139. 177. & 178. *vol.* 2. *Dom. Genitor in Conſultat.* 1. & 2. *& alij*, ideò in hac allegatione, & tribus ſequentibus addere omiſimus.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries, ac Actoris petitio prænarratur.*

2 *Concluſiones diſceptãdæ præponũtur.*

3 *Locatione finita, ſi detur remedium* leg. 2. *& nu. ſeq.*

4 *Et hoc remedium nullum habere locum multis rationibus probatur.*

5 *Remedium* l. 2. *re perempta, ſi ceſſet.*

6 *Remedium* l. 2. *procedere in locatione nobilis* tex. *expenditur.*

7 *Reſciſſo contractu per remedium* l. 2. *fructus percepti in reſtitutione non veniunt.*

8 *Conuenctus remedio* leg. 2. *neq; fructus lite pendente perceptos, reſtituere cogitur.*

9 *Fructus in locatione, ſi conſiderentur, vt quid principale, vel acceſſorium. At remedium* l. 2. *locum habeat in venditione ad tempus, & nu.* 13.

10 *Locatio ſecundum* Azon. *vt definiatur.*

11 *Venditæ rei periculum ad emptorem pertinet.*

12 *Emens rem ad tempus virtualiter intendit commoditatem acquirere perceptionis fructuum, & an cenſeatur rem emptam conducere, verbumq; vendo, transfundatur in verbum* loco?

13 *Fructus in locatione conſideratur, vt quid acceſſorium, authoritate multorum DD. probatur.*
Et opinio Pinelli *improbabilis declaratur.*

14 *Remedium* l. 2. *ad quid detur, & ſi finita locatione ceſſet?*

15 *Referuntur alij DD. Authoris ſententiam approbantes.*

16 *Contractus locationis emolumentorum, ſiue gabellarum, ac alterius qualitatis, ſi reſcindi poſſit ex capite læſionis?*

17 *In Hiſpania certa lege cauetur, in contractu gabellarum ceſſare remedium læſionis.*

18 *Et vtrum eadem vigeat ratia in conditione ſtabilium.*

19 *Tempore locationis, ſi inſpiciatur fu-*

tu-

Digitized by Google

turum periculum, & spes illa extimetur communiter vltra dimidiam conuentæ mercedis, adhuc militat remedium læsionis.

20 *Ad dignoscendum læsionem vltra dimidiam valor rei tempore contractus inspicitur, non fructus, qui medio tempore percipiuntur.*

21 *Conductor ex maximo lucro, si teneatur duplicare pensionem.*

22 *Remedium l. 2. si cesset ex confirmatione, seu ratificatione prioris contractus.*

23 *Ad fundandam læsionem in contractu officij, beneficij, vel vectigalis habetur tantum ratio fructuum triũ annorum præcedentium, siuè quinquennij ante contractum.*

24 *Dolus dans causam contractui, ipsius nullitatem inducit.*

25 *Scientia veri valoris, si non excedat dimidiam iusti pretij apta non est, nec ad annullandum, nec ad rescindendum contractum.*

26 *In Curia Ecclesiastica secundum* Couarr. *scientia veri valoris sufficit ad annullandum contractum, & si non excedat dimidiam iusti pretij.*

27 *Periculum euictionis pecuniæ anticipatæ, vt extimetur in contractu locationis officij, vt læsio euitetur.*

28 *Fideiussio præstita, quando faciat cessare læsionem.*

ARGVMENTVM.

Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. an locum habeat in locatione, & quid in locatione officij, & an maximo lucro conductoris concurrente, locatione finita debeat augeri pensio; & an subsequuta ratificatione contractus possit intentare remedium dictę leg. 2. Et tandem vtrum possit considerari dolus in locatione officij, & propter eum annullari possit contractus petendo restitutionem perceptorũ emolumentorum.

Pro D. Elionora Zapat. cum Comite Villæ Medianę.

ALLEGATIO IIII.

PETIIT Don Ioannes de Taxis Comes Villæ Medianę rescindi facere ex capite læsionis duos cõtractus locationis emolumẽtorum officij Maioris Tabellarij huius Regni, vnum, vt prætenditur, celebratum in anno 1581. cum quondam Martino Zapat; Alium verò in anno 1586. cum quondam Io: Baptista Martini prædicti fratre; Et licèt ex nota facti detecta sit iniustitia talis prætensionis, maximè non producto primo contractu rescindi petito nihilominus, vt vndiquè pateat, quàm vana sit partis instantia, infrascriptas conclusiones discutiendas esse existimaui, vt valeant iustissimi Iudices Actorum repellere, eundemquè in expensis condemnare, supposítis tamen duobus, nempè quod prima locatio (quando de ea esset tractandum) fuit in anno 91. tempore finita; secunda verò resignatione dicti officij in manibus Regis ad beneficiũ Marci Antonij Iudicis extincta.

Pri-

Digitized by Google

2 Prima conclusio erit, An Don Ioanni locatori detur actio rescissoria, ex *l. 2. C. de rescind. vend.* locatione finita tempore, vel resignatione extincta.

Secunda, An in locatione emolumentorum officij considerari possit læsio, adeòquè locator possit remedium *d. l. 2.* intentare.

Tertia, An ex maximo lucro conductoris (locatione finita) debeat augeri pensio.

Quarta, An subsequuta ratificatione contractus, in quo alter ex contrahentibus fuit læsus, possit tale remedium intentari.

Quinta, An in locationibus prædictis interuenit dolus conductorũ, adeoquè possit hodie D. Ioannes, annullatis contractibus, petere restitutionem perceptorum emolumẽtorum.

Deueniendo ad primam, concluſiuè loquendo, vt decet coram disertissimis viris, dicimus, remedium *l. 2.* non dari, locatione finita.

3 Effectus illius contractus fuit resolutus, & non remanet, quid rescindi possit, & sic ex terminis nostris, tenet *Dec. in cons.* 583. *num.* 9. cui non contradicendo annuunt Addentes, sequitur *Aluar. Valas. in tract. de iure emphit. quæst.* 28. qui refert, in Lusitano Senatu non semel fuisse iudicatum secundum *Decij* opinionem *Rot. Florent. Mago. decis.* 110. *num.* 9. *Card. Tuscus pract. conclus. iuris concl.* 293. *num.* 21. *vol.* 5. *fol.* 318. qui allegat *Alm. Cran. cons.* 151. *num.* 29. *Arism. Tepat. var. iuris sent. in fin. de rescind vend. fol.* 117. Imò non solum cessat tale remedium in contractu locationis, ipsa locatione finita, sed etiam in venditione facta ad tẽpus, ipso tempore elapso, vt communiter tenent DD. videlicet *Roman. in l. si quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. num.* 14. & ibi *Cland. Saiſ. num.* 22. *Fabia. in tract. de empt. & vend.* 8. *quæst. princip. num.* 14. *in fin. Paul. Crem. in l. 2. de rescind. vend. num.* 111. *& Cagnol. latè eod. loco, nu.* 170. *Menoch. cons.* 843. *num.* 38. ea sola ratione, quia prouisio *d. legis* est rescissiua, & quod non est, rescindi non potest, vt doctè docet *Cagnol. in d. l. 2. num.* 170. ad quod allegat *text. in l. nam & si,* §. *post defectum, ff. de iniust. rupt. & irrit. test. l. decem, ff. de verb. oblig. l. remittit, de iur. iur.* Nec huic communi opinioni aduersatur opinio *Arias Pinel.* contrarium sentientis, siquidem rationes ab ipso adductæ non vrgent, & authoritas *Alex.* allegata non probat, vt inferius demonstrabitur.

Ista opinio contra *Arr.* non solum fundatur authoritate Doctorum, &
4 exemplo rerum iudicatarum, sed etiam viuis rationibus. Certum est enim in materia *l. 2.* restitutionem rei in contractum deductæ, esse in obligatione, pretij verò supplemẽtum in facultate soluendi, secundum *Glos. in d. l. 2. Bart. ibidem num.* 16. *Bald. num.* 10. *Salyc. num.* 20. quorum opinio communiter tenetur, latè *Anton. Padiglia in repet. d. l. 2. nu.* 38. *Azeued. in l. 1. num.* 26. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua recompil.* Hinc DD. communiter dixerunt (exceptis aliquibus
5 Canonistis) cessare remedium *d. legis,* perempta, vel extincta re, ea sola ratione, quia perempta re, nulla supereſt obligatio, cùm pretium in obligationem non veniat, nec ad id præcisè agi possit; nam vbi quantitas debetur ratione certæ speciei, quę si extaret, à debitore creditori tradi posset loco illius quantitatis, perempta ea specie, debitor liber efficitur à solutione quantitatis, *Bart. in l. quod te, ff. si cert. petat. & Iaſ. ibi num.* 15. facit *text. in l. 1.* §. *vltim. ff. si cui plusquam per l. falcid. l. si seruus communis, ff. de furt.* iuncto

Digitized by Google

cto *vers. ex his igitur*: Nec dicatur, quòd prædicta procedunt in venditione, & non in locatione, siquidem
6 Iurisconsultus in proprijs terminis, quod statuit in vno, mandat obseruari in alio, *text.* est omninò videndus, non passim allegatus in ista materia *in l.* 1. §. *si quis in fraudem, in fine*, (ibi, *& in permutatione*) *ff. si quid in fraud. patron.* Si ergo D. Iannes non potest simpliciter supplementum pretij, seù mercedis petere, eo quod ius repugnat, sed perneceſsè debet instare (proùt instetit in suo libello) pro relaxatione officij; quomodò extincto primo contractu locationis, tempore, & resoluto secundo, venditione, receptoquè pretio, & officio ipso alteri collato triennio antè, potest obtinere super ipsius relaxatione? certè Domini non sine admiratione hæc audiri possunt. Nec dicat Pars, quod Iudex potest condemnare D. Elionoram ad restitutionem partis emolumentorum perceptorum vltra metam mercedis solutæ, siquidem esset error peior priore, nàm cõductor percepit fructus ex re sua, qui non veniunt in materia *d. l.* 2. etiam data ænormissima læsione; re-
7 scisso enim contractu, & re in contractum deducta, relaxata vigore dispositionis dictę legis, Conuentus non tenetur fructus interim perceptos restituere secundum veram, & receptam sententiam, quam idem *Pinel.* sequitur *in d. repet. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *& Anton. Padigl. loco cit. num.* 50. *circà fin. vers. contrariam, Misinger. obseruat.* 73. *cent.* 4. *Fab. Turr. conſ.* 79. *vol.* 2. *Azeued. leg.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua recompll. num.* 25. *Anton. Gomes. tom.* 2. *var. resol. cap.* 2. *num.* 42. *Io: Franc. de Ponte conſ.* 28. *num.* 6. *Fab. de Anna conſ.* 24. *Gutierez pract. quæst. q.* 134. secundum quam opinionem iudicauit S.C. teste peritissimo Viro *Vinc. de Franch deciſ.* 119. *num.* 20. *& latius dec.* 495. *& Rot. Roman. in nouis deciſ.* 116. quã allegat *D. de Pont. in alleg. conſ.* 28. *& Rot. Florent. Magon. deciſ.* 23. *num.* 8. Imò non solum non tenetur conuẽtus restituere fructus perceptos,
8 vsquè ad libelli oblationem, sed nec decursos, & perceptos, lite pendẽte, & post litis contestatione, vt refert *deciſ. Franc. Marc. dec.* 179. Quæ opinio in Regno nostro nullam patitur controuersiam, eoq; millies in omnibus Italię Tribunalibus secundum illam fuit iudicatum; Si ergò fructus percepti, etiam lite pendente, non possunt peti; sed *Actor* debet esse contentus restitutione rei; Quomodò igitur poterit D. Elionora astringi ad restituendum ratam dictorum fructuum, data impotentia petendi relaxationem officij? Tum quia finita prima locatione facta quondam Martino, officium iam erat restitutum, tùm etiam, quia quia iam triennio ante litem, officium erat ab ipso *Actore* resignatũ, & alteri à S. M. collatum, & sic D. Elionora conuenta non casu, & facto suo: sed dolo cum reuerentia, & facto D. Ioannis (qui contra promissa venit, resignando officium locatum mercede anticipata) priuata fuit potestate relaxandi officium prædictum.

Nec dicat Pars, quod in locatio-
9 ne, fructus considerantur, vt quid principale, & non vt accessorium, proùt in venditione, & quod propterea iudicium læsionis, finita locatione, habet subiectum restitutionis, dum censentur fructus rei locatæ principaliter venditi, qui possunt restitui, quod ex hoc possit inferri, quod opinio *Cagnol.* & aliorũ DD. qui dicunt, quod remedium *l.* 2. *C. de rescind. vend.* non procedit in venditione facta ad tempus, tem-

po-

Digitized by Google

pore ipso elapso, non opitulatur D. Elionoræ ad coadiuuandam opinionem *Decij* contra *Pinel.* & ad augendum numerum DD. tenētium eandem *Decij* opinionem, eo quod temporali venditio alicuius rei, est quid diuersum à locatione, & à venditione fructuum, siquidem pro parte D. Elionoræ replicari poterit, quod assumptum Partis non est verum, & per consequens illatio falsa; Primùm probatur, nam fructus in locatione non veniunt principaliter, ac si fructus tantùm essent venditi, sed in consequentiam contractus locationis rei locatæ, vt colligitur ex diffinitione locationis, quæ nil aliud est secundum Azonem in *sum.* quam personæ, vel rei ad vsū facti concessio, & non venditio fructuum, & ideò dum locatio est concessio rei ad vsum, res ipsa est illa, quæ in contractum venit, & quæ restitui debet, rescisso contractu, & fructus percipiuntur à conductore mediāte locatione rei sibi ad vsum concessæ, & si aliter esset, non daretur in iure contractus locationis sed tantummodo venditionis, quod est ridiculum, & conductor perceptis fructibus, amplius non posset, vti re sibi locata, quod est absurdū; Item si in locatione censentur tantummodo venditi fructus rei locatæ, Conductor non posset petere remissionem mercedis ob illius sterilitatem; nam periculum rei venditæ pertinet ad emptorem, *l. id, quod, & l. necessaria, ff. de peric. & commod. rei vend. & C. eod. tit. l. 1. & inst. de contrah. empt. §. cum autem*, & tamen contrarium disponitur in conductore, vt habetur *in l. licet, C. locat. & si merces, §. vis maior, ff. eod.* ergo, vt dixi, assumptū non est verum, quod fructus in locatione tantummodo venditi censentur, & illatio est, est falsa, nam inter locationem, & venditionem ad tempus nulla adest differentia, & sunt synonima; nam venditio ad tempus, locatio est: nullum enim discrimen considerari potest inter vnum, & alium modum contrahendi, vt, in individuo fundat *Tiraquell. de retract. lign. §. 1. Glos. 14. num. 86.* ad quod facit singularis doctrina *Bald. in rubr. C. de vsur. nu.* 12 14. & 15. vbi dicit, quod ille, qui ad tempus emit, virtualiter non intendit acquirere, nisi commoditatem perceptionis fructuum, durante illo termino, imò qui fructus vēdit ad certum tempus, censetur locare rem, & verbum, *vendo*, transfunditr in verbum, *loco*, & pretium in mercedem, & talis venditio est vera locatio, adeò quod conductor, potest petere remissionem mercedis ob sterilitatem, quia per nuncupationem contrahentium non potest mutari veritas contractuum, vt copiosissimè fundat *Menoch. consil. 27. nu. 42. vsq; ad 47.* cui nihil addi potest: Remanet igitur fundatum, opinionem *Decij* contra *Pinel.* esse veram, communem, & melioribus rationibus fulcitam.

13 Habemus omninò pro nostra opinione infrascriptos DD.

Decium.

Alvar. Valasc. qui dicit, quod secundum opin. *Decij* pluries fuit iudicatum.

Menoch.

Decis. Rot. Florent. vbi dicit, quod Rota sequuta fuit in iudicādo opinionem *Decij.*

Card. Tuscum.

Et si attendimus ad fundandam communem opinionem relationem Doctoris, habemus *Arism. Tepa.* qui omnes loquuntur in locatione.

Habemus etiam *Cagnol.*

Et ante ipsum *Roman.*

Claud. Saiss.

Paulal. Crem. &

Fabian. qui loquuntur in venditione ad tempus, quæ locatio est, vt suprà est fundatum, ac etiam *Aim.*

Cran à Card. Tusc. allegato.

Nec obstant verò doctrinæ DD. pro contraria opinione adductæ, videlicet *Pin.* quia rationes non concluditur; dum enim *Pin.* fundat suam opinionem in eo scilicet, ꝙ finita locatione, adhuc viget legis
14 ratio, obstat ei comm. opin. nam remedium *l.* 2. datur ad rem consequendam, & non ad supplementum pretij, vt suprà est fundatum, & propterea re non existente, cessat legis ratio. Item quatenus dicat, ꝙ sicuti finito contractu emptionis, & venditionis, traditione rei, & solutione pretij, conceditur remedium legis prædictæ; sic non est denegãdum, finita locatione, non benè argumentatur, salua pace tanti viri, nam multum interest inter extinctionem rei in contractum deductę, & perfectionem contractus, primò casu non durat effectus contractus, nec adest res restituenda; in secundo adest vterque, scilicèt effectus, & res, & non dicitur cõtractus finitus, sed perfectus. Nos enim non dicimus, quod non datur actio *l.* 2. contractu locationis perfecto, traditione rei, & pactione mercedis; sed affirmamus, remedium *legis* prædictæ cessare, finita locatione, & restituta re locata; & ideò argumentum doctissimi *Pinelli* corruit, vltra quod tali argumento obstant duæ communis opinionis supra relatæ, siquidem omnes DD. quos viderim in allegata *l. si quis cum aliter ff. de verbor. obligat.* & alibi, vt supra est fundatum, dixerunt, quod remedium *leg.* 2. non datur in venditione rei ad tempus facta, tempore elapso, & alij, quod non competat perempta re vendita; & tamen omnes supponunt contractum perfectum, traditione rei, & solutione pretij, quæ rationes non fuerunt cõsiderate à *Pin.* & ideo nõ est mirũ, si cõtrariã opinionẽ pro vera habuit.

15 *Alex. in cõs.* 107. *n.* 18. *li.* 3. nec imaginatiè articulum propositũ tractat.

Anton. Gama in decis. 29. fundat suam decisionem in lege illius Regni, & propterea non meretur allegari in decisione facienda in Cons. Regni Neapolis, vbi non viget lex illa particularis.

Alnar. Valas. non solum non tenet opinionem *Pinelli*, sed illam improbat, atque confutat, & tenet opinionem *Decij*, & propterea est delendus à numero.

Mattiens. refert tantummodo opinionem *Decij*, & *Pinelli*, & neminem approbat, vel reprobat, & ideò non est connumerandus inter sequaces opinionis *Pinelli*.

Genuæ, idem facit, & penitus nihil dicit, imò videtur esse cum *Decio*, siquidem *in quæst.* 443. est in opinione, quod re perempta, cessat remedium læsionis.

Guttier. attento iure comm. videtur inclinare in opinionem *Decij*, quia *in quæst.* 137. tenet, quod re perempta, cessat remedium læsionis, sed dicit, quod opinio *Pinelli* est æqua, & subdit ista verba: *Sed quod magis vrgèt pro hac sententia, quàm reputo veriorem, & in praxi tenendam, est nostra lex 1. tit. 11. lib. 5. nouæ recompilationis*, Ergo in Regno nostro, vbi non vrget illa lex, nõ est curandũ de opinione *Guttier.*

Fachin. vltimo loco allegatus quæstionem non disputat, nec *Doctores* allegat, adhæret tamen opinioni *Pinelli*, absquè alio fundamento, & propterea de eo non est curandum; Nam DD. qui non disputant articulum, sed simpliciter adhærent alicuius Doctoris opinioni, non sunt in consideratione pro facienda cõmuni opinione, *Abb. in t. bona, et 2. n. 30. vers. sed mihi, de postul. prælat. Fulgos. cons. 101. num. 3. vers. namque, Ias. cons. 151. vers. dicitur, col. 3. lib. 4. Silua nouar. lib. 3. num. 29. Socin. Iun. cons.*

Digitized by Google

conſ. 1. num. 143. Rim. Iun. in l. vt vim, num. 398. ff. de iuſt. & iur. Strac. de Spouſ. par. 4. §. quæſo igitur, nu. . Remanet igitur fundatum, opinionem *Decij* eſſe veram, communem comprobatam exemplo rerum iudicatarũ, & optimis rõnibus fulcirã.

16 Secũda verò principalis cõcluſio eſt adeò clara ad excluſionem intẽtionis D. Ioannis, quod non patitur diſputationem, ſiquidem contractus locationis emolumentorum officij, ſeu Gabellæ, aut alterius rei eiuſdem qualitatis, non poteſt reſcindi ex capite leſionis, eo quod nulla leſio conſiderari poteſt, quando venduntur, vel locantur redditus incerti futurorum annorum, ex diſpoſitione *text. in l. ſi ea lege, C. de uſur.* & ibi *Bald. num. 10.* facit *text. in l. 1. C. de pact. & in l. fideicommiſſo, C. de tranſact.* & in proprijs terminis conſuluit idem *Bald. in conſ. 242. vol. 5. col. 3. verſ. cum vero*, vbi dicit, quod Vniuerſitas conqueri non poterat, ſi conductor pedagij multum lucratus fuerat, *Parpur. in conſ. 492. num. 35. lib. 2. Menoch. in conſ. 843. num. 34. Cremen. in d. l. num. 134. Anton. Padigl.* idem affirmat in conductione fructuum alicuius beneficij, vel iuris exigendi quartas re-
17 gias. Hinc in Regno Hiſpanię certa lege ſtatutum fuit, & ceſſare temedium læſionis in conductione gabellarum, vt *Padigl. notat. ibidem num. 16.* videtur enim eo caſu ſola ſpes empta, vel locata, quæ vendi, vel locari poteſt, *l. nec emptio, ff. de contrab. empt. & l. ſi iactum retis, cum ſimilib. ff. de action. empt.*

Nec obſtat, quod idem eſſet di-
18 cendum in conductione prædiorũ, vel domus, quia in eis non adeſt tanta incertitudo, cum de ſui natura producant certam quantitatem fructuum, percepto autem fructuum ex pedagio, ſeù gabellis, tota dependet ab euentu fortunæ, ità in proprijs terminis *Menoch. conſ. 844. n. 6.*

Eſt benè verum, quod ſi tempore locationis, inſpecto futuro peri-
19 culo, & deductis expenſis, ſpes illa æſtimaretur communiter vltrà dimidiam conuentæ mercedis, tunc benè diſpoſitio illius *l. 2.* haberet locum, quæ quidem æſtimatio erit facienda habito reſpectu ad illud, quod res illa ſolita erat locari tempore contractus, *Roman. in conſ. 368*
20 *num. 9. & 423. num. 1. & 2.* Ad dignoſcendam enim læſionem vltrà dimidiam, non æſtimantur fructus, qui percipiuntur ſingulis annis, ſed inſpicitur valor temporis contractus, *l. ſi in voluntate, in fin. C. de reſcind. vendit. l. 3. §. Diui fratres, ff. de iure Fiſci, & cap. cum cauſa, extra, de empt. & vend.* quia cum poſtea potuerit ità minui, ſicut augeri res deducta in contractum, læſio ſi qua obuenit ex caſu, non habetur in cõſideratione *d. l. fideicommiſſo, C. de tranſact.* & in proprijs terminis *Bar. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. & vectig. in l. ſi merces, §. vis maior, ff. locat. & in d. l. 2. num. 16. & Bald. in conſ. 475. nu. 12. lib. 1.*

Sed ſic eſt, quod pars inſpecto tẽpore contractus deductis expenſis neceſſarijs pro regimine officij (quę debent deduci ad finem dignoſcendi verum valorem rei, vt pulchrè declarat *Bald. in d. l. 2. num. 37.*) & habita ratione anticipationis factæ tempore contractus, prout de ea habendam eſſe rationem, refert *Menoch. in prælleg. conſ. 844. nu. 55.* non poteſt fundare læſionem vltrà dimidiam iuſti pretij, vt in nota facti eſt fundatum, & cum ſimus in venditore, ſeù locatore dicente ſe læſum vltrà dimidiam, omnes DD. conueniunt, tunc dici læſum vltrà dimidiam iuſti eiuſdem rei valoris veluti ſi res, quæ valebat, vel fuit in redditu decẽ, fuerit vendita, vel locata pro quatuor, prout eſt *Gloſ.*

Digitized by Google

communiter approbata *in d.l. 2. in verſ. Iudicis, Abb. in cap. cum dilecti nu. 2, de empt. & vend.* licet differant in emptore, ſeù conductore, prout latè diſſerit *Couar. d. lib. var. reſol. 2. cap. 3. num. 8.* Ergo actio intentata per D. Ioannem corruit.

Tertia quæſtio eadem facilitate deciditur, ſiquidem conductor ex
21 maximo lucro non cogitur duplicare penſionem, *text.* eſt ad litterã, non violando eam, *in l. ſi merces, §. vis maior, ff. locat.* ibi, *quia immodicum lucrum ab eo non aufertur*, & licèt *Gloſ.* aliter intellexit litteram, nihilominus communiter reprobatur, vt tenent *Saly., Fulgoſ. & Paul. ibidem*, ſequitur *Aret. in l. ſi quis cum aliter. num. 8. ff. de verb. oblig. Pinell. in d. l. 2. cap. num. 34. Beria. in tractat. de Gabell. par. 2. num. 39. Anton. Gomeſ. de contract. cap. 13. num. 19. Ferdin. Vaſ. 2. tom. quæſt. vſufrequen. lib. 6. cap. 54. num. 10. Valaſ. de iure emph. quæſt. 27.*

Quod in caſu noſtro abſque difficultate procedit, ſiquidem renunciatum fuit à Io: Baptiſta iuri petendi excomputum, vel diminutionem penſionis, quando emolumenta decreſcerent ex quauis cã opinata, vel inopinata; nam ſicuti Io: Baptiſta nõ potuiſſet emendam petere à D. Ioanne in caſu diminutionis; ita D. Ioannes non poteſt agere ad ſupplementum ob augumentum emolumentorum, *Brun.* in proprijs terminis *in tract. de augum. concl. 23. & 24.* quem refert, & ſequitur *Steph. Grat. in deciſ. Rot. March. deciſ. 85. nu. 5.*

His accedat, quod augumentum in caſu noſtro potiſſimum ſuperuenit ex induſtria conductoris, nouas comitiuas introducendo, idemque officium ab introductione nouæ cõductæ defendendo, vt latiſſimè eſt deductum in facto, & ſecundũ hanc opinionem fuit in Regia Camera
22 iudicatum in cauſa Io. Aloyſij Boſ cum Baptiſta Balſamo, vt patet in proceſſu fol. 619. à terg.

Ad quartam verò concluſionem arbitror non eſſe deueniendum, ſiquidem ex tribus iam reſolutis detectum fuit, quàm vana ſit partis prętentio; tamen, vt nihil intactum remaneat, dicimus, in facto fuiſſe probatum, contractum celebratum in anno 1586. inter D. Ioannem, & quondam Io: Baptiſtam, fuiſſe ſequenti anno ratificatum ſpecifica quo fit, vt ſi aliàs remedium *l. 2.* competeret Actori aduerſus contractum
22 primum, ad prẽſens tali actioni prẽcluditur via, ſiquidem data confirmatione, ſeu ratificatione prioris cõtractus, ceſſat tale remedium, latè *Rolan. à Valle conſ. 59. vol. 1. n. 30. & 33. Crauett. conſ. 151. nu. 31. & conſ. 160. Dec. conſ. 180.* poſt *nu. 5. verſ. ſecundum*, vbi *additio. Tobi. Non. conſ. 68. nu. 3. Caccher. deciſ. 39. nu. 15. verſ. contraria vera opinio*, & iterum *deciſ. 90. nu. 5. Cotta in memorial. verb. geminatio verborum*, & in ſpecie, quod excludat læſionem, tradiderunt *Conar. in cap. quamuis par. 3. §. fin. nu. 6. verſ. octaua concluſio, de pact. in 6.* poſt *Dec. conſ. 216. ad fin. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 7. §. 12. nu. 37. verſ. ad, uerte, Rub. Alex. conſ. 133. nu. 9.*

Quinta, & vltima quæſtio non eſſet diſputabilis, ſi pars aduerſa verum, & non aereum factum ſuppoſuiſſet, ſed quia illud, quod nunquam fuit expoſuit, & ſuper eo iuris concluſiones applicauit, ideò ſum coactus verum factum narrare, & inſimul fundare, quod quicquid fuit à parte allegatum, aliam, & non præſentem cauſam reſpicit.

Suppoſuit pars aduerſa ad fundandum dolum Martini, & per conſequens nullitatem primæ locationis quod Martinus Zapata ante quàm proficiſceretur Hiſpaniam ad con-

ducen-

Digitized by Google

ducendum officium, sublocauerat membra illius, ac si officium prædictum ab ipso conductam fuisset; & quod peius, palàm, exigua mercede, occultè verò immensa, vt mediante exhibitione prædictarum sublocationum, potuisset inducere quondam D. Ioannem in anno 1582. ad sibi locandum officium prædictum pro tam exigua pēsione ducatorum 4900. tempore quo emolumenta ascendebant ad ann. duc. 12000. Domini, non possum non mirari, dum video, partem sic audacter fabulam tam inuerisimilem narrare, siquidem Martinus cōduxit officium die 13. Septembris 1578. vt patet fol. 654. decessit eodem anno, & D. Allegra mater, & hæres sublocauit illius membra in anno 1579. 1580. 1581. vt patet fol. 75. & 195. Quomodo ergo Martinus defunctus in anno 78. poterat in anno 1582. resurgere à mortuis, & Hispaniam proficisci ad cōducendum officium? & si conduxit illud in anno 78. quomodo sublocatione factæ a sua hærede in anno 79. 80. & 81. erant actæ ad circumueniendum D. Ioannem contrahentem in dicto anno 78. certè, Domini, sola ista fabulosa facti narratio mouere debet animum rectè Iudicantium ad repellendum Actorem à limine istius iudicij.

Nec est verum, quod tempore prædicti contractus emolumenta officij prædicti ascendebant ad ann. duc. 12000. vt pars affirmat; sed vix, deductis deducendis, hæres Martini consecuta fuit illud, quod promisit, vt in facto est demonstratum, & ideo cessat rescissio. De iure enim ad fundandam læsionem in contractu locationis officij, vel vectigalis non inspicitur illud, quod à conductore perceptum fuit post contractum, sed tantummodo est habenda ratio fructuum trium annorum præcedētium, vt post *Carroc.* & alios ab ipso allegatos *in tract. locationis, in tit. de consuet. & de rescind. vend. num.* 13 & 16. fundat *Menoch. cons.* 1121. *nu.* 9. *vol.* 12. qui alios allegat, & loquitur in conductione vectigalium Ducalis Cameræ Mediolani, imò *Petr. August. Morla in emporio iuris par.* 5. *tit.* 9. *quæst.* 19. *nu.* 9. *vers. Tertio aduerte*, est in opinione, quod in iudicio læsionis ad probandum verum valorem mercedis, seù pensionis alicuius beneficij, vel alterius rei locatæ, cuius fructus dependent à futuro euentu, sit inspiciendum illud, quod vectigal, vel beneficiū fuit in redditu per quinquennium ante contractum, nulla habita ratione fructuum, seù emolumentorum annorum subsequentium, idem videtur sentire *Bart. in alleg. l. eorem fœno, §. qui maximus, num.* 8. *C. de publicat. & vectig.* dum dicit, quod in iudicio læsionis non sunt appretiandi fructus, qui à conductore, vel locatore percipiuntur; sed quod cōsuetum erat percipi ex re locata, vel vendita ante contractum, ad quod allegat *text.* in terminis in *alleg. l. si ea lege, C. de vsur.* cum *Bar.* tenet *Roman. in alleg. cons.* 423. *num.* 1. & 2. quem allegat, & sequitur *Menoch. in eod. cons.* 843. *num.* 43. Sed sic est, quod ante contractū Martini emomenta officij (vt in facto est demōstratū) non excedebant mercedem promissam, ergo contractus ille rescindi non potest.

Nec potest annullari ob dolum, & rescindi ob læsionem conductio Io. Baptistæ; siquidem solus dolus dans causam contractui inducit nullitatem contractus, vt habetur in *l. eleganter, ff. de dol. gloss. in l. si dolo, in. verbo deceptam, C. de rescind. vendit* de quo latè *Canala* à parte allegato *in specul. commun. opin. contr. comm. quæst.* 226. & *Molin. de contract. disp.*

sp. 259. *num.* 5. & alij à prædictis Author. allegatis, qui vnanimiter dicunt, quod dolus annullat contractum, quando alter contrahentium non erat aliter contracturus, & dolo fuit inductus ad contrahendū, & tamen in casu, de quo agitur, talis dolus non solum non fuit à parte probatus, sed nec deductus, & allegatus: & maxima cum ratione, nam non poterat deduci, & allegari, postquam D. Ioannes omninò erat locaturus, nec poterat non locare; tenebatur enim personaliter seruire in Curia S.M.

Fuit etiam in facto probatum, quod D. Ioannes requisiuit Io. Baptistam, vt conduceret, indigebat enim magna pecuniarum quantitate, quam consequi non poterat, nisi mediante locatione officij, & cum effectu illam consequutus fuit à Io. Baptista.

Nec dicat pars, prout exposuit in eius supplicatione, quod contractus prædictus annullandus venit, eò quod Io. Baptista sciens verum valorem officij, induxit Don Ioannem ad illud sibi locandum pro mi-
25 nima, & exigua mercede; Nam scientia veri valoris non solùm non est apta ad annullandum contractum, sed nec est sufficiens ad illum rescindendum, quando læsio non excedit dimidiam iusti pretij, de quo latè per *Molin. tract. de contract. disput.* 352. *num.* 15. & ante ipsum *Conrad. de contract. in compendio quæst.* 55. *vers. duodecim*
26 *dictum fol. mihi* 27. & est communis opinio, licet *Couarr.* aliter sentiat, quando causa ageretur in Curia Ecclesiastica; tunc enim secundum ipsum, scientia sufficit ad rescindendum, etiam non dato excessu vltra dimidiam.

Dum ergo habemus communem opinionem pro nobis, & sumus in foro seculari, sequitur, quod pars nobis auctoritatē pro se allegare potest, & per consequens malè egit in iudicio nullitatis ex dolo resultante ex scientia veri valoris; dolus enim aperte probari debet, cum nō præsumatur, *l. quoties*, §. *qui dolo, ff. de probat. cum concordantib.*

Nec minus rescindi potest, vt dixi, ob læsionem, siquidem, inspecto tempore contractus, quod tempus est attendendum, vt suprà est fundatum, nulla considerari potest læsio in contractu Io. Baptistæ, & maximè consideratis illis circumstantijs, quæ de iure alterant, & minuunt pretium rei in contractum deductæ, quæ omnes considerari possunt in casu nostro. Tunc temporis vrgebat ordo S.M. pro faciendis pandectis, directuum officij, quæ si facta fuisset, emolumenta officij prædicti essent diminuti, & redacti ad nihilum, vt patet in instrumentis sublocationum factarum à D. Allegra in anno 77. in quibus adest pactum, quod facta pandecta, liceat subcontractori recedere à subaffitto fol. 660. à terg. 662. & 663. Timor enim belli, vel alterius futuri periculi minuit pretium, & res vendita minoris æstimari debet in iudicio læsionis, vt in propria nostra materia fundat *Surd. cons.* 217. *n.* 31. *in fin.* & 52. & latissimè *D. Io. Franc. de Ponte in cons.* 53. *num.* 31. *& seq.* & 43. Io: Baptista anticipauit duc. 32000. in circa, quæ anticipatio similiter minuit pretium, vt similiter fundat *Menoch. in alleg. cons.* 844. *num.* 55. Item non aderant alij conductores, qui anticipatè soluere potuissent tam immensam quantitatē, vt considerat *Couar. var. resol. li.* 2. *c.* 3. *nu.* 4. *vers. quinto infertur, & Surd. loc. citato.*

Est etiam habenda ratio expensarum, & laborum, & occupationis.

per-

Digitized by Google

personæ, de quo latè *Aleiat. lib. 8. re. sponſ. conſ. 23. num. 17.* latiſsimè *D. de Ponte in alleg. conſ. 53. nu. 42. cir*
27 *ca med.* Et finaliter eſt æſtimandum periculũ euictionis anticipatę pecuniæ (vt omnes prædicti DD. in locis allegatis conſiderant) ſi enim D. Ioannes locator deceſſiſſet ſtatim recepta pecunia, Io: Baptiſta amiſiſſet duc. 32000. Nam D. Ioannes tenebat officium à Regia Curia, ſua vita durante, quod periculum ad minus eſt appretiandum ad rationem duc. quinque pro centenario, vt practici teſtantur.

Nec eſt curandum de fideiuſſio-
28 ne præſtita à prædicto D. Ioanne, ſiquidem fideiuſſit, & ſocrus, fideiuſſerunt, & famuli omnes degentes in Regno Hiſpaniæ, qui quãdo fuiſſent habiles ad contrahendum, & ſi idonei ad ſoluendum, adhuc vilius æſtimanda eſſet penſio locationis prædictæ ex his, quæ dixit *Ripa in reſponſ. 116. nu. 4.* Nam creditor eſſet coactus pro exigendo creditum ſuum, propriam domum relinquere, vel procuratorem deſtinare in longinquis partibus, quod fieri non poteſt, niſi cum labore, & immenſis expenſis, quæ omnia conſiderantur à *Rip. loc. cit.*

Et ex his remanet fundatum, D. Comite Villę Medianæ malam cauſam fouere, & per conſequens, D. D. Elionoram eſſe omninò abſoluẽdam. Hæc ſcripſi in iudicio nullitatis, & læſionis ex deductis in ſupplicatione olim porrecta pro parte quondam D. Ioannis Patris. Illud enim quod ſine aliquo fundamento ad præſens allegatur ad fundandam nullitatem contractuum ex defectu regij aſſenſus, reicitur, & confutatur, ex his, quæ allegaui in cauſa reconuentionis, vbi plenè fuit fundatum, aſſenſum regis non fuiſſe neceſſariũ in locationibus officij Curſoris Maioris, & per conſequens ceſſare nullitatem, etiam ex allegatis ab eximio viro *D. Io: Franciſco de Ponte meo Domino in deciſion. 37.* cui deciſioni in iſta materia nihil addi poteſt.

De hac eadem cauſa agit Præſes Anellus Amatus conſ. 21. 22. & 23. vbi aſſerit deciſum huiuſmodi: fuit præſens controuerſia deciſa Iunctis Regijs Conſiliarijs trium Aularum cum interuentu Supremi Collateralis Conſilij, & condemnatus Ill. Conuentus ad ſoluendum ducatos centum viginti mille.

SVMMARIVM.

1 *Actoris pretenſio. Et vtrum ex locatione ad lõgum tempus tranſeratur vtile dominium in conductorem.*

2 *Feudum ad longum tempus locari nõ poteſt abſq; Domini directi aſſenſu, & cur?*

3 *Locatio ſi fiat indefinitè, ſine durante locationis vita ad longum tempus non dicitur, vt propterea ſub prohibitione contineatur.*

4 *Officium ſi locetur ad longum tempus abſque aſſenſu requiſito, an ſubſtineatur locatio.*
Et vt Officialis habent dominium in officio, ſine aliquod ius reale, ſed tãtum exercitium, vel adminiſtrationem.

5 *Feudatarius feudo priuatus, ſi à Principe reſtituatur, feudum non recuperat, & cur?*
Et vt ſit idem in officiali officio priuato, poſtmodum ad id reſtituto dici.

6 In-

Digitized by Google

6 *Inter iurisdictionem concessam in officium, & data in dominium differentia magna cernitur.*
Et declaratur practica, quæ adest in resignatione officij.

7 *Officium absque Principis collatione exerceri non potest, & quid de feudo.*

8 *Habens tantummodo exercitium temporale eius vita durante, non prohibetur id ad longum tempus locare.*

9 *Maritus, vt possit dotem ad longum tempus locare.*

10 *Locatio rei dotalis à marito facta ad longum tempus per mariti mortem resoluitur.*

11 *Cursor Maior Regis, in loco digniori debet personaliter seruire, in alijs verò per substitutum.*

12 *Resoluta causa nullitatem inducente, siue re non integra, resolvitur ipsa nullitas.*
Et locatio ad longum tempus, etsi perducat translationem vtilis dominis, finito tamen longo tempore, omnia censentur extincta, nullumq; effectum producere possunt.

13 *Emphiteuta, si emphiteusim vendat, Domino inrequisito, & antequam Dominus conquerat emphiteusim recuperet, in commissum non incidit.*

ARGVMENTVM.

Dominium an transferatur ex locatione ad longum tempus; & an feudum ad longum tempus locari possit; & quando dicatur ad longum tempus locatio; & an officium locari possit ad longum tempus; & alia plura de locatione ad longum tẽpus.

ALLEGATIO V.

VEREOR Domini, ne debile, & inefficax partis fundamentum, ex meo silentio, robur accipiat, in illo scilicet articulo, an contractus locationis officij ad longum tempus sustineri possit, absquè Regio beneplacito, & essensu, & licèt erat mihi in animũ expectare tempus congruum, & præsens non contrarere, dum adhuc talis nullitas iudicialiter proposita non sit: nihilominus melius cogitanti, expedire mihi visum fuit aliqua scribere, circa validitatem talis contractus, nec nullitatis exceptio non confutata impedimentum præbeat, quin possit S.C. D. Ioannem locatorem condemnare, ad emendam interesse passit a conductore, ob voluntariam officij resignationem, annis præteritis factam in manibus Suæ Maiestatis, ad beneficium quondam Marci Antonij Iudicis, pretio recepto, locatione adhuc non finita.

1 Prætendit D. Ioannes de Taxis, contractum dictæ locationis declarari facere nullum, siquidem ex tali locatione ad longum tempus, censetur translatum vtile dominium officij prædicti in conductorem, quod est prohibitum, ex his, quæ notantur in *l. 1. §. quod autem*, ait *Prætor, ff. de superficieb.* & probatur *in l. fin. si ager. vectig. vel emph. pet.* proùt dispositum repetitur in feudo, quod
2 locari non potest, ad longum tempus, absquè Domini assensu, ea ratione, scilicèt, quia fœudatarius sic

lo-

Digitized by Google

locando, censetur suum vtile dominium alienare, quod non conceditur absque assensu, de quo latè per *Camer. in cap. Imperialem de prohibit. feudi alienat. per Feder. fol. 18. lit. F. & G.* & his, & alijs prætendit idem esse iudicandum in officio, cuius vēditio absque Regis licentia prohibita est, & per consequens non solùm intendit, annullato contractu, emolumenta percepta à conductore recuperare, sed etiam fundare, non dari actionem euictionis D. Elionoræ hęredi conductoris, cui in amplissima forma promissa fuit.

At pro parte D. Elionoræ replicatur, exceptionem prædictam nullitatis ex defectu assensus, non esse iuridicam: locationem fuisse validam, promissionemquè euictionis efficacem esse, & per consequens D. Ioannem teneri ad obseruantiā promissorum.

Dicit D. Elionora, quod contractus, de quo agitur, non solùm permittitur in officio, absquè periculo nullitatis, sed etiam in feudis approbatus reperitur, ex quò non aliter appellari potest contractus locationis ad longum tempus, licèt locatio duratura erat per annos quindecim; debet enim recordari D. Ioannes, quod ipse non locauit officium quondam Ioannis Baptistę Zapattę simpliciter per spatium annorum quindecim, adeò quod ipso moriente infrà tempus prædictum licuisset conductori durante eius vita infrà dictos annos quindecim continuare, imò specificè fuit conuentum inter ipsum, & conductorem, quod succedente casu mortis in persona Don Ioannis, pensio anticipata restitueretur, cui promissioni accessit fideiussio; quo fit, vt non aliter talis locatio ex defectu assensus annullari possit. Aliud. n. est locare ad longum tempus, & ab initio certum redere conductorem pro toto tempore conductionis: Aliud verò locare ad certum tempus, durante tamen vita locatoris, infrà tempus prædictum, vel quod maius est, indefinitè, vita ipsius durante.

Primò enim casu transfertur vtile dominium conductorem; Secundò verò non; nam licèt quis possit viuere centum annis, potest etiam statim mori, & propterea ratione incertitudinis non dicitur talis locatio ad longum tempus, & ex ea non trasfertur ius in re, & consequenter est valida absque assensu, ità tenet, & fundat *Camer. in cap. Imperialem eod. fol. 18. lit. K. L. & M.* ex doctrina *Iser. in eod. num. 3. & in constit. Constitutionem Diuæ Memor. in vers. transactionis, cap. in inuest. in vers. feud. locationis, in fin. Frecc. in limit. ad constit. constitutionem Diuæ Memor. num. 42. cur. in 4. par. tract. feud. num. 106. in fin. Martin. Laud. in eodem cap. Imperialem, num. 13. Iacob. in inuest. in vers. ità etiam, num. 15.* latissimè *Schrader. par. 8. cap. 1. num. 12. Cassan. in consuet. Burg. Rubr. 3. §. 8. num. 4.* Dum enim D. Ioannes locauit fructus, & emolumenta dicti officij durante vita sua, infrà tamen tempus annorum quindecim, remanet fundatum, contractum dictæ locationis fuisse validum, absque Regio assensu; tum ad finem ne cogatur conductor restituere fructus perceptos durante conductione, tum etiam, ne possit D. Ioannes sub prætextu inualiditatis, & nullitatis contractus, euitare solutionem interesse passi, & patiēdi ex causa resignationis dicti officij infrà tempus prædictum.

3

4 Secundò, & melius (si in ista materia bono melius inueniri potest) dicitur, quod locatio, de qua agitur, & si ad longum tempus (quod

Digitized by Google

expresse negatur) adhùc est valida, & sustineri debet, absque assensu, ex quo ex ea non aliter fuit translatum ius in officio, pro cuius articuli discussione est sciendum, quod officialis nullum habet dominium in officio, nec ius aliquod reale. sed tantummodò vita eius durãte exercitium, & administrationem, de quò latè *Alciat. cons.* 31. *lib.* 3. *fol.* 351. *in impressione Basileæ incip. quæritur, an exceptio*, hinc Io: *Fab. in* §. *cum autem inst. quib. mod. ius pat. pot. sol.* 5 *num.* 4. magistraliter dixit, quod feudatarius restitutus non recuperat feudum alteri concessum, quia Princeps restituendo non potest dominium medio tempore alteri quæsitum tollere: sed officialis benè recuperat officium per restitutionem, etiam quod alteri fuisset collatum; ea tantummodo ratione, quia Princeps potest ad sui libitum tollere, & dare officium, ex quo in eo non cadit dominium, faciunt etiã notata à *Frecc. lib.* 2. *de subfeud. q.* 50. 6 *num.* 7. In quo loco facit differentiam inter iurisdictionem concessam in officium, & illam, quę in dominium data fuit, & propterea inoleuit practica, quod quãdo quis vult in alium disponere de officio, illud non vendit, nec vtitur alio habili titulo ad translationem dominij se officium resignat in manibus Domini, à quo illud habuit ad finem, vt de eo inuestiri possit persona, ad beneficium cuius resignatio facta fuit. ita *Rebuff. in pract. benefic. in tit. de resignatione expressa, num.* 14. & *in tract. de pacif. possess. num.* 241. *Francisc. Marc. decis.* 228. *par.* 1. quod nedum procedit in officio, sed etiam in iurisdictione concessa in officiũ, de quo latè *Fulu. Pacian. cons.* 3. *n.* 9. 7 & ratio est, quia officium nõ potest exerceri absque Principis collatione, vt in *l. fin. C. de off. Magist. offic.* quod secus est in feudo, nam feudũ possideri potest sine assensu; hoc iacto fundamento, dico, quod tunc demum locatio ad longum tempus est prohibita, quando ex ea potest transferri vtile dominium, sed quando 8 ille, qui locat, nullum habet dominium, sed tantummodo exercitium temporale vita eius durante, si potest tale exercitium, vel perceptionem emolumentorum ad breue tempus concedere, non prohibetur, & ad longum tempus locare, ex quo nihil plus tribuit longum, quam breue tempus, hanc distinctionem didici à *Vincentio Carrocio in tract. locati, in tit. de locatione sine tempore, num.* 9. dum tenet in conductorem ad longum tempus vsusfructus, vel appaltus gabellarum, non trãsire vtile dominium, vel aliquod ius in re, sed nihil boni allegat; at quia facilis est inuentis addere, inueni graues Authores hanc opinionem affirmare, nempè *Bald. Nouel. in tract. dotis par.* 7. *inspect.* 1. *nu.* 19. vbi limitat dispositionem *legis Iulia* 9 prohibentis alienationem fundi dotalis non habere locum in locatione ad longum tempus, tamen secus est in marito, quia maritus sic locãdo non abdicat à se dominium, ideò non prohibetur talem contractum facere; resoluto enim iure suo, resoluitur etiam & locatio. Antè ipsum idem affirmauit *Bosch. in tract. de legit. nupt. par.* 6. *num.* 57. hanc eandẽ opinionem sequitur doctissimus *Pinell. in l.* 1. *C. de bon. matern. nu.* 71. *in fin. vers. longum tempus*, vbi non solum sequitur *Bald.* opinionem, sed addit, quod nec vxor in tali casu in vita mariti, potest talem locationẽ rescindere, licèt alias *Marius* rei dotalis alienationem à se factam vxoris nomine reuocare possit, ad not. per *Glos. & DD. in princ. inst. quib. alien.*

Digitized by Google

alien. licet, Pinell. sequitur *Barbosa in l. si filius familias, §. fin. ff. solut. matrim. num.* 11. & ratio est, quia maritus, qui temporaliter est dominus rei dotalis, & vsufructuarius, qui vita durante perceptionem fructuũ habet, vel Officialis, cui tantum in vita exercitium officij conceditur, & emolumentorum perceptio, locando ad longum tempus fundum dotalem, vel commoditatem vsus fructus, aut perceptionem emolumentorum officij, nullum damnum inferunt vxori, proprietario, vel dominio; tum quia non possunt ius
10 in re transferre, ex quò illud non habent, tum etiam, quia per mortem resoluitur talis locatio; nec dicatur, quod exempla adducta, & doctrinę allegatæ non possunt habere locum in casu nostro, in quo ipsum officium (& sic exercitium) cum perceptione emolumentorum fuit locatum, & non simplex fructuũ perceptio translata (quod videtur prohibitum) dum, vt fundaui, officium non potest exerceri absqnè Regis diplomate, siue ad modicum, siuè ad longum tempus, nam replicatur, quod D. Io. vtrumque legitimè fecit; validè enim transtulit exercitium, & absqùe timore nullitatis locauit emolumentorum perceptionem, probatur absqùe difficultate, nam D. Ioannes habet à Rege potestatem exercere faciendi officium per substitutum, quæ potestas fuit concessa eo ipso, quod de officio fuit inuestitus; fuit enim D. Ioannes creatus Cursor Maior,
11 cuiusvis ditionis potentissimi Regis nostri, & propterea, dum non potest eodem tempore in quolibet loco personaliter adesse, debet in loco magis digno seruire personaliter, & in alijs per substitutũ, doctrina est *Geminiani in cap. non potest, §. illud autem de prabend. in 6. num.* 11. idem tenet *Rebuff. in prax. benef. in tit. de dispensatione de non residendo, num.* 28. *fol.* 230. in magnis, per *text. in cap. extirpandæ, §. qui verò, de prabendis*, & hoc nullum habet dubiũ, & si aliter diceretur, concessio esset inutilis, & experientia docet, nam D. Io. residere debet, proùt residet in Curia dicti nostri Regis, in alijs verò Regnis, & ditionibus per substitutum deseruit. Si enim potest D. Ioanne substituere, ergo eidem licuit exercitium officij in Io. Baptistam trasferre, potuit etiam & fructuum perceptionem locare, illosq; vendere, non solùm sua vita durãte infrà quindecim annos, sed etiam pro toto tempore vitæ suę, vt suprà est latissimè probatum.

Vltimò, vt in hac materia nil intactum remaneat, dicò, quod & si omnia suprà fundata corruerent, ad-
12 huc pars debet succumbere, siquidem, re non integra, & resoluta causa nullitatem probante, iudicium intentauit, quod de iure non permittitur. Nàm licet ex locatione ad longum tempus transeat ius in re, & vtile dominium in conductorem, nihilominus finito illo tempore longo, omnia extinta censentur, & nullum effectum producere possunt, ità *Ruin. conf.* 167. *nu.* 12. *vol.* 1. *Burs. conf.* 23. *num.* 13. *vol.* 1. *Rimin. Iun. conf.* 234. *num.* 19. *vol.* 3. *Gozzad. conf.* 94. *num.* 51. *Mar. Anguiss. conf.* 71. *num.* 10. *Caual. decis.* 44. *num.* 79. *par.* 1. intentauit enim prætensum iudicium nullitatis pars in anno 1603. quo tempore prima locatio erat iam extinta in anno 1590. & secunda fuit resoluta per resignationem in anno 1600. ergo cessante causa nullitatis, cessat & nullitas, sicut dicimus in caducitate resultante ex venditione; nam si emphiteu-
13 ta vendit rem emphiteoticam, illa recuperata vigore pacti antecedentis

tis ante Domini conqueſtum, res illa non cadit in cõmiſſum, nam prima alienatio fuit reſoluta, & habetur, ac ſi numquam alienata fuiſſet, de quo per *Dec. conſ.* 88. *num.* 3. Si ergo illud ius in re, quod præbuit cauſam nullitatii eſt reſolutum; quo modo ergo hodie pars poteſt habere tale remedium nullitatis, abſq; materia; remanet igitur fundatum, contractum fuiſſe validum, & per conſequens dum D. Io. pendente locatione voluntariè reſignando officium pretio recepto extinſit locationem, tempore quo & mercedem anticipatam receperat, non poſſit effugere, quin teneantur emendare omne intereſſe paſſum, & patiendum, accedente etiam ampliſſima promiſſione euictionis.

Deciſio patet in præcedentibus allegationibus.

SVMMARIVM.

1 *Præſumit lex defunctum vocaſſe venientem ab inteſtato.*

2 *Officia habilibus perſonis deferri debent; etiam ſi ad inhabiles ſucceſſorio iure ſpectarent, & nu.* 3. *Et quando tali caſu ſit ſubrogandus adminiſtrator, num.* 5. *&* 6.

4 *Remotus ab officio non debet amplius ad illud admitti.*

7 *Renunciatio officij ſine aſſenſu Domini operatur, ut renuncians eam impugnare non poſſit. Et quid in iure deferendo, num.* 8. 9. 10. 11.

12 *Officiorum translatio, ſiuè ceſſio, abſq; Regis conſenſu fieri nequit, & quid de iure Regni, & num.* 14. *Et an per hoc officia dicantur eſſe in commercio, necnè, & num.* 13. *&* 15.

ARGVMENTVM.

Officium ſtante facultate à patre obtenta diſponendi de eo inter filios, ad quem ex filijs ſpectet, patre ab inteſtato defuncto, & quid cõcurrente inhabilitate primogeniti ad illud exercendam.

Pro V.I.D. Franciſco Paſſalicqua.

ALLEGATIO VI.

CAMILLVS Paſſalacqua Secretarius in Prouincijs Calabrię obtinuit à Sua Maieſtate facultatẽ nominandi ſucceſſorem in officio in vita, vel ab inteſtato, deceſſit ſine teſtamẽto, ſuperſtitibus pluribus fratribus, quorum natu maior Horatius, & ſecundo natu minor Franciſcus, contendebant de ſucceſſione ad officium prædictum Horatio allegante ſe maiorem natu, & iure fuiſſe ſibi delatam ſucceſſionem in officio, ex facultate attributa, qua non explicata, lex intelligit 1 vocaſſe defunctum venientem ab inteſtato, per *l. conſiciuntur, ff. de iure codicil.* latè *Frec. de ſubf lib.* 2. *qu.* 43. Sed ab inteſtato ſuccederet ipſe, ergo eſt præferendus; E contra ſe opponente Franciſco de inhabilitate Horatij, ac de nominatione facta in ſui beneficium, quam per teſtes ſe offerebat probare, & cohæredes nominabant ipſum pro eorum intereſſe, ergo debebat præferri. Superuenit ſpontanea confeſſio Horatij de nominatione prædicta, ac eius ſpon-

Digitized by Google

ſponranea renuntiatio, tamen quia Fiſcus prætendebat ex ceſſione ſibi competere ratam quandam extimationis dicti officij, iuxtà Regias literas, fuit latum decretum, quod deferatur officium Horatio. Subingreditur Franciſcus, & ſe offert concordare cum Regio Fiſco pro dicto aſſenſu, licet eo non indigeat; nouiſſimè Horatius reuocata ceſſione prætendit executionem decreti, cui ſe opponit Franciſcus, non poſſe redire ad ius renũciatum, & ex ſubſcriptis debere obtinere, quod ſibi deferatur.

Primò, officium ſibi Frãciſco deberi ex nominatione oretenus facta per defunctum, qui habebat facultatem nominandi, etiam verbo, & de nominatione iam conſtat per teſtes, qui licet recepti ſint, non citata parte, tamen quia pars faxa eſt in ſua ceſſione, qua declarauit, ſibi cõſtare de hac veritate, non eſt neceſſaria repetitio teſtium, ſtante partis confeſſione, cum nulla maior probatio, quam proprij oris confeſſio, & pars poſt acceptatam in iudicio confeſſionẽ eã non poteſt reuocare, vel ſaltim ſi vellet perſiſtere in perfidia, dandus eſſet terminus, & interim deferẽda eſſet adminiſtratio ipſi Franciſco, qui habet præſumptionẽ pro ſe reſultantem, tum ex dicta probatione, tum ex partis confeſſione.

Secundò. ſtante Horatij inhabilitate ad officium, à cuius adminiſtratione eſſet remouendus, quando eſſet in poſſeſsione, quoniam bis ab eo fuit remotus tempore Excellentiſſimi Comitis Oliuarenſium, & nuper ab Excellentiſsimo Comite Venauenti ob eius inhabilitatem, præuia relatione Domini Præſidis de Ianuario, & Domini Præſidis Marchionis Laini, quoniam officia ſũt deferẽda habilibus, vt in Capitulis Regni *cap. 34. incipiente, Item quod prædicti Officiales, ſub Rub. quod non ordinentur Officiales inhabiles,* de iure ciuili, eſt *text. in l. 1. C. de diuer. offic. lib. 12.* vbi *Lucas, & l. fin. C. de Tiron. & l. 1. de Princip. agen. in reb. Aut. vt Iud. ſine quoq; ſuffrag. §. oportet*, cum etiam in feudis inbecillitas, & perpetua inhabilitas priuet feudatarius feudi poſſeſsione, *cap. 1. an mutus*, & notat *Bald. in cap. 1. de ſucc. feud.* vbi de primogeniti inhabilitate.

Et ſi pars diceret, procedere in vitio naturali impreſſo ante acquiſitionem, non in ſuperueniente poſt delatam ſucceſsionem, reſpondetur, quod inhabilitas iſtius præcedit; & ſi replicatur fuiſſe, vt ius hæreditarium ſibi delatum officium, adhùc *Doctores* in dictis locis loquuntur de primogenitura debita iure ſucceſſorio, quo iure deberi reſpon-
3 dit, *Oldrad. conſ. 94. incip. eleganter, & de Alliquio, Socc. conſ. 47. lib. 3. in primo dubio*; Nec obſtat ſi diceret, non fuiſſe per ſententiam diffinitiuã declaratum inhabilem, vel quod poſſet reſipiſcere, ad notata per *Doctores in l. his, cui bonis, ff. de verb. oblig.* & per *Abb. in rub. extra, de magis. in fin.* quoniam tot Regæ deciſiones preſumũtur eſſe de præſenti de recenti, vt fuit de præterito, & transfertur onus probandi contrarium in ipſum, contra quem eſt tam vrgens iuris præſumptio, imò remotus ab aliquo officio non debet amplius ad illud admitti, *l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. & Anchar. lib. 10. cap. non poteſt 2. quæſt. 7.* & not. *gloſ. in d. l. ſi aliquid, l. ſi quis, C. de coortal. lib. 12. l. quicumq; C. de diuer. offic. lib. 12.* vbi etiam ſi fuiſſet remotus ob ſolam negligentiam non debet admitti ad idem officium, etiam per reſcriptum Principis, niſi expreſsè de hoc faciat mentionem, latè *Beilunga*

in

in Rub. 26. de priuat. offic. numer. 6. & 7.

Et si pars replicaret, dandum esse ei administratorem, *cap. grandi, de supplen. neglig. prælat.* Respondetur, illum *tex.* procedere in casu suo; scilicet, in re propria patrimoniali, vt inhabili detur curator, vt *l. 1. ff. de curat. fur. & l. 1. C. de curat. Illustr. & clariss. pers.* secus in officio, ad cuius exercitium requiritur habilitas, & si post delatum officium sequitur delictum, est pœna priuationis, sed si ante, prout est casus noster, appareret de inhabilitate deferendum est secundo genito, vt dicit *Bald. in d. cap. 1. de succes. feu.* vel saltim quãdo
6 dandus esset administrator, eligendus esset Franciscus eius frater, aliàs ei fieret iniuria, ex regula *tex. in l. 1. §. permittitur*, vbi *Bar. ff. de aqua quot. & æstiua*, latè *Rom. cons. 22.* vbi *Additio*, & *est textus puntualis in l. Iubemus, §. pro sportulis, C. de Aduoc. diuers. Iud.* vbi officium debet conferri consanguineis eius, per cuius mortem vacat, & sic consueuit Rex Catholicus, vt refert *Petr. de Greg. de conces. feud. par. 1. quæst. 3. in fine*, quod tanto magis procedit in isto casu, in quo nedũ frater secundus est habilis, sed actu exercet idem officium, cuius emolumenta spectant ad omnes coheredes, quorum consensus est pro ipso secundogenito coherede.

Tertio, stante eius renunciatione, quæ licet indigeat Reg. consensu, tamen hoc est respectu Regis interesse, vt subrogatus sit ei acceptus, cũ
7 concurrat saltim interesse voluntatis, *l. fin. ff. de vsu, & habit.* sed non respectu cedentis, vel renuntiantis, cuius respectu actus est validus, & ipse actum prædictum impugnare non potest, tum quia in materia considerari possunt duo actu, vno modo de iure deferendo, alio modo de iure delato.

Si consideramus actum de iure deferendo, vt quia quamuis officium per mortem Camilli erat deferendum primogenito, quiá tamen adhuc pendebat controuersia de prædicta nominatione, de prædicta inhabilitate non erat actus consu-
8 matus, nec perfectus, quo casu non diceretur cessio iuris quæsiti, sed abstentio à iure deferendo, & non esset necessarius assensus, nec in feudis, *cap. 1. §. præterea, quibus modis feud. amitt.* vbi *Andr. de Iser.* notat *Iacob. de Belu. Bald. Præpos. Aluar.* & cæteri notant quos, & alios cumulat *Tiraquell. de iure primogenit. qu. 26.* vbi ad ius primogenituræ infert.

Si verò consideramus esse de iure delato cessio, siuè translatio, quãuis indigeret assensu, tamen non ex hoc posset reuocari, nec de iure communi, nec de iure Regni.

9 De iure cõmuni non potest, quia concessio iuris, quamuis indiget alieno assensu, tamen obligat cedẽtem, etiam ante euentum consensus, *Text.* ad literam *in l. perfundum, ff. de seruit. rust. prad.* vbi constitutio seruitutis, quæ indiget consensu plurium, obligat concedẽtem in actione personali ad habendam ratam cessionem, etiam quod non superuenit consensus extrinsecus,
10 vbi *glos.* respondet *ad l. quemadmodum, C. de agric. & cens.* quæ procedit in casu suo, quando lex procedit vlterius annullando actum, tunc ipse, qui contraxit potest reuocare, non quod ipse reuocet, sed quia lex annullat, declarat *Alberic. in l. post mortem, ff. de adoptioni. & Flor. in dicta l. perfundum in glos. vers. post mortem, nnm. 3. in fin.* notat, valere concessionẽ respectu obligationis personalis, & posset Iudex cogere ad obseruantiam, allegat *Innoc. in cap. inter dilectos, extrà, de donat. & Angel.*

Digitized by Google

gel. in d. l. perfundum, notat in princip. quod quando ad consumationem actus requiritur consensus alicuius, potest subsequi, & actus valet, sed in officijs, in quibus non est iurisdictio, vt est officium Secretariæ, non procedit *l. Iulia de ambitu*, quoniam quis publicè, & palàm etiã mediante pecunia acquirit, *text. in l. hoc iure, ff. de donat.* vbi *glos. mag.* adducit concordantes *l. 1. ff. de pollicit.* cum pluribus similibus, & notat *Andr. de Iser. in cap. 1. §. Si verò, num. 10. de feud. guar.* innumeri Doctores testantur, *Boss. de ambitu nu. 2. Gugliel. de Bened. in cap. Raynutius vers. duas habes filias, post numerum 58.* Maximè stante consuetudine iam introducta, quæ plurimum valet in officijs, *Innoc. cap. 2. extr. de off. Archidi. Ripa in l. in quartam, num. 164. ff. ad l. falcid.* sed hæc, & similia officia semper consueuerunt vendi, *Bart. de officio carceris in sua patria in l. 1. §. sed nec castrentia vers. in Ciuitate ista, ff. de collat. bonorum Paul. de Castro de officio scriptoriæ in*
11 *Curia Romana in l. omnimodo, §. imputari, ff. de inoff. test. Iaf. in d. §. imputari, Paul. in l. 2. C. de collat. bonor. num. 6. Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 19. in fin.* & secundum ius commune officia prædicta sunt in commercio, quia lex vbiquè permittit de illis posse partes disponere, quia nõ habent annexam iurisdictionem, cum etiam pignorari possint, *l. fin. C. de pign.* & licet sit facta limitatio, circà officia, quæ morte extinguuntur, quæ dicuntur militiæ ex casu, & propter interesse conferentis non possint obligari sine eius consensu, vt cum fuerint deuoluta, resoluatur ius acceptoris, cum resolutione datoris, qui obligauit, tamen etiam in certis casibus dicta officia, quæ sunt nouiter concessa, possunt obligari, vt in *Aut. de exhiben. reis, §. optimum*, quem *text.* & materiam examinat, cum maxima eruditione *Connanus lib. 4. cap. 14. de militijs*, & quæ sunt illa, quæ dicuntur ex casu.

Et licet cessio, siuè translatio officiorum non possit fieri à persona inuestita in aliam inuestienda sine
12 consensu Regis, argum. *l. legatus ff. de offic. Præsid.* vbi *Glos.* declarat, & allegat simile de Iure Canonico, vt renunciatio beneficij indigeat Apostolico assensu *17. q. 6. cap. Grisoldus, & 6. q. 3. cap. denique*, & not. *in cap. admonet, extra, de renunciationibus*, tamen ex hoc non sequitur, ergo officia non sunt in commercio, quia vt dixi, officia sine iurisdictione, quę sunt perpetua indistinctè possunt alienari, ea verò, quæ sunt ad vitã possunt, sed cum assensu, qui solet & debet præstari, & propterea *tex. in l. apud Iulianum, §. constat, ff. de le-*
13 *gat. 1.* dicit, ea non esse in commercio, quæ nob solent distrahi, ergo ea quæ solent distrahi sunt in cõmercio, *l. quidam relegatus, ff. de reb. dub. l. intercedit, ff. de condit. & demonstra. Aret. Alex. & Iason in d. §. constat*, sed assensus, qui pendet à voluntate Principis, non est de impossibilibus, ergo ea, quæ cum assensu Principis distrahuntur, sunt in cõmercio, *Paul. Aret. in l. continuus, §. cum quis in fin. ff. de verb. oblig. Couar. de sponsa. 2. parte cap. 3. num. 8.* quem articulum declarat *Camerarius in cap. Imperialem fol. 27. litera B.* dum declarat, feudum esse in cõmercio, quamuis non possit distrahi sine assensu Domini, quoniam *in d. §. constat*, requiruntur duo, vnum vt dependeat à voluntate vnius, aliud vt consistat in impossibilitate (ibi) nisi iussu Principis, & (ibi) item vbi distrahi non soleat, sed iste assensus, nedùm solet concedi, vt quotidiè videmus in practica, cum ad hoc tantum requiratur pro interesse Curiæ,

Digitized by Google

riæ, vt sit habilis nouus minister, sed tenetur Curia concedere, aliàs faceret iniuriam, *Bart. in d. §. permittitur*, cuius opinio est communis.

Sed in Regno hoc est indubitatum, quoniam Ciuitas, & Regnum supplicantes obtinuerunt à Cesarea Maiestate, ne officia vendan-
14 tur, nec à Regia Curia, nec à priuatis, adhoc vt dignis conferantur; deindè supplicarunt, vt reuocata dicta gratia possint vendi, & Cesarea Maiestas dixit (Placet, exceptis ijs, qui habent annexam administrationem iustitiæ) vt patet in *cap. 4. de anno 1540. fol. 128.* quæ gratia facit duo, vnum, vt officia sint vendibilia, & sic in commercio, aliud vt Rex teneatur consentire, quia quamuis gratia intelligitur, vt possint vendi cum assensu, vt intelligatur secundùm naturam actus, *l. si stipulatus, ff. de vsu. Afflict. decis. 307. num. 21.* tamen Rex se obligat per dictam gratiam ad concessionem assensus, *Loff. in parafr. feud. in cap. 1. §. donare qualit. olim feud. pot. alien. Capyc. in d. cap. Imperialem fol. 35. col. 2. in fin. vers. limitatur*, *Minad. cons. 10. num. 43.*
15 aliàs gratia esset inutilis, *Frecc. aut. 29. Lanar. cons. 6. Afflict. in constit. si quis post litem, & cap. feudum ea lege, si de feud. fuer. controuers. cap. bone, il 1. de postul. præs.* vbi *glos.* prætera donec superuenerit assensus, adhuc contractus de officio non est nullus, sed est insuspenso, donec Rex consentiat, qui requiritur, vt quid extrinsecum, & quandocumq; superuenit validat, *Camer.* declarat, etiam in materia feudi *in cap. Imperialem fol. 89. col. 4. lit. R. vsque ad finem col. cum princ. seq. colum.* & tamen in feudis lex Conradi, & lex Federici, nedùm prohibuit alienationem, sed dedit pœnam priuationis, vt *in tit. de prohibit. alien. per Lotha. & de prohibit. alienat. per Federicum*: *Constitut.* autem *Diuæ memoriæ* ius competens Regiæ Curiæ reuocandi concessit ipsi baroni alienanti, vt *in d. constit. in vers. speciali iure DD. notant.*

Sed in officijs non est lex ciuilis, neq; Regni, quæ inducat, nec nullitatem, nec priuationem, imò permittunt alienationem, & assensus potest impetrari, quem curia tenetur concedere, ergo non cadit difficultas, quin Horatius teneatur obseruare per *d. l. perfundum supra allegatam*, etiam quod adhùc non sit datus assensus, & *Constit.* dat hoc ius reuocandi Baroni, non Officiali, cum sit ius nouum, & exorbitans, non est extendendum ius correctorium, vulg. iuribus; meritò, cum similis casus accidisset, Regia Camera, & Collaterale Consilium in vē ditione officij declararunt, teneri ad obseruantiam venditorem, etiam quod non sit sequutus assensus, & non procedere dictam *Constitutionem* in officijs, cuius copia est producta.

SVMMARIVM.

1 *Reus absoluitur Actore non probante, vel alias siuè aliter quam proposuit probante.*
2 *Locator tenetur ostendere fines rei locatæ, & illius identitatem, & num. 3.*
4 *Emphiteusis concessa non specificata quantitate certificatur ex pensione.*
5 *Bona possessa per Vniuersitatem præsumuntur libera illius.*
6 *Clausulæ confirmantes, & de nouo concedentes, quid operantur.*
7 *Clausula quando stat positiuè, & quãdo conditionaliter quid importet.*
8 *Assertiones in antiquis probant in materia confinium.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De probatione confinium, & identitatis rei faciendę per concedentem in emphiteusim post concessionem indistinctè factam

Pro Vniuersitate Terræ Montis Caueosij.

ALLEGATIO VII.

VNiuersitas Montis Caueosij breuibus ostendit, debere absolui ab impetitione monasterij S. Angeli petentis nedũ restitutione territoriourm locatorum, sed defensarum ipsius Vniuersitatis, cùm cognitio causæ consistat in duobus articulis.

Primo, si Monasterium fundauit intentionem suam in petitione sua. Secundo, si Vniuersitas fundauit exceptionem suam exclusiuam iuris agentis.

Circa primum, non discutio, si locationes productæ per Monasteriũ probant dominium vel non, quia iam lata est sententia ad relaxandũ territoria locata, sed si est fundata intẽtio Monasterij circa latitudinẽ, & longitudinem, seù capacitatem rei petitæ, & certè inspecto libello petit restitutionem omnium territoriorum, quę ipsum Monasterium possidet sicut in rubrica *l.* describit; ex ipsis enim apparet, quod non defensa Fistulę sic limitatur, de cuius controuersia agitur, sed de generali designatione finium omnium territoriorum, quæ monasterium in dicta regione habet, vt ex inuentario per partem producto apparet, & alterius ex descriptione Domini causæ Commissarij super loco; posito igitur, quod pars petijt restitutionem defensæ fistulæ, quam designauit alijs finibus, & limitibus, sequitur, quod debet Vniuersitas conuenta absolui ab impetitione, duplici ratione, ea, qua possessores vincere solent,

1 quod actore nõ probante reus absoluitur, alia quod pars aliud vel aliter, quam proposuit probauit, doctrina est *Isern.* in materia locationis Ecclesię *in cap. 1. de contrau. inter masc. & fœmin. in additione nu. 10. in fine num.* Si verò inspiciamus ipsas locationes, & certæ ipsæ sunt incertæ ratione finium, cùm nullos fines, nullos limites designent, sed simpliciter solitis finibus, quo casu de iure incertitudo, vel vitiat locationem, vel si potest certificari cor-

2 pus, licet valeat locatio, tamen non est in probatis circa fines, quos tenetur ostendere, *l. Titius hares, ff. de act. empt.* vbi est *tex.* particularis, & etiam si probaret de corpore, oporteret probare de identitate per fines, & confines, *Bart. in l. demonstratio, ff. de condit. & demonstrat. in fine comment.* adeo quod in materia cõfinium obtinet, qui meliores probationes produxit, *cap. ex literis, extra, de probat.* & in dubio Iudex debet absoluere potius, quam condemnare, *l. Arrianus, ff. de action. & obligat.* vel saltim præsumptionẽ, quod de re modica facta fuit, *l. si ita stipulatus fuero decem 12. ff. de verb. obligat. l. inter pares. ff. de re iud. l. cum seruus legatus 39. §. Seio, ff. de legat. 1. l. si ita relictum 43. ff. de legat. 2.* quæ iura, & alia cõcordantia ad quæstionem nostram allegat *Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, de emphyteus. in quæst. 59. num. 74. & propriè 75.* quia Ecclesia debuit exprimere si

G nes,

Digitized by Google

nes, & confines rei locatæ, & omnia specificè declarare, quod quia non
3 fecit, debet succumbere, ad quod allegat *l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut. l. veteribus, ff. de pactis, cum pluribus concordantibus*; Deindè concludit, quod nè Ecclesia perdat penitùs rem suam, & colonus locupletetur cum iactura Ecclesiæ, qđ Iudex arbitrabitur, & moderabit secundum consuetudinem Ecclesiæ, & morem regionis, & quantitatem pretij, & pensionis, & secũdum istas inspectiones declarabit quanta fuerint terra locata, & per hac solemni decisione *Speculat.* concordat doctrina *Andr. de Isern. in additione ad cap. 1. de contrau. inter mascul. & femin. num. 10. vers. per quem patet, circà medium numeri*, vbi ponit quæstionem, quod si Ecclesia, locauit magnum territorium, pro modico, quod non præsumitur totum locatum, sed quando ignoratur, quãtum intelligitur quantitas proportionabilis addita sexta, vel tertia parte pro lucro conductoris, ex illa infallibili ratione, quod quantitas pensionis arguit modicitatem rei, sequitur *Paris de Put. de reingrat. feud. in part. 31. incip. pone, quod rusticus, sub rub. si ignoratur quantitas, vbi erat incertus census, & certificatur ex re*, & idem *cap. 50. incip. modo, circà prædicta sub rub.* vbi non apparet de iure, in quò capitulo erat incerta res locata, & ex pretio seù pensione certificatur, & ex dicta doctrina *Andr.* decidit articulũ, inspecta igitur consuetudine Monasterij, quod nimis accuratè consueuerat locare res suas, vt ex pactis in locationibus patet, inspecta minima pensione, circà ista territoria, & magna respectu aliorum territoriorum, inspecto longissimo locationis tempore, ab anno 1483. vsquè ad anno 1586. quò fuit mota lis, inspecta incertitudine rei, certum iudicium fieri potest, quod res erat minima.

Ex quibus regulis satis in tuto est decisio causæ pro Vniuersitate, sed vt Sacrum Consilium cognoscat, etiam calliditatem partis, cum reuerentia, aduertò quod Monasterium nõ produxit titulum territorij, quia fortè apparebat de confinibus, in alia etiam calliditate versata est, quia cum cæpisset locatio ab anno 1483. non produxit primam locationem, nec sequentes, in quibus descripti erant termini, sed locationes de anno 1533. & propterea sequentes locationes describunt territorium cum finibus solitis, quasi de re satis nota, & quod peius in rubrica libelli describunt rem, nedum aliter quam se habet territorium Monasterij, sed defensam ipsam aliter, quam in se est, sed per terminos generales aliorum territoriorum monasterij, vt confunderet iura Vniuersitatis.

Circa secundum articulum de exceptione Vniuersitatis, licet non teneatur ostendere titulũ suæ possessionis, quia dubitari poterat, si omnia territoria possessa per Vniuersitatem essent locata, vel propterea probat de suo titulo subscriptis medijs.

Primo, præsumptione iuris, quod territoria per Vniuersitatem possessa sint ipsius Vniuersitatis, ex doctrina *Paul. in l. 1. in lectura antiqua, ff. de acquir. possess.* vbi adducit multa iura, quod territoria sita intra fines alicuius Vniuersitatis, si non
5 sunt occupata, præsumuntur esse illius Vniuersitatis, quem defendit ibi *Soccin. num. 18.* ab impugnatione *Aretin.* & dicit, se consuluisse, & obtinuisse, consilium autem est *cons. 86. vol. 3.* sequitur *Iaſ. in d. l. 1. Valasc. de quæstion. emphiteut. q. 8. Gomes. in l.*

45.

Digitized by Google

45. *Tabri, num. 2. Couarr. pract. quæst. cap. 37. de pascuis, num. 1. Molin. de iustit. & iur. disput. 59.* qui ponunt exempla de Ciuitate, Castro, vel Villa.

Secundò, speciali concessione Serenissimi Federici Principis, qui de anno 1483. confirmat, & de nouo concedit defensas Vniuersitati, quæ cõfirmatio operatur duos actus
6 confirmationis, & nouæ concessionis, *Andr. in cap. 1. de vassall. decrepit. stat. num. 3. de Anna allegat. 35. num. 13.* in proprijs terminis, quæso videatur, & licèt dicat, iuxtà tenorem Priuilegiorum, ea tamen exibere non tenetur, *Spec. de instrum. edit. §. 11. vers. nunc autem, num. 2. & 3. lo: Andr. ad Spec. de feud. §. 1. vers. instrum. Gram. decis. 59. num. 28. D. de Pont. cons. 97.* nequè obstat, quod dicat, si & quatenus in possessione exiſtit, quia dicta clausula stat po-
7 sitiuè, non conditionaliter, *Abb. Dec. & cæter. in rub. & in cap. examinata, extrà, de confirmat. util. vel inutil.* latè *Bart. in Constit. ad reprimendum vers. proùt, & Capy. in inuest. vers. confirmamus, vers & aque principaliter,* vbi probat, quod natura confirmationis, est de nouo concedere.

Tertiò, per assertiuas in alijs scripturis antiquis in actis præsentatis, & de iure in materia confinium assertiones in antiquis, probant *Paris*
8 *de Put. de reinteg feud. cap. 181. Craue. de antiquit. temp. p. 1. ampl. 7. num. 14. & 20. Guid. Pap. q. 193.* vbi nouissima additio, scilicèt, & additio final. & per *Affict. in decis. 23.*

Taliter, quod cum Vniuersitas habeat priuilegium de anno 1492. habeat plures assertiones antiquas, etiam Monasterij habeat præsumtionem iuris pro se; pars verò non habet intentionem, circà certitudinem quantitatis, & inuentarium, nedùm est falsum in pluribus assertis in ipso, sed est de generalitate territoriorum, & pars petijt illam generalitatem, & in articulis nil deduxit de confinibus defensæ, sed fecit rubricam de omnibus territorijs; meritò non potest sequi condemnatio ad totum territorium possessum per Vniuersitatem, tam antiquissimo tempore, sed ad illam partem proportionabiliter ad pensionem, proùt aliàs Sacrum Consilium iudicauit in præsenti causa.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per loci euidentiam omnes antecellit.*

2 *Testes maiores numero, & dignitate, maiorem faciunt fidem.*

3 *Dominium non probatur ex locatione rei facta.*

4 *Dominij quæstio refricari non potest in iudicio possessorio, sed benè quando agitur actione ex locato, n. 5.*

6 *Verba enunciatiua in antiquis probant, etiam inter alias personas, maximè si essent geminata in pluribus instrumentis, & n. 7.*

8 *Fines rei locatæ sunt in locatione necessariò exprimenda, & num. 9. & 15.*

10 *Locatio incerta absque finibus rei facta, de minimis est intelligenda. Et tantum rem correspectiuam reddituì comprehendit, nu. 11. Et attenditur etiam quid consueuerit locator in similibus facere, n. 13.*

12 *Contrahentium mens arguitur ex pretio.*

14 *In notorijs non est necessaria declaratio.*

16 *Feudi qualibet pars potest dici fundus, & destinatione patris familias iunguntur, & n. 17.*

18 *Finium in designatione includitur quidquid est intra fines.*

19 *Actor obtinere non potest argumentis, sed præsumptionibus.*

Digitized by Google

20 *Præsumptio maior tollit minorem.*

21 *Regula, quod quidquid est intra fines feudi præsumitur feudale, procedit eo per confinia limitato, secus si non fuerit limitatum.*

ARGVMENTVM

Est idem, ac in allegatione precedenti.

Pro eadem Vniuersitate Terræ Montis Caueosij.

ALLEGATIO VIII.

QVIA satis in facto dictum est, & tum ex testibus, tum ex antiquis scripturis, tum ex validissimis coniecturis in memoriali notatis, potissimum ex enidentia loci, super quò nouissimè fuit factus accessus; qua quidē probatione, nulla maior adduci potest, quæ huic causæ melius conueniret, ex regul. *text. in l. si irruptione*, §. 1. *ff. fin. regun. not. glos. in cap. inter memoratos in vers. mictendos* 16. q. 4. & *Affl. decis.* 23. *num.* 6. res ità clara redditur pro Vniuersitate, vt de indebita Monasterij prætensione, circà relaxationē defensarum Fistulæ, & Arcoræ, nulla supersit difficultas, restringam breuius, quo potero, aliqua in iure, præsertim cum apud doctos, & dissertos viros sufficiat factum proposuisse, & post habitis titulis, qui Vniuersitati suffragantur, tum hominis, ex priuilegio Regis Federici de anno 1488. in quo enunciantur defensæ esse Vniuersitatis, sibiq; à Rege confirmantur, tùm legis ex immemorabili præscriptione, cum requisitis omnibus optimè verificata, qđ Vniuersitas, tanquàm Domina semper illas possederit, fructus, ac reditus perceperit, exteros non affidatos depignauerit, Monasterio præsente, vidente, & acquiescente, quā 2 quidem probationem per plures numero, & digniores testes titulo vallatam, certò certiùs est, debere preferri simplici Monasterij probationi, per pauciores testes, non super centenaria deponentes, *cap. licet causam*, vbi *Doctor. & Felyn. num.* 8. & 9. *extrà, de probat.* notat *Bart.* de antiquiori possessione loquens in simplici possessorio *in l. si duo post, num.* 4. *ff. vti possid. Bald. in l. data opera final. verb.* C. *de his, qui accus. non poss. & in l. post sententiam*, C. *de sententijs*, & alijs relatis per *Paris. cons.* 107. *num.* 79. *vol.* 1. Dico, quod dum Monasterium innutitur instrumentis defensarum locatarum Vniuersitati de quinquennio in quinquennium, de anno scilicet 1533. pro ducatis octo, de anno 1538. duocto cū dimidio, & de anno 1543. pro ducatis decem cum dimidio, non fun- 3 dat dominium illarum, *cap. inter dilectos vers. per instrumenta*, vbi *Docto. de fid. instrum. in l. ad probationē*, C. *loc. Bart. & cæteri in l. legata inutiliter, ff. de admin. leg. Curt. Iun. cons.* 41. *num.* 8. & *cons.* 158. *num.* 5. & 6. & *Affl. decis.* 23. de quo dominio, 4 licèt in hoc iudicio, quod consistit in mero possessorio videatur opponi non posse, ex reg. *text. in l. si quis conductionis*, C. *locat.* vbi *glos.* & *DD.* faciunt differentiā, si agatur actione personali ex illa *leg.* (& quando iudicio reiuendicationis) quo casu daretur restitutio, ex *text.* vbi *Glos.* & *DD. in l. ad probationē*, C. *eod. Glos.* & *DD. in d. cap. inter dilectos vers. per in-*

instrumenta, & Bart. in d. l. legata
5 *inutiliter*, datur etiam refricatio dominij, quãdo fuit actum actione ex locato, proùt in casu nostro, ita *Menoch. in tract. de acquir. possess. remed.* 11. *num.* 46. & est communis opinio.

Aduertendum tamen est, nos nõ opponere de dominio illarum partium territorij, quæ erant Monasterij, in quibus verè constitit locatio, & nunquam ab Vniuersitate fuerunt denegatæ, atquè ex decreto Sacri Consilij relaxatę, sed tantum pro integris defensis, de quibus est quęstio, quæ tanquàm propriæ Vniuersitatis in locationem deuenire non potuerunt, idquè vt appareat, pondero in instrumentis, de quibus agitur, non fieri specificationem finium, sed tantum sub clausula generali locari defensas Vniuersitati, iuxtà suos fines, ob quam generalitatem, immò incertitudinem verisimilè est, in locationem veniſſe venialia illa indefensa Fistulę de anno 1488. pro vncia locata, & demum indefensam redapta, & illud paruum territorij in fonte Sanctæ Agnetis in defensa Arcore, seù Sancti Leuci, locatum similiter Vniuersitati pro tarenis quinque, quæ territoria dicebantur esse Monasterij, vt fit mentio in eodem priuilegio Regis Federici, qui dictæ locationi præstitit assensum: quæ quidem verba licèr enunciati-
6 ua, cum simus in antiquis, probant etiam inter alias personas, *Bald. Salycet. Alber.* & communiter moderni *in l. cum aliquis ad limit. glos. ibi in vers. ex hoc, C. de iur. deliber.* habetur per *Glos. in cap. si Papa in vers. Prelata, de priuileg. in* 6. & per *Abb. in cap. cum olim*, vbi *Glos. in* 10. *instrumenta, de censibus*, per *Alex. cons.* 6. *in fin. vol.* 1. *Dec. cons.* 42. *num.* 7. *in fin. & Paris. cons* 104. *nu.* 47. *vol.* 1. Eo maximè cum circà huiusmodi locationem inuentarium ex aduerso productum concordat cum priuilegio, cui se refert. Tantò magis cùm in casu nostro ista verba fuerint enunciata in pluribus instrumẽtis, & inter diuersas personas, concurrente etiam immemorabili
7 possessione Vniuersitatis, quo casu plenè probant, quia tertium, etiam quãdo agitur de graui præiudicio, v per *Cran. in tractat. de antiquit. temp par.* 1. *sect. ampliatur, num.* 14. & 20 quem legi rogo.

8 Fines namq; in instrumentis erant designandi, vt sciri posset, quid locatio certè contineret, *l. Titius heres, cum ibi notat. ff. de action. empt.* habetur in *l. formæ, ff. de cons.* vbi *glos.* voluit, duo saltim confinia esse describenda, quam sequitur *Bart. ibi, & in l. demonstratio col.* 5. *ff. de condit. & demonst. Alex. cons.* 35. *vol.* 5. & *Dec. cons.* 500. *col.* 2. præsertim
9 cum in defensis non reperiantur distincti lapides, nec alia signa, seù per alias qualitates demonstrentur, vt de finibus non esset curandum, *l. cum seruo*, §. *demonstrat. ff. de contr. empt. l.* 1. §. *fin.* vbi *glos. ff. de dot. prælegat.* notat *Bart. in rubr. col. fin. C. de contr. empt.* sentiens sufficere, si locus demonstretur per qualitates expressas, *Bart. & Paul. in l. cum pater*, §. *fin. ff. de leg.* 2. quos refert, & sequitur *Paris. cons.* 3. *num.* 42. *vol.* 2. vndè cum contractus fuerint obscuri respectu rerum in ipsis deductarum, si non adessent clarè probationes, quas habemus ex dicto priuilegio declarante, defensas fuisse Vniuersitatis, & quid fuerit Monasterij quidùè locatum, & pro qua mercede, de qua similiter loquitur in-
10 uentarium, in dubio, ad coniecturas esset recurrendum, & de minimis locationem factam iudicandũ, argum. *text. in l. si stipulatus fuero decem*, vbi *glos. ff. de verb. oblig. l. in ob-*

scu-

Digitized by Google

ſcuris, ff. de reg. iur. l. Aphricanus, §, ſcio, ff. de leg. 1. & in conceſſione territorij incerta, quod minimum veniat, habetur per *Parid. de integr. feud. cap. pone quod dominus, fol.* 33. *in meo*. Immò in primis penſio eſt inſpiciẽda, ex cuius quantitate iudicãda eſt territorij cõceſſio, in term. arguit *Andr. in cap.* 1. *col. fin. verſ. per quæ patet de contr. inter maſcul. &* fe-
11 *min.* qui in ſpecie loquitur de magno territorio ab Eccleſia ſine finiũ limitatione conceſſo, & firmat, tantum de eo præſumi locatum, quantum poſſit cenſus quantitati proportionari, ſequitur *Pariſ. ibid. & in tract. de reintegr. feud. cap. pone, quod ruſticus fol. in meo* 21. *& in cap. modo circà prædicta fol.* 34. facit in ſimil. quod *Andr.* voluit *in cap. Imper. §. illud col.* 4. *num.* 65 *de prob. feud. alien. per Feder.* dicens, præſumi conceſſum in feudum quantum proportionetur ſeruitio, & vaſſallus præſtat; qualitas namq; pretij arguit men-
12 tem contrahentium, vt dignoſcatur de qua re conuenerint, *l.* 1. *vbi Doctor. ff. de reb. dub. Gloſ. & Bart. in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur.* ad idẽ vt ſciatur, quis ſit contractus emptionis, an locationis, eſt *Gloſ. & Bart. in l.* 1. *§. qui ſuperficiem, ff. de ſuperfic. Aret. conſ.* 6. cum alijs adductis per *Dec. conſ.* 347. *col.* 2. & *Afflict. deciſ.* 68. Vaniſſimum namq; eſſet præſupponere, tàm magnas defenſas pro minimo fuiſſe locatas, cum idem Monaſterium ponat in articulis, & probet, illas fuiſſe redditus annuorum ducat. 600. à quinquaginta annis retrò. Quid enim aliud eſt dicere, pro ipſarum penſione fuiſſe perceptos annuos duc. decem cum dimidio, vſque ad tempus litis motæ de anno 1586. niſi arguere imprudentiam, ſiuè prodigalitatem tot Patruum ibidem in Regali Monaſterio exiſtentium, eaſdemquè defenſas, nedùm nõtas, verùm etiam ante oculus habentiũ, qui paſsi fuerint in tã euidentẽ Monaſterij perniciem, tantò temporé Vniuerſitatem cum eius iactura locupletari, & defenſas prædictas, ſic vilius detineri, cum potuerint ad libitum reuocare affictum, quẽ de defenſis non reuocauerunt, ſed tantũ de hortis, & vinealibus ſub maiori penſione annuorum ducatorum ſeptuaginta in eiſdem contractibus prædictæ Vniuerſitati locatis?

Et ſi ad ſolitum Monaſterij in concedendo res ſuas in dicto loco eſset recurrendum, atquè videndum, quid conſueuerit in ſimilibus
13 facere, vt *Andr.* arguit *in d. c.* 1. *col. fin. de controu. inter maſcul. & fem. & Parid. in præall. loc. per text. in l. excepto*, vbi *Gloſ. C. locat. l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc.* melior *text. in l. ſi finita in princ.* iuncta *Gloſ. de damn. infect.* Eò fortiùs vincere debemus, nam ex ſcripturis fuit doctum, quod tẽpore harum locationum, & propriè de anno 1534. Patres prædicti locauerunt quandam eorum defenſam *detto la Pizzica* pro duc. 209. ipſamq; anno ſequenti relocarunt pro duc. 255. & in anno 1536. quandam aliam pro duc. 198. vltrà commoditatem ducator. 1000. ſibi mutuatorum, & in affictum excomputandorum, vt manifeſtè ex his innoteſcat, Monaſterium ſemper cõſueniſſe locare res ſuas, non pro minimo, ſed magna mercede, iuxtà rerum qualitatem, nec eſſe ſolitum iactare ſuum, quod in dubio non eſt præſumendum.

Poſſet etiam coniecturari ratio; quarè de finibus non fit mentio in inſtrumentis prædictis, & eſt illa, vel quia modica, & ſatis nota erant territoria Monaſterij, quæ concede-
14 bantur, ſin notorijs namq; declaratio non eſt neceſſaria, *Bald. in l.* 1.

ff. de

Digitized by Google

ff. delib. & posth. & in l. hac consultissima, vbi *Glos. & Bart. C. qui test. facer. poss.* habetur per *Glos. in l.* 1. *§. fin. ff. de dot. præleg. & in l. si quis in fundi vocabulo, in vers. nominauerit, ff. de leg.* 1. vel quia cum prædicta territoria essent in defensas redacta, & in ipsis aggregata, amiserunt antiquos fines, ex quibus fortè prius denominabantur, & hinc prouenit diuersitas in eisdem contractibus respectu hortorum, & vinearum Vniuersitati locatarum pro ducatis septuaginta, in quibus particulariter fines nominantur, secùs in defensis, nisi diceretur, quod cum essent res istæ pręcioſiores, & pro maiori mercede locatæ, ad euitandum incertitudinem super illis cautius fuit actum.

Nec est vis in nominibus Fistulę, & Arcoræ in instrumentis descriptarum, quod hæc nomina magis conueniant integris defensis, quàm partibus illis incorporatis, prout
15 dedimus instãtiam, *l. locus in princ. & §. seq. ff. de verb. signif.* nam ex deductis in processu huic motiuo concludenter respondetur, siquidē est probatum, fuisse inclusa in defensis prædictis nonnulla corpora propria habentia, & particularia nomina, & tamen generale nomen defensarum assumpserunt, ità in specie deponunt testes de vinealibus Monasterij in defensa Fistulę, & de territorio Sanctæ Agnetis in alia defensa, quod nomen Sanctæ Agnetis
16 assumpsit, in feudis enim cadit affectio, vt quælibet pars possit fundus dici, *d. l. locus 10. non enim ff. de verb. signif.* Destinatione namq; patrisfam. constituuntur, vt vnum de pluribus, & plures de vno efficiantur, *l. quod in rerum, §. penultimo, ff. de leg.* 1. *l. planè, ff. de prim. §. fin. ff. eodem*, notatur *in l. Gaius, & in l. cum fundus, ff. de leg.* 2. *est tex. in l. Seia, §. tirannæ, ff. de fund. instru. & in l. Prædijs, §. Titio, ff. de legat.* 3. quæ iura sæpissimè allegat *Isern* & propriè
17 in adiacentibus feudo, licet separatis inter se, vno tamen nomine possessis, voluit per prædicta *in cap.* 1. *col.* 1. *de Capitan. qui Curiam vend.* & videatur *Alex. cons.* 169. *vol.* 5. *& gl. §.* 1. *glo.* 5. *nu.* 15.

Postremo supereſt, vt respondeamus fragili argumento, quod ex aduerso elicitur ex inuentario anni 1500. in quo describuntur bona omnia ipsius Monasterij, & fit itinerarium per territoria ipsius cum appositione lapidum, & designatione confinium, infra quos lapides prætenditur, eas includi ex clausula in dicto inuentario, & quicquid est intra fines, est ipsius monasterij, *l. ædes sacra, §.* 1. *ff. de contrab. empt.* In desi-
18 gnatione confinium, quicquid est intra fines, includitur, *Bald. in rubr.* 22. *quæstione, C. de contrab. emptione, Decius consil.* 271. *& Aym. cons.* 105. *num.* 1.

Et vltrà responsum generale, quod cum monasterium sit actor in
19 præsenti iudicio, non potest vincere ex argumentis, sed ex probationibus, per reg. *tex. in l. qui accusare, C. de eden. & tex. in l. fin. C. de reuend. & in cap.* 3. *circa finem, de caus. possess. & proprie.* & si ex præsumptionibus iudicandum esset, validiores sunt nostræ, etiam circumscriptis probationibus, ob quas ab-
20 solui debemus; maior namq; præsumptio minorem tollit, *l. Diuus*, iuncta *glo. ff. de restitut. in integrum*, & magis verisimile tollit minus, secundum *Bald. in l. fin. in* 2. *oppos. C. de hared. instit. & in l. sive possidetis, C. de prob.* Respondeo, etiam quod tunc procederet argumentum, ac præsumptiua probatio, de qua in dicta *l. ædes sacra, §.* 1. cum alijs adductis per *DD. vbi supra allegatis* quã-

do

do darentur defensæ per certos lapides confinatæ, & ab alijs bonis distinctæ, vt clausula, *Et quicquid est infrà illorum fines*, posset operari, sed cum defensæ, nec nominentur in inuentario, & distent à lapidibus, & signis bonorum Monasterij quandoq; per vnum, duo, tria, quinque, & plura milliaria, non video quomodo valeat huiusmodi argumentatio, facit ad hoc, quod voluit. *Andr. in simil. in cap. 1. in ver. additio, de contr. inter masc. & fœm.* vbi dixit, quod limita-
21 to feudo, procedit argumentum, quod quicquid est infrà fines, præsumatur feudale, ergo vbi non limitatur, non potest includi, quod finibus non distinguitur.

Dico insuper ex alio reddi elusoriam huiusmodi argumentationem, quamuis defensæ finibus essent circumscriptæ, nam verum est dicere, inter lapides confinantes, & defensas prædictas nedùm adesse nonnulla territoria post inuentarium empta à Monasterio, quæ tunc temporis erant particularium, & signanter Terræ illorum de Seluaggio, quæ confinant cum defensa Fistulæ, & aliud territorium Pasquæ Pallone, quod emit Monasterium, & in contractu dicitur, iuxta Defensam vniuersitatis, verum etiam multa alia corpora bonorum, tum Ecclesiarum, tum Particularium, tùm Demanialia Baronis, libera, & in nihilo obnoxia dicto Monasterio, quæ necessario essent inclusa, si prædictæ defensæ includerentur. Et præsertim in dicto inuentario fit mentio de nonnullis corporibus bonorum, quæ excipiuntur à generalitate prædicta. Ex quibus argumentum redditur inane. Eò maximè, quia si verus esset ille finis putei Sancti Stephani in inuentario descriptus, qui est intus terram Montis Caueosij, includeretur ferè tertia pars ipsius terræ, cum domibus, apothecis, magazenis, Quod quàm ridiculum sit præsupponere.

ADDITIO OCTAVII Bilotæ.

DE probatione identitatis rei, & confinium, vide post alios, quæ scribit *Dom. Hyppol. Maya* eruditus Doctor Panhormitanus *in consultat. Ciuil. 7. par. 1.* Confinia duo requiruntur ad demonstrandum identitatem rei, *Camill. de Medic. conf. 56. num. 1.* Et quando probetur confines per verba enunciatiua plurium instrumentorum antiquorum, & quomodo ex his resultat fama sufficiens ad probationem confinium, idem *conf. 94.*

SVMMARIVM.

1 Tex. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudicata, *admittit tales quales probationes, etiam semiplenas, dum summariè agitur.*

2 *Locatio, an præsumitur renouata per existentiam rei pœnes conductorem; & num. 3.*

4 *Potestas capiendi propria auctoritate, intelligitur adeundo Iudicem, & non de facto.*

5 *Mora semper potest purgari ad euitandam pœnam conuentionalem, re tamen integra, & num. 15.*

6 *Pactum, quod non transferatur dominium, an valeat, & num. 7. & 9. Et decisiones S. C. nu. 10.*

8 *Prælatio datur cum sua causa.*

11 *Exequutio præsumitur facta in bonis debitoris, & in hoc creditur nuncio.*

12 *Possessio an transferatur in hæredes, etiam per colonum defuncti.*

13 Tex.

Digitized by Google

13 Text. in l. si quis conductionis, C. locat. *explicatur, & limitatur.*

14 *Electio vnius remedij, siue actionis non tollit aliam.*

ARGVMENTVM.

Exequutio an dicatur facta in bonis alienis; quando rei exequtę venditor sibi reseruauerat dominium.

Pro Creditoribus Magnifici Cæsaris Beluedere.

ALLEGATIO VIIII.

CVM essent expositа venalia bona, quon. Cesaris Beluedere, & in specie rus in actis deductum comparuerunt hęredes Ioannis Antonij Coci, dicentes, fuisse esequutum in bonis alienis in processu dictorum hæredum, factoquè decreto, quod audiantur, compilato processu, videndum est, an sit fundata eorum intentio de iure, pro quo in facto aduertendum est, licèt partes in hoc concordant.

Primò, quod fuerit venditum Rus in anno 1564. per Ferdinandũ de Gueuara pro duc. 8000. Ioanni Antonio Coci, & Loysio Beluedere, cum clausula, quod pendente solutione non sit translatum dominium, nec possessio in emptores, sed remaneant penès venditorem.

Secundò, quod non facta solutione fuit per magnificos Crispanos hæredes venditoris liquidatum instrumentum, factum sequestrum exequutio, & demum soluta parte spectante ad eos de Beluedere data dilatio Ioanni Antonio Coci cum clausula in solutum dationis, & alia conuentio, cum pactis amplissimis.

Tertiò, quod nec fuit facta solutio in anno 76. imò erãt creditores Crispani in du. 4000. pro capitali, & duc. 1600. pro tertijs, & sic vltima fit conuentio, vt si non soluerit infrà annos tres, & non sequeretur ratificatio quorundam, illa medietas Ruris sit retrocessa, retrouendita, & in solutum data ipsis Crispanis pro quantitatibus, & quod eis liceat vẽdi facere partem dicti Ruris in processu Ferdinandi Crispani contra hæredes Ioannis Antonij Coci, pactum est.

Quartò, concordant, quod non sequuta solutione prædicta, nec sequuta ratificatione lapso iam tempore prædicti de Crispano in anno 86. agunt in Sacro Consilio ad venditionem dicti Ruris, vt in dicto processu, vsq; ad dicendum.

Quintò, quod pendente hoc iudicio prędicti Crispani vendunt medietatem dicti Ruris, prædicto Cæsari Beluedere, vigore prædictæ conuentionis pro certo pretio, cum promissione euictionis in forma, vt ex processu ad instantiam hæredum Cæsaris contra Crispanos, petunt nunc in casu succumbentiæ euictionem ab illis, vt in eo.

Sequitur nunc videre, an hæredes Coci benedicant, vel non, licèt in casu obtinuerint de euictione tenerentur Crispani, contra quos est compilatus processus; Vndè pro eorum intentione adducunt subscripta videlicet.

Primò, ex precalendatis scripturis penès eos fundant dominium medietatis Ruris, & possessionem,

Digitized by Google

& producunt instrumentum dotationis Clementiæ Coci, cum dicto Cæsare, cui per dictum Ioannem Antonium Coci locatur dicta medietas Ruris pro duc. 400. qui promictũtur in dotem in processu currenti, quæ sufficiunt in materia de
1 qua agitur, *text. enim in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iud.* admittit tales quales probationes, etiã semiplenas, cum summatim cognoscitur, & non præiudicat: in ordinario iudicio, vt communiter Doctorem ibi concludunt.

Secundò, quod non possint Cæsar, nec hæredes, & creditores ex persona Cæsaris refricare quæstionem dominij, & allegare emptionem vltimo loco factam à Crispanis, stante contractu locationis allegatæ, quæ licèt erat pro certo tem-
2 pore, tamen præsumitur renouata, tum ex §. *qui impleto, l. item quæritur, ff. locat.* tum ex assertione eiusdem Cœsaris in contractu prędictę emptionis, vbi asserit se tenere cõductam dictam partem à prædicto de Coci, cum *lex si quis conductionis, C. locat.* hoc prohibeat, esset enim spoliare Dominum sua pos-
3 sessione, & propterea ante omnia esset restituẽda possessio locatori, & deindè agere, vt ibi perscribentes, *& in cap. cum dilectos ext. eo.*

Tertiò, dicunt Actores, non valere venditionem prædictam, nam licèt in instrumento sit data potestas propria authoritate, tum adeundo Iudicem, non potest redire ad potestatem de facto, cum videatur effectus meticulosus, *l. de pupillo, §. meminisse, ff. de noui oper. nunc.* ità egregiè *Bald. in l. 2. in 10. quæst. C. de seruit. & aqua.*
4

Quartò, quia hæredes poterant vel erorum creditores purgare moram ex communi conclusione Do-
5 ctor. etiam ad euitandam pœnam conuentionalem, etiam dato certo die, *l. celsus, ff. de arb.* & probat *Salyc. tract. de mora, in 2. quæst. principali, num. 17. in 6. tom. tract. par. 1.*

Quibus tamen non obstantibus contrarium est de iure verius, ipsi enim Coci non habent dominium, nec possessionem, & hæredes Cæsaris habent dominium, & possessionem.

Quò ad primùm, clara est conclusio, valere pactum, quod non transferatur dominium, ex *l. cum*
6 *manu fata, ff. de contrah. empt. §. nemo;* Duobus fundamentis, vel quod valeat temporaliter, vel quod sit alia species contractus, perpetuo enim, vel non valerèt, cum repugnaret venditionis naturæ, vel non esset venditio, & nè aliqua relinquam, dico, non obstare dicta *Afflict. in Constit. Sancimus, de iure prothomiſ. in princ. num. 20. vers. sed ponamus, & in §. licet, nu. 13. & decis. 338.* in quibus locis concludit, pactum non valere, & esse locum iuris congrui, declarando verba *Bald. in Rub. cap.*
7 *de contrab. empt. in. 13. quæst. Afflict.* enim laborat ad fundandum, quod vicinus habet retractum, etiam in re vendita, cum reseruatione dominij pendente solutione, sed non potest negare, quin *Baldus* benè dicat, quod pactum sit naturale, & non contra naturam contractus, quando est temporale, sed quod non nocet tertio, idq; maxima, & meliori ratione, nam vicinus obtinet rem cum eisdem conditionibus, quibus possidebat emptor, ac cum eodem
8 pacto, prælatio enim datur cum sua causa, *Glos. illa in §. 13. verbo vendum, num. 22.* vndè ex alio poterat, *Afflict.* fundare *decis. in fin.* cuius cõcludit, pactum valere, & veram fuisse visam doctrinã *Bald.* quem sequitur, & comprobat *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 39. Dec.*
9 *cons.*

Digitized by Google

conſ. 440. *intip. ſuperioribus, Vrſill. ad dictam deciſ.* 338. & plures relati à *Tiraquell. Addentes ad Decium in d. conſ.* 440. qui adhærent *Tiraquello.*

Vndè fit, quod ſi valet pactum, dominium ſemper remanſit penès venditorem, à quo cauſam habet Cæſar; *Et ſic bis fuit iudicatum in S. C. in eadem Aula in cauſa Iulij Roſſilli, & in cauſa Donati de Falco,* 10 ità quod Conſiliarij nedùm tenuerunt non eſſe translatum dominium, ſed remanere eiuſdem naturæ, ſic in cauſa dicti Donati iudicarunt in materia Conſuetudinis Neapolitanæ, tantò clarius, quod iſta reſeruatio ſemper fuit renouata in omnibus cautelis, & dilationibus conceſsis; vt ex eis videre eſt.

Quo ad poſſeſsionem, etiam patet, nam vnquam fuit penès eos de Coci, cùm fuerit reſeruata, & deindè Cęſari tradita per cautelas ante dictas, ac nouiſsimè penès eius hæredes reperta, cũ fuerit exequutum ſuper Rure, vt in bonis Cęſaris, 11 in quo creditur nuncio, *Alexan. in d. §. ſi ſuper rebus, num.* 17. vbi plures refert, ibi *Bart. num.* 4. dicit, q quãdo reperitur penès debitorem, contrà quem eſt facta exequutio, transfertur onus probandi in aduerſarium dicentem, exequutum in bonis ſuis.

Et vt ponam in hoc gladium ad radicem, aduertant iſti Actores, q ſunt hæredes Ioannis Antonij, qui vltrà quod nunquam poſſedit per ſupradicta, & ſi aliquam tenutam habuit, fuit nedum interrupta tot ſequeſtris, & tot exequutionibus, ſed ei ablata de facto, & tradita Cęſari, ſed dato, quod poſſederit, non tamen hæredes poſsiderunt poſt eius mortem, & poſſeſsio non tran- 12 ſfertur in hæredes, *l. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſ.* nec per colonum defuncti poſsident hæredes, *l. qui vniuerſas, §. qui per colonum, ff. eod.* vbi *Doctor. notant*, & propterea vltrà alia infrà dicenda, Actores non fundat poſſeſſionem, nec per aſſertum contractum locationis per ſupradicta, quæ ſunt veriſſima.

Reſtat reſpõdere ſpecialiter motiuis partis aduerſę, & cum primum ſit ſublatum, venio ad ſecundum 13 *de l. ſi quis conductionis*, quæ non obſtat, nam limitatur pluribus modis.

Primò, vt procedat, quando agitur actione ex illa lege ad penſionẽ, non quando actor agit de dominio, vel poſſeſsione, vt hic ità *Doct.* ibi.

Secundò, non procedit in hærede conductoris, cum poſsit habere bonam fidem, relati *à Menoch. de recup. poſſ. rem.* 11. *num.* 50. vt pauçis attingam.

Tertiò, non procedit, quando ſuperuenit noua cauſa mutandi poſſeſsionem, ſicut eſt hic, cum ex nouo contractu acquiſiuit dominium, & poſſeſsionem rei à vero Domino, ità *Guid. de Luz, & aly antiqui*, & *Alber. in l. ſi quis fundum, §. fin. ff. loc.* cum quibus concordãt relati à *Menoth. de recuper. poſſeſſ. rem.* 11. *n.* 42. & 48.

Non obſtat tertium fundamentũ de aditione Iudicis, tum quia hoc venit in iudicio plenario, poſtquam multa impediuntur fieri, quæ iam facta tenent, & ſic cum poſſeſsione in effectu reperiatur fuiſſe tradita Cæſari, & rus, vt Cæſaris ſit expoſitum venale, non eſt neceſſarium tractare, ſi adeundo Iudicem potuit, vel non venditor id facere propria authoritate, tum etiam, quod de iure non ſubſiſtit; Pacta enim in inſtrumento erant duo connexa, & reſpectiuè tendentia ad vnum, vt creditori ſit ſatisfactum, ſed in ſe, quodammodo diuerſa; vnum .n. eſt, vt non facta ſolutione res ſit re-

Digitized by Google

troceſſa aliud, quod poſsit eam vendi facere per Iudicem, quem ſi adijt pro adimplemento iſtius, non renũciauit alio, quod ſit ei retroceſſa illa medietas, ità in proprijs terminis
14 conſuluit *Alex. in conſ. 130. in 4. volum. num. 13.* ad quod adduco *conſ. Decij 460. nu. 7.* vbi in proprijs terminis concludit per plura iura, & authoritates, quod vnum remediũ non tollit aliud, quando tendunt, circa idem per diuerſos tramites in propria materia aditionis Iudicis, quod non prejudicatur faciendi de facto, quod ſibi licebat, vndè ſi petijt vendi rus, & deindè vendidit ipſe de facto vigore alterius pacti, rectè fecit accedente reſeruatione aliorum iurium in calce ſupplicationis, de qua per *Alex. & Det. in dictis conſilijs*, qua ſtante, non eſt dubitandum.

Quartò, nec ſuffragatur, quod ex aduerſo dicitur cõpetijſſe hæredibus ius purgandi moram, cum per
15 clauſulas inſtrumentales non poſſint auferri, maximè re non integra, & quæſito dominio tertio, & iure alijs, latè idem *Salÿ in quæſt. principali, num. 1. 2. 3. 4. Gloſ. illa, §. 13. verſ. lefic. gloſ. 5. num. 12.* & cum ſint termini notiſſimi non inſiſto.

Remanet igitur abſolutum, quod Actores non fundant nec dominiũ, nec poſſeſſionem, & Actore non probante, reus abſoluitur.

Secundò, quod conuenti probãt de valiori titulo, & iuſta poſſeſſione.

ADDITIO OCTAVII Biloctæ.

PActa, quæ aliàs repugnarent naturæ contractus, & impedirent trãſlationem dominij rei venditæ, & traditę ſubſtinentur, quatenus ſint appoſita pro cautela, & ſecuritate venditoris, ex multos probat *Salgadus in ſuo laberinto credit. part. 3. cap. 2. num. 135.* & ad ornatum *l. ſi quis conductionis*, plura congerit *Alphan. in collect. 463.*

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries proponitur.*
Et vt hoc iudicium reiuendicationem ſapiat.
2 *Reiuendicationis iudicium duo habet extrema, & quæ.*
3 *Aſſertiua verba probant inter eaſdẽ partes, inter quas aſſertio facta eſt.*
4 *Quod Baro poſſidet intra fines feudi, feudale præſumitur.*
Et vt præſumatur feudale, quod ad iuriſdictionem tantum? & num. ſeq.
5 *Quod Priuatus poſſidet intra fines feudi, feudale præſumitur, quoad iuriſdictionem tantum.*
6 *Bona eſſe feudalia, vt poſſit probari per teſtes.*
7 *Teſtes, vt deponant de cauſa ſcientiæ, ſi deponant, Baronem poſſediſſe territorium, vt vnitum feudo.*
8 *Agens reuocatoria ad feudum, vt probare teneatur eſſe Dominus feudi, vel ſufficiat probare poſſediſſe feudum.*

ARGVMENTVM

Reiuendicatio, vt proponatur, quæ requirat extrema; Aſſertiua verba in quibus caſibus probent; Poſſeſſum à Barone intra fines feudi feudale præſumitur, ſolum quoad iuriſdictionem. Feudalia probari poſſunt per teſtes, &c.

Pro

Pro D. Isabella de Tocco vtili Domina Castri Planchitellæ.

ALLEGATIO X.



N anno 1518. Dominus Ioannes Franciscus de Tocco Baro Castri Planchetellæ habitati, Castri Barbę inhabitati, & tertię partis feudi Altauillæ concessit Angelo Antonio Landulfo quandam partem feudi Altauillæ sub annuo reddituc. 5. 3. 16. & duarum gallinarum saluo Regio assensu impetrando.

Domina Isabella de Tocco hæres prędicti q. Domini Ioannis Francisci reuocat prædictam concessionem partis feudi factam sine assensu Regio, & petit condemnari subscriptos possessores, & hæredes prædicti qu. Angeli Antonij ad sibi relaxandum prædictam partem feudi.

Attrix probat, se hæredē prædicti qu. Domini Ioannis Francisci per intermediam personam subscriptorū, videlicet, mortuo Ioanne Francisco successit D. Iacobus eius filius, vt ex releuio soluto p eū p̄dicto nomine, prædicto Domino Iacobo successit Dominus Carolus eius filius, vt ex altero releuio, prædicto D. Carolo successerunt ipsa Domina Isabella in feudalibus, & in burgensaticis, cum Domina Maria eius sorore germana, vt ex decreto præambuli.

Domina Maria cessit prędictę Dominę Isabellæ prædictam hæreditatem, vt ex instrumento.

Istud iudiciū, de cuius expeditio
1 ne hodiè agitur, reiuend icationē sapit; reuocata enim alienatione territorij feudalis ex defectu Regij assensus, petijt Domina Isabella condemnari possessorem ad illud relaxandum vnà cum fructibus, vnde vtilis reiuendicatio appellabitur, licèt alij actionem reuocatoriam ad feudum nonnulli conditionem ex constitutione eam appellent, prout dicit *Glos. in constit. Regn. consuetudinem pravam, in verb. cum his.*

2 Extrema istius iudicij duo sūt, dominium ſ3. ex parte actoris, & possessio ex parte conuenti, *l. officium Iudicis, ff. de reiuend.* vtrumque assumptum ex sola facti serie, absq; iurium allegationibus fuisse clarè probatū præsupponebā; Primum scilicet de dominio Actoris, ex eo, quod probatur, Nucellitum concessum esse de feudo Altauillæ, & proindè sine assensu, nunquam recessit dominiū ab ipso Barone Altauillæ, alterum verò de possessione penès conuentos, plenissimè probatur per quatuor testes, & ex confessione conuentorum in comparitione per ipsos facta in iudicio reintegrationis ad instantiam Comitis Altauillæ, adeò ꝙ istud secundum extremum de possessione penès conuentos non difficultatur.

Primùm verò assumptum, scilicèt de dominio penès actorem, audio per partem aduersam controuerti ex duobus. Primò, ex quò negat probari qualitatem feudalem. Secundò, quia exceptione præscriptionis saltim excludatur actrix, sed neutrum obstat.

Et primò, quod pars Altauillæ sit feudum quaternatum in personam prędictorum de Tocco, liquet ex pluribus inuestituris, & ex taxatione, & solutione adhoæ Regiæ Curię.

Quod autem istud Nucellitum, de quo hodie agitur, sit de dicto feudo situm, & positum in pertinentiū Altauillę, liquet ex eodemmet instrumento concessionis, quæ verba

as-

Digitized by Google

assertiua, absq; dubio probant inter
3 easdem partes, inter quas est facta assertio, ex regul. *l. optimam, C. de contrah. & committen. stipul.* quam etiam in feudis admictit *Alexand. in cons.* 136. *num.* 2. *vol.* 1. Et non solum habet locum inter eosdēmet contrahentes, verum etiam inter successores ipsorum titulo particulari, vt tenet *Soccin. cons.* 11. *num.* 1. *cons.* 13. *num.* 5. *cons.* 82. *nu.* 3. *vol.* 3. *Glos. Paris. in tit.* 2.

Vndè cum hodierni possessores habeant hoc territorium, vti successores primi acquirentis, absq; dubio nocet eis talis assertio.

Cum ergo ex prædictis concludenter probetur, prędictum territorium alienatum esse intus feudum Altauillę, necessario sequitur vulgata iuris regula, quod Barone possidente intra fines feudi, præsumi-
4 tur feudale, vt dixit *Andr. in cap.* 1. §. *quidam tamen, in addit. in princ. de controuers. inter mascul. & fem. in cap. Imperialem fol.* 39. *lit. H. Dec. plures cumulans cons.* 517. *num.* 9. *Cravett. cons.* 54. *num.* 9. *vol.* 1.

Nec dicat pars aduersa, quod præsumatur feudale, quò ad iurisdictionem, secus quo ad proprietatem, siquidem hoc esset errare in terminis; dum enim non Baro, sed alius priuatus possidet intrà fines feudi, tunc benè procedit dicta distinctio, quod præsumatur feudale, quo ad iurisdictionem, .i. subditum iurisdictioni feudali, quo verò ad proprietatem burgensaticum, quam distinctionē ante omnes tradidit *Hostiens. in cap. nimis de iure iur. vers. & eidem, Io: Andr. ibidem col.* 1. *vers. sed quo ad iurisdictionem, Abb. num.* 1. *vers. & ità Butr. num.* 7. *Io: de Anan.*
5 *num.* 3. *Paris. de integr. feud. in cap. pone quod petitur, num.* 7. *Iacob. in. inuest. feud. in cap. dictiq; vassalli, nu.* 6. & ita loquitur *Afflict. in sua decis.* 267. qui Doctores dicunt, quod Princeps, seù Baro non habent intentionem fundatam, quod bona sint feudalia, ex eo solo, quod priuatus possideat intrà fines feudi, stante maxima Consuetudine in hoc Regno, quod feudum habeat sub se plura burgensatica; At quādo Baro possidet nulla facta distinctione, præsumitur feudum, etiam quo ad proprietatem, nisi constet de alio titulo particulari.

Vndè cum Dominus Io: Franciscus de Tocco vtilis Dominus feudi Altauillæ tempore prædictæ concessionis possidebat Nucellitum prædictum situm intus feudum Altauillæ, & hodie potest dici, quod possessores ipsius illud possideant, saltim ciuiliter, dum concessionarius ipsius possidet naturaliter, ex pulcherrima doctrina *Specul. in tit. de emphy. quæst.* 13. *num.* 67. Vtiq; præsumitur feudale, & hęc præsumptio sufficit ad obtinendam reuocationem alienationis ex defectu Regij assensus, eoquè magis, quo in prædicta alienatione fuit tractatum de impetratione assensus Regij, quę reseruatio assensus, denotat etiam qualitatem feudalem.

Secundò principaliter probatur hæc qualitas feudalis per testes examinatos in iudicio prædictæ reintegrationis, deponentes, prædictum Nucellitum esse situm intus pertinentias feudi Altauillæ, & esse feudale, vt constat ex depositione nouem testium conformium, & omni exceptione maiorum.

6 Quæ probatio de per se sola sufficeret, potest enim probari per testes aliqua bona esse feudalia, vt per *Affl. in dec.* 277. *Paris de Put. de reintegr. feud. in rubr. qualiter probetur rem esse feudalem, in cap. incip. quoniam sapè, fol. mihi* 87. *qui cæteros cumulat.*

Nec

Digitized by Google

Nec dicat pars aduersa, quod prędicti testes non deponunt de causa scientiæ, siquidem cum ipsi deponant, vidisse possideri prædictum territorium, vti feudale tanquam vnitum, & incorporatum
7 feudo Altauillæ, & feudum Altauillæ ex scripturis Regiæ Cameræ liquet esse feudum; satis claram, & indubitatã scientiæ causam reddere videtur, prout dicit *Afflict. in d. dec. 277. num. 5.*

Præsuppositа igitur qualitate feudali, eius alienatio absque assensu non valet, & proindè satis benè fundatum remanet primum assumptũ, quod dominium semper remanserit penès concedentem; & successiuè penès actricem; imò quando quis agit reuocatoria ad feudum, non habet necessè probare, quod sit Dominus feudi, sed sufficit probare, q̃ ille possideat illud feudum, & quod pro eo seruitium præstet. Feudum
8 enim, quod est homo mutus videtur reuocare, & petere, reintegrari sibi membra sua, & partem corporis sui, verba sunt formalia *Glos. in constitut. Consuetudinem prauam, in verb. cum his, vers. vnum autem, & Andr. de Iser. ibidem in fin.*

Et hæc quando tractabatur causa decidenda per Sacrum Consilium, sed postquàm fuit remissa ad Regiã Cameram, in qua est decidendus articulus, si territorium de quo tractatur sit feudale, vel burgensaticũ, & sic declaranda qualitas feudalis, quæ in Sacro Consilio negabatur per partem, & ex supradictum, satis clarè liquet de prædicta qualitate, tum per inuestituras, tum per solutionem adoharum, tum per confessionem partis, ac petitionem assensus super alienatione prædictorum bonorum redititiorum, ac solutionem terrariæ per alienantes, & ementes bona prædicta, vt ex memorialibus præsentati apparet, tum etiam per testes supponat, qualitatem prædictam feudalem declarari ad finem, vt iudicium reintegrationis possit, postea terminari per Sacrum Consilium, in quo pendet.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspendit exequutionem decreti Iudicis Delegati, nisi in delegatione adsit clausulã* appellatione remota, *& idem subdelegato, num. 2. & 3.*

4 *Appellatio extinguit, siuè suspendit iudicatum.*

5 *Consequentia ex priuilegio non arguitur.*
Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.

6 *Iudicatum non est, quod non discussum.*

7 *Vnus pro alia non tenetur in priuatis administrationibus.*

8 *Excussio principalis debitoris locum habet inter administratores rerum publicarum; etiam quando fuerunt negligentes in administratione, & & num. 9.*

10 *Administratores rerum publicarum pro indiuiso, an teneatur insolidum.*

11 *Nullus est ipso iure processus, in quo Iudex iniustè processit.*

ARGVMENTVM.

Administratores Vniuersitatũ, ad quæ teneantur ob negligentiam in administratione; & quomodo conueniendi si plures sint.

Pro

Pro Pompilij Vallette.

ALLEGATIO XI.



VM decreta, & condẽnationes Delegatorum à Principe ſine clauſula. Appellatione remota, ſi ab eis appelletur, non habeant exe-

1 quutionẽ, teſte *Anna in repet. conſt. Conſtit. Dina Memoria, nu.* 10. Non eſt dubitandum, quod tantò magis non poſſent, nec debent habere exequutionem decreta, & condemnationes factæ à ſubdelegato delegati ſine dicta clauſula, *Auth. multo magis, C. de Epiſcop. & Cler.* Imò & ſi Delegatus habuiſſet commiſſio-

2 nem cum dicta clauſula, proùt non habet adhuc, quia Delegatus non poteſt habere maiorem authoritatem, quam habet Princeps Delegans, ſicut à Principe non apparitur, à Iudicibus autem per Principem datis, appellatur, *Andr. in tit. quæ ſint regalia, §. contrahentium inceſtas nuptias, lo* 2. *circà finem*, quem allegat *Anna in d. conſtit. num.* 10. Ità etiam quod non poſſit appellari à Delegato, poteſt appellari à Subdelegato

3 dicti Delegati, *d. Auth. multo magis, eſt text. in l.* 1. *in fin. C. qui pro ſua iuriſdictione.*

Quæ appellatio extinguit, vel

4 ſuſpendit iudicatum, *Afflict. dec.* 188. *num.* 5. *Capyc. deciſ.* 202. *Gramiconſ.* 118. *in ciuil.* & ideò nil nouandum appellatione pendente, *ff. tot. tit. nil nouari appellatione pendente.*

Nec dicatur, quod ſicut ſignificatorię, & condemnationes Vniuerſitatis habent exequutionem, ità etiam debent habere exequutionẽ ſignificatoriæ, & condemnationes computorum dñorum. Nam reſpondetur, quod exequutio prædicta, quæ datur ſignificatorijs Vniuerſitatum per *Regiam Pragmat. de anno* 1569. *D. Franch. deciſ.* 347. eſt ex priuilegio partibus, quod non eſt trahendum ad conſequentiam, *l. quod verò, & l. ius ſingulare, ff. de legib.* & extrema firmat regula in caſibus non exceptis, pulchrè *And. in eiſdem terminis appellationis, in tit. quæ ſint regalia, §. & bona committentium crimen Maieſtatis, nu.* 86. *verſ. verius dicitur, quod appellatur, & num.* 87. Vbi dicit, quod iura denegantia appellationem ſunt odioſa; Quinimò in erario Baronis, & ſic in caſu fortiori, quia ceſſant cauſæ publicæ, ceſſat diſpoſitio circà exactiones nominum debito tempore non exactorum, *D. Lanar. conſ.* 99. Inſuper caſus noſter eſt ſine difficultate, nam ſumus in priuatis negotijs, & inter priuatas perſonas.

Tantoq; magis non poteſt prætendit exequutio condemnationum dicti ſubdelegati reſpectu Pompilij Vallettæ. Nam circumſpectus Delegatus ei tantum commiſit diſcuſſionem, & deciſionem partitarum, in quibus videbatur neceſſaria informatio ab expertis, non autem, quod diſcutiat, & decidat, ſi Pompilius ob nouam procurationem factam à Duciſſa in perſonam Antonij Bue, qui adminiſtrauit; poſſit, & debeat teneri de geſtis, ſeù neglectis per Antonium, & non per ipſũ, & quomodo; qui articulus eſt iuris, & merebatur, & meretur deciſionem à Delegato; & ideò cum non commiſſum, totum iudicatum cõtra Pompilium eſt nullum tamquam à Iudice incompetenti, *l.* 1. *& l.* 3. *cap. ſi à non competenti Iudice*; Maximè quod non fuit coram eo diſcuſſum, an Pompilius de geſtis per Antonium re-

Digitized by Google

teneatur. Et proindè cum non sit discussum, non potest dici iudicatum, *Bald in l. receptitia, C. si cert. pet.* 6 *Dom. de Franch decis. 278. num. 6.*

Imò etsi fuisset ei cõmissũ, & corã eodẽ discussum, tamen ob infrascriptas notorias iniustitias, vltra aliarũ partitarum oretenus discussarum, non potest contra Pompilium tractari de exequutione condemnationum.

Prima iniustitia est, quia Pompilius nullo modo potest teneri de gestis per Antonium, sed tantum de ordinatis per ipsum, stante quod sumus in negotio priuato, non pu-
7 blico, nec pupillari, *text. est in l. Diui, ff. de administr. tutor.* vbi *Bart. & Fulg. & Alber. in fin. & alij, l. Tutori in fi. C. de neg. gest. & Bal. in l. cum alicui, ff. de negot. gest. num. 2* notat regulam, quod in priuatis administratoribus vnus pro alio non tenetur, & idem dicit ibi *Ang.*

Secunda iniustitia est, quia etsi Põpilius teneretur de gestis, & malè administratis per Antonium, proùt nullo modo tenetur, est prius discutiendum; an Antonius, qui
8 administrauit sit factus non soluendo nec nè, etiam si essemus in administratione rerum publicarum, & ipsi diuisissent administrationem, quod est fortius: est *text. in l. Imperator ff. ad municip. Glos. & Andr. de Barulo in l. quantum Augerio, C. de conuenien. fisc. debitor. lib 10. l. 1. & 2. C. quo quisq. ordine conueniatur lib. 11.*

Tertia iniustitia est, etiam respectu Antonij: Nam principales partitę condemnationum, & eius negligentia in administratione non visionis computorum prædictorum ministrorum, & non factæ exactionis reliquorum, forsan à prædictis debitorum. Per hanc negligentiam, etiam suppositio, quod debitum prędictarum partitarum esset liquidũ; iura non damnant administrantem etiam in negotium pupillari restitutore, id quod debitores debebant.
9 Sed ante omnia debet per principalem agi contra debitores; & casu quo fuerint deteriorati, & non soluendo ex post facto ob culpam, & neglieentiam administratoris, tunc agi contra administrantem, *l. 2. C. arbitr. tutel. l. cum ob augumentum, C. in quibus cas. tut. vel cur. habenti, Tutor, vel Curator dari potest, l. & si scisa, C. de administr. tutor. Dom. Lanarius cons. 99.* Videndus, quia loquitur in fortioribus terminis. Hi non solum non sunt facti non soluendo, & deteriorati, sed nec cum eis est actum. Imò obtulerunt redere rationem, & Ducissa recusauit, & recusat: Et ideò iniustissimè sunt cõdemnationes prædictarum partitarum, etiam respectu Antonij.

Nec obmictam, quod contra plures administrantes, etiam pro indiuiso, & in rebus publicis hodie non datur condemnatio insolidum,
10 *Glos. Bart. & Rebuff. in l. 1. C. quo quisq; ordine conueniatur*; Tantò magis in rebus priuatis, *l. Diui, ff. de admistr. tut.* vt sic vndiq; appareat iniustitia contra Pompilium, & in proposito dicit *Ias. in §. in bonæ fidei, inst. de act. post num. 6. vers. item facit,* & iudex subdelegatus iniustè, vel iniquè procedat, & processus sit
11 ipso iure nullus, quia non videtur sibi mandatum, quod inique, vel iniustè procedat; per iura, & Doctores per eum allegatos. Et ex his non est vllo modo tractandum de exequutione condemnationũ prædictarum, sed dandus est terminus in causa in quo plenius omnia elucidabuntur.

Digitized by Google

ADDITIO OCTAVII Biloctæ.

APpellatio à ſententia Delegati Principis, quamuis ſit deſumi alicuius Supremi Tribunalis, cuius Tribunalis ſentẽtię haberent exequntionem paratam ſuſpendit iudicatum, & ſic deciſum refert *Reg. Rouit. in pragm. 5. nu. 16. de offic. S.C.* Cœtera verò pertinentia ad appellationes Delegati, ſeù ſubdelegati proſequitur *Scaccia de appellat. quæſt. 8. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Captatoria voluntas, quæ nam ſit.*
2 *Diſpoſitio quando dicatur commiſſa alieno arbitrio.*
3 *Teſtamentum inter liberos ſufficit eſſe factum coram duobus teſtibus, & quod ordinatum ſit ſcribi ſuam voluntatem, nu. 5.*
4 *Voluntas teſtatoris ex inditijs probatur,*
6 *Legatum nutu fieri poteſt.*
7 *Diſpoſitio facta ad ſuggeſtionem, & interrogationem alterius, quando valeat.*
8 *Filios æqualiter diligere parentes præſumuntur.*
9 *Diſpoſitio à patre facta, ſed vxori commiſſa, an ſit pura, vel conditionalis; & ab vxore non facta declaratione ad omnes filios ſpectat, num. 10.*
11 *Verbum* poteſt *importat neceſſitatẽ.*

ARGVMENTVM

Hęreditas, quæ à patre vxori diſtribuenda eſt commiſſa, ſi ea nõ declarauerit ad omnes comunes filios ſpectat.

Pro Dominis Mario, & Octauio Lanarijs.

ALLEGATIO XII.

MARIVS, Octauius, & Lucretia Lanarij fratres pẽdunt condemnari facere Spectabil. Comitem communem fratrem ad ratas ducat. trium mille ipſis competentes cum intereſſe, vigore diſpoſitionis paternæ, & maternæ, ſiquidem communis pater pro dote, & antefato competenti Comitiſſæ, & pro omnibus iuribus legauit annuos ducatos ſexcẽtum, vita durante, & facultatem diſponendi inter communes liberos de dictis tribus mille, in beneficium quorum ei videbitur, præſupponitur, Comitiſſam diſpoſuiſſe, inſtituẽdo ipſos fratres æqualiter cum Comite, & legaſſe ipſi Lucretię ducatos mille, è contrario Comes conuentus prætendit debere abſolui, compilato proceſſu de tribus articulis, eſt videndum,

Primò, ſi diſpoſitio paterna valet, tanquã collata in alienum arbitriũ.

Secundò, ſi mater diſpoſuit, ſtante quod non fuit ſtipulatum teſtamentum.

Tertio, dato, quod diſpoſitio matris poneretur in dubium, an Actores poſsint obtinere, etiam annullata matris diſpoſitione.

Primus articulus nullam continet difficultatem, quoniam non poteſt dubitari de eius validitate, cum nõ poteſt dici captatoria voluntas, quæ diffinitur à Doctoribus, vt ſit illa, quæ conditionaliter ſub ſpẽ obtinendi reciprocam inſtitutionem, putà inſtituo Seium, ſi ille me hæredem

Digitized by Google

dem ſuum fecerit, ità *DD. in l. captatoria, ff. deleg.* 1. *in l. captatorias de hæred. inſt. & in l. captatorias*, C. *de teſtam. milit.* & talis improbatur declarat *Cottar. in cap. cum tibi, extr. de teſtam. in princ. & Did. Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ.* 5. *in princ.*

Nec minus poteſt difficultari, ꝙ ſit poſita in alienum arbitrium, per not. *in l.* 1. *ff. deleg.* 2. ad not. *in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig.* quoniam ſi pars prætendit, quod inſtitutionem Comes commiſit in alienum arbitrium, hoc non eſt verum, cum fecit hæredem primogenitum, ità; non agitur de inſtitutione, de qua dubitare conſueuerunt Doctores, ſed tantum delegat, vltra quod
2 per *d. cap. cum tibi*, communiter receptum ſit, poſſe comm cti fidei alicuius diſpoſitione de bonis ſuis, vt ibi *Conar. probat*, & per *Did. Spin. in d. gloſ.* 5. Sed in caſu noſtro nulla ex dictis difficultatibus poteſt adaptari, quia tantum facultatem dedit vxori diſponendi inter filios de certa ſumma, qui capiunt à manu patris, & matri tantum fuit commiſſa electio, ſiuè diſtributio, *l. vtr. §. cum quidam, ff. de reb. dub. l. vnum ex familia in prin. & §.* 1. 67. *ff. deleg.* 2. *l. cum quidam* 24. *ff eod. tit.* & ſic quo ad primum articulum non remanet locus dubitationi.

In ſecundò articulo vertitur quæſtio de voluntate matris diſponentis quoniam de ſolemnitate non eſt tractandum, cum diſpoſuit inter liberos, & æqualiter, *l. hac conſultiſſ.*
3 *§. ex imperfecto*, C. *de teſt. l. fin. & l. filij*, C. *famil. herciſ.* vbi *gloſ.* quod ſufficit coram duobus teſtibus declarare voluntatem, circà igitur voluntatem Actores prætendunt habere intentionem fundatam, tum ex ordinatione, & ſcriptura teſtamenti, cum ex interrogatione, & reſponſione ſequuta, ad quod producunt ipſam ſcripturam teſtamenti fidem Notarij ſcribentis, fidem Confeſſoris, & eius tertiarij, qui omnes ſunt repetiti; Vltimo, quod quamuis morbo grauante non potuit ſolemniter complere ſolemnitatem, tamen interrogata per Parochum de ſepultura, reſpondit, ſe remittẽdo ad teſtamentum, de quo deponũt Parochus, & Diaconus, infertur ex hoc, ſatis conſtare de voluntate diſponentis, quæ ſufficit, quod pro-
4 betur per indicia, vt *in d. l. fin.* vbi *gloſ. ver. completum, & gloſ. indicijs, & gloſ. in d. l. filij, ver. ab inteſtato propterea DD. in d. cap. ex imperfecto Bart. num.* 3. *Paul. num.* 2. *Alex. nu.* 5. *Cur. lun. num.* 15. *& laſ. num.* 4. voluerunt, quod ſufficit, ſi pater mandat ſcribi ſua voluntatem, quia probat, quamuis morte præuentus, non potuit ſolemniter complere, quam opinionem omnes ſequuntur *Conar.*
5 *in cap. relatum de teſtam. num.* 2. 7. *& & 21. Clar. de teſtam. quæſt.* 8. *verſic. hinc infertur, Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 1. *& Petr. Dom. de nu. teſt. in teſtam par.* 1. *cap.* 16. *num.* 166. *&* 175. Et quamuis alij contrarium ſentiant, tamen ſemper ſecundum iſtam æquiſsimam opinionem fuit iudicatum.

Nec obſtat exceptio Comitis prætendentis, quod mater diſpoſuit ad interrogationem, & ſugeſtionem filiæ, ad quod producit eundem Notarium animosè deponentem contra propriam primam depoſitionem, dicendo inueriſimilia, quia in duobus vertitur controuerſia, primò, ſi valet diſpoſitio ad interrogationem alterius, ſecundò ſi iſta diſpoſitio fuit ſugeſta.

6 Ad primum habemus iura aperta, quod legatum poteſt fieri nutu quando teſtator morbo grauatus, non poteſt commodè loqui, *l. nutu, ff. de legat.* 3. *& l. iubemus, C. de teſt.*

Digitized by Google

quamuis requirat, quod nominet hæredem propria voce, tamen *Glos. ibi verſ. voce*, dicit, quod nutu poteſt exprimere hęredem, & in verb. *quemadmodum* dicit, quod ſufficit interroganti reſpondere, quæ *Glos.* communiter approbatur, vt dicit
7 *Conar. in d. cap. cum tibi, verſ. hæredis verò inſtit.* & ſic oppoſitio, quod diſpoſitio proceſſit ad interrogationem, nullam affert difficultatem.

Ad ſecundum, quamuis *Conar. loc. ſupra cit.* dicat non valere, quãdo apparet ſuſpicio fraudis, vel importunè ſugeſtionis, tam pars de hac importunitate nil deduxit, de fraude nil probauit, & vnico teſti, qui eſt notatus, non eſt credendum, tum quia ſibi contrarius, tum quia vnicus, & inueriſimilia deponit, & ſic ſatis apparet de voluntate, & diſpoſitione matris, quæ eſt veriſimilis, & conformis iuri cõmuni, cũ
8 omnes inſtituit æqualiter, & præſumptio eſt, quod omnes filios pariter diligeret, *Bart. in l. pater filium, ff. de coll. dot. Afflict. deciſ. 44. nu. 20. Anton. Gabr. de teſt. concluſ. 2. n. 5. & 22. l. cum pater, §. euictis, ff. deleg. 2.*

In tertio principali articulo, quãdo de matris voluntate dubitaretur (quod non credo) vna cadit diſputatio, ſi diſpoſitio patris commiſſa vxori ſit conditionalis, vel pura, & pars allegabit *l. 1. ff. deleg. 2.*
9 *& l. 15. qui hæres, ff. de acquir. hæred. in princ.* quaſi quod conditionaliter contulit poteſtatem diſponendi, ſi diſpoſuerit, ſed in facto totum contrarium eſt, ſiquidem purè, & ſimpliciter conceſſit poteſtatem diſponendi, quam differentiam poſuit *Bart. in d. l. 1. & in d. l. ſi quis arbitratus*, itaq; etiam ſi Comitiſſa nullam feciſſet diſpoſitionem, adhuc legatum filijs deberet, ex diſpoſitione paterna, *d. l. verum, §. cum quidam, & d. l. vnum ex familia*, in quibus probatur ſolam electionem, & diſtributionem commiſſam vxori, propterea inferunt *Bart. in dict. locis*, non eſſe conditionale legatum, & *Imol. in d. cap. cum tibi, num. 14. & Conar. ibi*, ponit in indiuiduo de patre legante meliorationem vni ex filijs, quem mater elegerit, latè *Michael Craſ. de teſtam. §. legatum qu. 46. num. 10.* in effectu Comes pater prælegauit filijs, ſeù eos meliorare voluit, & vxori commiſit electionem, cum meliorare, & prælegare, idem ſit, declarat *Didac. Spinul. in d. ſpecul. in gloſ. 18. de melioratione, nu. 37. in fin.* & ſic hoc prælegatum erat applicandum cui, vel quibus mater declaraſſet, & pro ea parte, & quantitate, ſequitur, quod non facta declaratione, quando de eius voluntate dubitari poſſit, quod ad omnes filios pertineret, caſus eſt in terminis *in l. cum quidam in princ. ff. deleg. 2.* vbi Iure Conſul. figurat caſum de patre ſic diſponen-
10 te, rogo reſtituas libertis meis, quibus voles, reſpondet, quando elegit, & infrà reſpondet ad caſum, quãdo non elegit per hæc verba, idem ait, ſi neminem eligat omnes petitionem fideicommiſſi admicti videri, eſt ſimilis caſus *in l. cum filius, §. pater filia 76. ff. eod.* vbi *gloſ. ponit concordantes*, quod data poteſtate meliorandi vnum, vel diſponendi cui magis velit, non facta electione, ad omnes pertinet commodum relictum: eſt *tex. apertus in l. cum pater 77. §. hæreditatem*, quæſo videantur quantum tollunt omnem difficultatem, & ſic etiam Lucretia veniret comprehenſa, quia pater fecit prælegatũ declarandũ per vxorẽ in beneficium filiorum maſculorũ, & feminarum, & prælegatum ſpectat ad filios, & filiam ex teſtamento paterno, non ab inteſtato, vt dicit *tex. in d. l. vnum ex familia, §. ſi falcidia, ff. eod.*

Digitized by Google

ff. eod. 67. Vnde quamuis dotata, & renunciauerit capit ex noua dispositione paterna, tam si habetur pro vera dispositio materna, quam si reputatur non legitima, quia ēt non facta declaratione, participat de prælegato paterno, non ab intestato, sed ex paterno testamento, nec potest dubitari quando sit prælegatum sub colore, quod Comes dixit posset disponere, quasi sit in volun-
11 tate matris, quoniã in similibus verbum *potest* importat necessitatem, *l. fidei commissa §. hæc verba ff. de leg. 3. vbi Bar. not. nu. 2.* quod verbum *potest* trahit ad necessitatem, *& glos. in l. sepè ff. de off. Præs.* necessitatem notat, quod in rescriptis non importat necessitatem, sed in vltimis voluntatibus importat necessitatem, quam latius declarat *Bar.* cõiter receptus *in l. gallus, in princ. de lib. & posth.* quod potissimè in præsenti causa iudicandum est, ex verisimili mente testatoris, qui voluit prouidere dignitati suæ, & coniugis dum viueret, sed noluit priuare filios dotibus maternis, vt salua dignitate ipsa viueret & filij, eam obsequerentur vsus fuit, hoc modo disponendi, in quo habuit ratione de primogenito minus prælegando ipso viuente, quam ipso mortuo; vnde quilibet recti iudicij debet iudicare secundũ præscriptam charitatẽ patris erga omnes filios.

ADDITIO OCTAVII Bilectæ.

AN valeat hæredis institutio facta ad alterius interrogationem longè disputat *Cristineus in decis.* 11. *Belgia n.* 8. *& ibi n.* 9. *&* 10. limitat.

SVMMARIVM.

1 *Ius habens ducendi aquam per riuũ, potest illum facere de fabrica, & claudere ne fluat in agris vicinis, n.* 2
3 *Refectio veteris ædificij prohiberi non potest.*
5 *Seruitus aquæductus præscribitur opere manufacto, illiusq; possessio retinetur per alueum constructum palis ligneis. num.* 4.

ARGVMENTVM.

An ius habens ducendi aquam per riuum potest illum facere de fabrica; & claudere ne fluat in agris vicinis.

Pro Barone Vairani ex Familia Mormili.

ALLEGATIO XIII.

CERTVM est tractari de exequtione decretorũ S.C. vnius de anno 1568. & alterius de anno 1593. quibus decisũ est, licere Baroni Vairani, vti cursu aquæ, absq; impedimento, & non licere aduersario, circa dictum vsum molestare Baronem, nec modo aliquo aquam diuertere, sed tantum bis in anno ad vsum piscandi, & in hoc nulla cadit controuersia.

Sed de modo exequendi dicta decreta intendit Baro, ità constituere alueum cum pariete, & fabrica

vt

Digitized by Google

vt nulla superſit occaſio parti deuaſtandi, vel perforandi alueum ad finem diuertendi aquam, quod de iure facere poſſe duplici modo fundabitur.

Primò ex iuris diſpoſitione.

Secundò ex præſcriptione iunctis decretis prædictis.

De iure facere poſſe demonſtrat, ex *l. 3. ff. de riuis* §. *ſeruis*, cuius verba ſunt clara, quod qui habet ius ducendi aquam per riuum terreū,
1 poteſt eum de fabrica conſtruere, concordat *l. 1. §. ſi quis terrenum, ff. eod.* vbi ex neceſſitate, vel vtilitate id facere poſſe concedit, ibiq; *Bart.* concordat iura, quæ videntur pugnare ad inuicem; Hinc Doctores formant quæſtionem, quod poteſt conſtruere parietem, etiam ad finem, ne ex riuo, vel alueo terreo defluat aqua ad agros vicinos, & ità claudere, vt nil penitus decur-
2 rat ad alios agros, ſic in terminis *Barthol. Capolla tract. de ſeruit. ruſt. prad. cap. 4. de ſeruit. Aquaduct. n. 60.* quæſo videatur, nam eſt deciſio punctualis, vndè ſi Baro pro eius vtilitate, vel neceſſitate ad euitandum omnia prædicta, vult ducere aquam per riuum de fabrica, non poteſt in dubium deduci.

Ex præſcriptione etiam, & ex deciſis, nam Baro olim de anno 1566. replicauit aduerſario conquerente de innouatione, ſe non innouare, ſed veterem murum reficere, & pars aduerſa replicabat ſe ſtare in poſſeſſione irrigandi ex aqua defluente ex alueo prædicto.

Secundò in facto eſt deductum eo tempore, quam antiquitus alueus erat cemento conſtructus, ità quod apparebant reliquiæ, vt deponunt plures teſtes; Vndè ſequitur, q etiam ſi de iure non poſſet, tamen vigore præſcriptionis poſſet, cum non eſſet de nouo facere, ſed refice-
3 re, *l. 3. §. reficere, ff. de itin. act. priu.* Nec per deuaſtationem parietis interrupta eſt ſeruitus, quæ poteſt retineri per palos ligneos, ſecundum *Angel. Bart. Imol. & alios in l. fin. ff. de vſucap.* quos ſequitur dictus *Veroneſ. d. cap. 4. num. 93.* Cumq; hic
4 ſemper fuit cõſeruata poſſeſſio ſeruitutis, eſt caſus indubitabilis.

5 Per dictum enim opus manufactum acquiſita eſt ſeruitus aquæductus, vt egregriè probat *Veronenſ. d. loc. nu. 58. verſ. aut habens fundum inferiorem*, ſecundum quam practicam Sac. Conſ. decreuit, quod nullo modo liceat aduerſario deuertere aquam.

Sequitur licere, vel pro exequutione decretorum, vel per viam refectionis, vel nouæ conſtructionis parietem conſtruerem, & aquam taliter ducere, vt nullo modo defluat ad alia loca, maximè ad euitandum ſcandala.

ADDITIO OCTAVII Biloctæ.

AN liceat vaxallis diuertere aquã ex flumine Baronũ pro irrigandis agris affirmatiuè deciſum refert *Præſ. de Franch. deciſ. 183.* vbi plura conferunt ad materiam congeſta per *Borgnin. Caualc. deciſ. 5. par. 5. & deciſ. 23. & 22. par. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Donationes facta ſponte, an præſumitur contemplatione vxoris, item Ambaſciatoribus, an contemplatione Principis.*

2 *Apodixę reſtitutio arguit illius reuocationem, & num. 4. Et quid in inſtrumento, & ſi fuerint plures de vno debito, num. 3. Et quid quando reſtitutio Apodixę poteſt aliud operari, num. 5.*

6 Pa-

Digitized by Google

6 *Pactum ex coniecturis, quando tacitè sumatur.*

7 *Pacta dotalia censentur renouata coniugibus redeuntibus ad connubium post diuortium, & num.* 10. *Et idem in pactis compromissi, & aggregationis Ciuis, nu.* 8. *Et idem in pactis locationis, depositi, pracary, & similibus, nu.* 9.

11 *Voluntas facto magis, quam verbis declaratur.*

12 *Societas dissoluta ex coniecturis, dicitur renouata.*

ARGVMENTVM:

Pacta opposita in contractibus matrimonij, locationis depositi compromissi, & aggregationis Ciuium, & similibus; ijs reuocatis, & demũ conualidatis, reuiuiscunt, & sunt obseruanda.

Pro Domino Don Diomede Carrafa.

ALLEGATIO XIIII.



Ltra ea, quæ copiosè, & accuratè deduxit Domin. Collega ad probandum potuisse Dom. D. Ioſephum ex sua industria acquirere p̃ matrimonijs prędictis, est similè de donatis Ambasciatoribus extra dotum secundum magis veram opinionem, de qua *Bart. Alber. & alij in l. si verò, §. item quicquid, ff. solut.* 1 *matr.* & est decisio *Dom. Pras.* 172. *num.* 3. ac latè post eum *Io: Vincen. Carocc. in tract. de locato, & conduct. par. 2. quæst.* 7. Et tamen eorum officium debet esse gratuitum, vel saltim donata intelliguntur contemplatione Principum, & non ipsorũ, quod similè congruit in isto casu, vt magis credatur *Alberic.* q disputauit in terminis in materia tutoris, & de hoc articulo data ęqualitate nubẽtiũ non video in quo dubitari possit.

Ad secundum articulum de resoluta conuentione, fortiter videretur obstare illa restitutio apodixæ, quãdo 2 recessio à conuentione non probaretur, cum hoc solum induceret reuocationem, argum. *l. Meuia, ff. sol. matrim. & l. Labeo, ff. de pactis.*

Sed aduertendum duxi non esse simpliciter verum, nam post longã distinctionem *Alberic. ibi in fin. nu.* 5. *vers. item quæritur,* quia formar hãc quæstionem, quando duo erant instrumenta, tunc vno restituto, alio verò retento, tunc non inducitur liberatio secundum antiquos *Glossatores,* 3 allegat etiam *l. fin ff. de his, qui inter se deleg.* quæ probat intentionem; nec obstat, quod idem *Alber. in fin. & Bart. ibi in fin. num.* 7. discurrendo teneat contrarium, quando aliud non posset operari illa restitutio instrumenti, cum sit vnicũ debitum, licèt sint plures cautelę, & lex contraria procedat fauore vltimę voluntatis.

Tamen secus in casu nostro, cum à principio non fuerunt confectæ plures apodixæ, ità vt vna restituta, videatur totum negotium dissolutũ, sed in ipsa restitutione fuit coram eodem aduersario exemplata per Notarium, & exemplum retentum, vt idem Notarius, & alij testes probant, quod nil aliud poterat operari, quam confirmationem negotij conuenti, neq; potest induci argumentum fauore liberationis, cum

pars

Digitized by Google

pars non dicat fuisse remissum debitum, sed fuisse recessum à negotio,
4 immò congruit alia quæstio *Bart. ibi nu. 6.* vbi ponit è contrario, quod debitor cui fuit à creditore restituta apodixa, si eam iterum reddit creditori, reincidit in primam obligationem, ad quod adducit multa iura, sed in casu nostro, nedum exstat eadem ratio, sed maior, cum non ex interuallo, sed ibidem incontinenti fuit retenta autentica copia manu Notarij, quæ nil aliud poterat operari, quam conseruare primam obligationem validam.

Insuper consido, quod restitutio apodixę poterat aliud operari, quam remissionem, vel resciſſionem negotij, cum poterat operari, vt notetur in libris banci, & quando po-
5 test aliud operari, non inducit remissionem, idem *Bart. Alber. & omnes ibi.* Qui ideò distingunt à pignore, quia pignus potest deserere à cautela, quę potest prodesse in lite pro euictione, quæ exempla congruunt ad decisionem, cum omnia prædicta consistant in coniecturis,
6 quæ inducunt tacitum pactum, vel distractum, quod eligit, *Bald. ibi. n. 3. de mente Io: & Gul. de Cun.*

Prętera consido, quod nulla poterat considerari causa prætensæ reuocationis, propter impedimentum in matrimonijs prędictis, & dato hoc pro vero, cum fuerint per eosdem ad effectum deducta, remotis iam impedimentis, & sequestris Iudicis, dico, de iure censeri conuentum, cum eisdem pactis dotibus, conditionibus, promissionibus, proùt in primis conuentionibus, cum hoc sit in specie cautum, etiam in matrimonio soluto per diuortium, vt si coniuges redierint ad
7 connubium lex, intelligit renouata prima pacta dotalia, *l. si mulier, ff. de iure dotium, Paul. in l. si mulier, ff. sol. matr. & in l. in his, §. vxor, ff. eod.* vbi omnes *DD. notant*, & in fortioribus formant quæstionem de Ciue admisso, & deindè expulso, & de nouo admisso, vt intelligatur cum eisdem pactis, *Petr.* quoq; ibi po-
8 nit de compromisso facto cum pęna, vt eo re acceptato intelligatur pęna reposita, licèt alij de pœna dubitent, eum tamẽ sequitur *Alberic. ibi.*

Est quoq; similis iuris decisio in locatione, per *l. item quæritur, §. qui*
9 *impleto, ff. locat.* vbi lex pręsumit reuocationem, & DD. dicunt cum eisdem pactis, quem *text.* & eius rationem inducunt DD. procedere in præcario, in depositio, & alijs similibus, de quibus plenè *Io: Vincen. Carocc. in tract. de locato, & conducto par. 2. de renouatione locationis, quæst. 13. nu. 15. & sequent.*

In simili *Andr. ab Exea in repet. rub. extr. de pact. in 3. par. num. 468.* dicit, rationem illius *text.* fundare, quod lex ipsa inducit tacitum pactũ partium ab aliquo facto ipsarum pręambulo, etiam absq; scientia, aliquando absumit pręsumptum cõsensum partium, & requirit scientiam, sed in casu nostro, vel quod lex inducat, vel quod lex præsumat, est idem quando adest scientia, & factum partium, nedum primum, sed successiuum, & continuatiuum, ac effectiuum primę conuentionis; sequitur necessaria consequentia, quod si partes perterritę de mandato Iudicis suspendissent tractatum; tum continuando, & ef-
10 fectuando negotio, necessario dicẽdum est, cõtinuasse eandem conuentionem, tantò fortiùs, quod maior requirebatur industria dicti Iosephi.

Quod suadetur, quia licet non fuerit restituta apodixa dicto Iosepho facto; tamen fuit magis, quam
11 restituta; Facto enim magis, quam verbis voluntas declaratur, *l. Paul. ff. rem*

Digitized by Google

ff. rem ratam haberi, & clarius *in l. si tamen*, §. *ei qui*, *ff. de edilitio edicto*, & ad propositum facit quæstio DD. de societate finita, vel dissoluta, vt ex coniecturis dicatur renouata, etiam sine alia expressione, quia voluntas præsumitur, potius durare, quam mutari, quando durat causa voluntatis, latè *Menoch. cons.* 121. *in* 2. *vol.* cum itaq; in casu nostro matrimonia fuerint causa promissionis duc. triummilliũ; licèt suspensio suspenderit effectum promissionis, tamen continuato negotio, & ad effectum deducto per easdem partes durat voluntas, & conuentio, ac certo modo continuatur, vel renouatur promissio ex actu subsequenti, & cum esset debitor consimilis quantitatis, nedum non exegit pars aduersa, sed pluries calculatis rationibus bancarijs, nihil retinuit de pecunijs ipsis, arg. *l. procula*, *cum similibus*; & ideò concludo, factam fuisse compensationem, & debere absolui eius hæredes.

ADDITIO OCTAVII Biloctæ.

COmpensandi causa, quando aliquid datum præsumatur, ostendit *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 142. vbi coniecturas adduxit de hoc, & quando debitor creditori suo censeatur, quid reliquisse animo compẽsandi, refert *Cristinæus dec. Belgiæ* 11. *nu.* 4. *vol.* 4. & de consimili agit *Surd. decis.* 119. & compensatio vni debito, semel obiecta, postea alteri debito obijci non posse, decisum refert *Sande de compens. defin.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Filius non tenetur de dote patri soluta, nisi tanquam eius hæres in actione personali, & num.* 2. *declara, vt num.* 12. 13. *&* 14. *contra num.* 15.

3 *Hypotheca tacita resultat ex receptione dotis.*

4 *Hæredis bona non dicuntur obligata, nisi expressè id actum sit.*

5 *Hæres adeundo hæreditatem patris propria bona obligasse non videtur & num.* 22. *Secus in dote, vt n.* 23. *Sed cum legatarys, & creditoribus, quasi contrahit, vt num.* 21.

6 *Assecurationis dotis iudicium, morte viri extinguitur.*

7 *Pecunia dotalis extare præsumitur, & consumptio est probanda.*

8 *Beneficiatus faciendo emptiones præsumitur fecisse de fructibus beneficij, nisi fecerit inuentarium tempore collationis beneficij, vel aliundè habeat, & num.* 9. *Et quid in hærede de bonis hæred. nu.* 10.

11 *Hypotheca tacita anterior præfertur expressæ posteriori fauore dotis.*

16 *Legis ratione cessante cessat dispositio.*

17 *Pater exigendo dotem filij, dicitur facere vti eius administrator; & ideò filius obligatur, nu* 18.

19 *Hypotheca tacita fauore dotis inducta est pedissequa actionis personalis, eaq; orta statim oritus, & est priuilegium inseparabile, quod obligat virum, etiam non habentem consensum, & num.* 20. *Et locum habet, etiam orta personali actione ex additione, & sic ex quasi contractu, num.* 24. 25. *Et à quo iure sit inducta, num.* 28. *Et an dicatur inducta cum iniuria creditorum, numer.* 39.

26 *Priuilegia, & fictiones duo, quando possint concurrere, & num.* 27. *Et quid si perueniant ex diuersis fontibus, num.* 29. *Et quid si vnus in consequentiam alterius, numer.* 30. *Et quid fauore dotis numero* 31

32 *Priuilegia fauore dotis extenduntur*

ob bonum publicum ex identitate rationis.

38 *Creditor succedens debitori videtur sibi soluisse, & quando confusio actionis tunc oriatur, num.34. Et quid in filio hærede patris pro dote patri soluta, num.35. 38. 40.*

36 *Maritus tenetur ad dotem, tam si exigit, quasi non exigit dum id sua culpa eueniat.*

37 *Equitas producit fictionem.*

ARGVMENTVM.

Filius tenetur ad dotem vxoris suæ patri solutæ, etiam de proprio.

Pro Domina Faustina ab Auria.

ALLEGATIO XV.

IVS D. Faustinæ ab Auria patet ex subscripta facti natratione, & iurium allegatione.

Factum breue est; Ipsa nupsit Antonio Spinulę eiusdem patriç Ianuæ, Antonius Spinula Præfectus Classis eius pater soluit dotem Thomæ patri ipsius Antonij viri de anno Deindè decessit Thomas Socer, qui exegerat dotem,, & Antonius maritus adijt hæreditatem sui patris sine inuentario de anno postmodum ludis dissipauit substantiam suam, & contraxit debita cum pluribus, quibus auditis Faustina eius vxor constante matrimonio obtinuit assecurationem pro suis dotibus super quibusdam functionibus fiscalibus emptis à Regia Curia per virum, qua sententia executa creditores prædicti ex causa ludi reclamarunt, & agitur, tunc de reclamatione prædicta; Prætendunt creditores reformationem sententiæ ex subscriptis, quæ ex infra dicendis demonstrabo non obstare.

Primò, quia *tex.* est apertus, quod
1 quando dos soluitur patri, nõ tenetur maritus, nisi sit hæres patris, *l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. matrim.* vndè maritus non est obligatus, nec actione personali, nec reali, nisi vt hæres patris ex aditione hæreditatis, ex qua resultat, quasi contractus in beneficium creditorũ patris defuncti, *§. hæres quoque, insti. de oblig. quæ ex quasi contractu nasc.*
2 & sic ipsa vxor tanquam creditrix Thomæ eius soceri non habet, nisi personalem actionem contra Antonium eius virum, tanquam hæredẽ, ipsi verò creditores, licet posteriores habent hypotecam expressam, ergo sunt præferendi.

Secundò, quoniam non habent hypotecã in bonis viri, nec ex obligatione facta per defunctum, nec per obligationem factam per virum.

Prima conclusio patet ex facto, cum nulla interceſſit obligatio expressa, sed tantum receptio dotis
3 per bancum, sola resultat hyotheca tacita, per *l. vnic. §. & vt plenius, C. de rei vxor. act.* nec si adfuisset expressa obligatio defuncti, sequeretur obligasse bona hæredis, *l. Paul. de pignor.* sed oporteret specifica
4 obligatio bonorum hæredis, qui adeundò ratificasse videretur, latè *Afflict. decis. 200. Dom. Præs. noster decis. 53. & decis. 321.*

Secunda conclusio patet, quod filius adeundo hæreditatẽ patris non videtur obligasse bona sua, *Glos. in*
5 *l. assiduis, verbo licèt anteriores, circa finem, C. qui potior. in pign. hab. ibi*

(item

(*item an bona*) quam ſequuntur *Iacob. Butr. Iacob. de Are. Cyn. Bar. & Bald. ibi num.* 12. *verſ. quæſtio noſtra*, idem *Bald. in l. vbi adhuc*, C. *de iure dot. nu.* 39 *& in l. ſi vxor tua*, C. *de bon. auth. iud. poſſeſſ.* ipſi verò prętendũt habere hypothecam expreſſam, ergò pręferendi.

Sed prędicta non obſtant, ex pluribus.

Primò, reſpectu ordinis iudicij, 6 cum iudicium aſſecurationis dotium per mortem viri ſit extinctum, *d. l. ſi conſtante, & l. vbi adhuc*, per mortem ageretur ad dotis reſtitutionem non aſſicurationem, quę cum ſortita ſit effectum, agere poſſunt creditores iudicio ordinario reuocandi pecuniam vigore prætenſæ potioritatis, aduerſus quos parata eſt ſe defendere, & ſcripturas ſuas perquirere, & producere fundantes eius potioritatem.

Secundò, quod creditores non fundant functiones fiſcales, ſuper quibus fuit vxor aſſecurata, quod fuerint emptæ de pecunia dicti Antonij debitoris, in quibus prætendunt habere hypothecam expreſſam; Immò ex iuris præſumptionibus vxor demonſtrat contrarium.

Primò, ex ſolutione ſuę dotis factę de anno 1551. aditio verò ſequitur de anno 1553. ergo præſumitur, quod eius pecu- 7 nia dotalis fuit reperta in hęreditate, niſi hæres, vel creditores, qui repreſentant ius hæredis demonſtrarent fuiſſe conſumptam, *Gloſ. in l. creditor*, §. *ſi inter, verſ. neget*, *ff. mand.* quam allegat *Io. Vinc. de Hond. conſ* 35. *nu.* 52.

Secundò, ex aditione hæreditatis paternæ ſine inuentario, quo caſu præſumit ius omnia bona, & pecuniam peruenìſſe ad filium ex hæreditate, ac emptiones poſtea factas fuiſſe de bonis, & pecunijs hęreditarijs, in ſimilis dicit *Innocen. in cap. cum in officijs, extra, de teſtãm.* quod 8 Clericus beneficiatus faciendo emptiones, præſumitur feciſſe de fructibus beneficij, ſi quando fuit collatum beneficium non fecit inuentarium bonorum Eccleſiæ, & ſuorũ, niſi probetur habuiſſe bona propria, vel officium, quibus acquirere potuiſſet, allegat *l. ſcimus*, C. *de iur. delib.* ſequitur 9 *Io. Andr. in cap.* 3. *extra, de pecul. cler.* vbi factis diſtinctionibus in hoc reſidet, ſequitur *Ant. de Butr. in d. cap. cum in officijs*, ad propoſitum certum eſt, de proximo fuiſſe dotem ſolutam Thomę, propterea præſumit fuiſſe repertam per filium in hęreditate, certum eſt, filium non feciſſe inuentarium, certum eſt non habuiſſe bona materna, nec induſtriam quibus potuiſſet facere emptionem prædictam, ergo pręſumptio iuris eſt pro vxore, quod prædicta emptio fuerit 10 facta, vel de pecunia dotali ſua, vel de pecunia ſoceri, & obligata, & ſucceſſiuè operatur priuilegium tacitæ hypothecæ, per §. *& vt plenius*, 11 quæ præfertur expreſsè poſteriori, *d. l. aſſiduis*, vbi *Gloſ. Bart. Angel. Salyc. & communiter DD. Neguſant. de pignor.* 4. *membr.* 2. *par. num.* 98. *in* 8. *quæſt.* quæ porrigitur, etiam ad bona quærenda, latius *nu.* 165.

Tertiò, nec ſi conſtaret, bona prędicta fuiſſe ipſius Antonij, obſtare poteſt *text. d.* §. *tranſgrediamur*, qui 12 procedebat tempore digeſtorum, quo iure, quidquid acquirebat filius, acquirebatur patri, itàq; nec momento temporis permanebat apud filium, *l. placet. ff. de acquiren. hared.* idcò dos ſoluta, vel patri, vel filio obligat patrem, non filium, niſi ſit 13 hæres, vel eſſet emancipatus, quod probat *d.* §. *tranſgrediamur*, verbis expreſsis faciendo plures caſus, & ſi filius eſt ſui iuris, & dos ſoluitur,

Digitized by Google

sibi, vel alio eius nomine, ipse tenetur non pater.

Si verò est in potestate; siue sit soluta patri, siue filio de consensu patris, pater tenetur; si verò sine consensu patris est soluta filio, tenetur pater, sed quatenus est in peculio.

Hodie verò per ius Codicis est immutatum ius digestorum, quia dos reputatur peculium aduentitiũ,
14 in quo pater habet ius administrationis, *l.* 1. C. *de bonis, quæ liberis, & l.* 2. C. *eod. Bart. in l. contra, §.* 1. *in fin. ff. rerum amot.* ideò iure isto pater exigendo dotem, non exigit, vt Dominus dotis, prout erat tempore digestorum, sed exigit, vt bonorum administrator filij, prout fecit iste
15 Thomas, per *l.* 1. C. *de bonis mater. Glos. in l. post mortem, §. fin. ff. quando ex facto tut.* sequitur, quod obligatur filius, cuius negotium gessit pater, *l. si pupill. §.* 1. *ff. de negot. gest.* quẽ *text.* sic inducit *glos. in d. §. transgrediamur*, & ibi sic arguit *Rafa. Cuman.* Nec obstat argum. *Paul. de Castr.* q̃ non est præsumenda legis correctio, nisi appareat expressè, quia satis est expressa correctio omniũ *ll.* digestorum per ius Codicis in hoc, nec erat necessariũ corrigere specificè, §. *transgrediamur*, satis fuit nouum ius inducere, vt pater non sit Dominus dotis, sed administrator, quo iure lato, cessat §. *transgrediamur*, fundatus super dominio, cum cessante ratione legis, cessat dispositio, latè *Euerard. in locis legal. in*
16 *loco à cessante ratione*. Minus etiam obstat argumentatio *Barbosæ in dicto* §. qui nititur demonstrare, quod hodie, licèt pater non habet dominium dotis, tamen debet habere administrationem dotis, quia subsinet onera matrimonij, propter alimenta, quæ tenetur præstare filio, & nurui, ergo debet habere fructus dotis, ad quod allegat plura iura digestorum.

Sed ego eadem ratione confirmo opinionem *Cuman.* nam omni iure patet, quod pater exigit dotem
17 non vt Dominus, sed vti administrator bonorum filij, ergo gerendo negotium filij, ipse filius obligatur vxori; Cęterum inter ipsos hæredes iudicio Familiæ Erciscundæ consulitur filio contra coheredes, *l. si filia, §. si filius familias, ff. famil. erciscund.* Sed respectu vxoris sufficit, quod exactio dotis facta per socerum admi-
18 nistratorio nomine filij, obliget filium, quia statim operatur priuilegium *l. vnic. §. & vt plenius*, C. *de rei vxor. act.* quæ statuit, quod statim orta personali actione, oriatur tacita hypotheca legis, quę tanquam pe-
19 dissequa, introducta est à lege fauore dotis, *Neguſ.* latè *in d.* 4. *membr.* 2. *part. num.* 29. est enim priuilegium inseparabile, ac necessarium, *Bald. & Salyc. in rubr.* C. *de priuil. dot.* adeò, quod obligat virum, etiam
20 si non consentit, etiam si non habet consensum, vt in minore, sequitur *Io: Campeg. de dote part.* 1. *quæst.* 80. *vers. quarto, quia*; quod procedit, etiam in muto, idem *Io. Camp. par.* 1. *q.* 57. *vers. sed quid.*

Quartò, quia tenetur maritus, nedum exactione, quam fecit pater administratorio nomine filij, vt supra. Sed etiam ex aditione hęreditatis, quam fecit filius, absquè inuentario. Ex ipso enim actu aditionis, quasi contraxit cum vxore creditrice, & personaliter se obligauit; ad solutionem dotis, prout cum omnibus legatarijs, & credito-
21 ribus paternis per dicta iura supra allegata, cum negari non possit hęc conclusio, quod per aditionem oriatur personalis actio de iure communi respectu omnium creditorum, de iure verò speciali fauore dotis

sta-

Digitized by Google

ſtatim orta perſonali actione, oritur tacita legalis hypotheca, per *d. §. & vt plenius*, quæ vt ſupra fundaui eſt pediſſequa neceſſaria, & inſeparabilis à perſonali, ergo de iure habet intentionem fundatam vxor ſuper actione perſonali per ius cõmune, ſuper reali per ius ſpeciale.

Non obſtat ſecundum argumentum *de l. Paulus, ff. de pignor.* quia nos non ſumus in obligatione contracta per defunctum, quod fatemur, ſed in obligatione tacita legali acceſſoria ad actionem perſonalem, qua tenetur filius per aditionem, neq; obſtat *gloſ.* & cœteri allegati *in d. l. aſſiduis*, quod hæres mariti adeundo hæreditatem, non videtur obligare bona ſua, quia *gloſ.* allegat *d. l. Paulus*, & ſic videtur quærere de ſupradicta quæſtione, non ex obligatione defuncti comprehendantur bona hæredis, ſic ſunt verba Cyn. in idem ſonant verba *Bald. ibi. & in d. l. vbi ad hunc, & in d. l. ſi vxor tua*, ſimiliter quęrit de eadem quæſtione, ſi hæres mariti adijt hæreditatem viri, an obligęt bona ſua pro reſtitutione dotis, & concludit, quod non, & ſemper allegatur *d. l. Paulus*, & allegatur illa generalis ratio, quia alia ſunt bona defuncti, alia bona hæredis, quod nos fatemur, ſed agimus ex obligatione legali inducta per d. § *& vt plenius*, de qua, nec *gloſ.* nec Cyn. nec *Bald.* nec aliquis ex prædictis cogitauit, nec dubitare potuit, nec eorum quæſtio poteſt adaptari ad dictum §. *& vt plenius*, tum, quia ſemper ſoluunt per *l. Paulus*, quæ loquitur, vt clarum eſt, de obligatione defuncti; tum quia dicti DD. loquuntur de hærede mariti; & ſic ſoluto mattimonio, quo tempore lex non inducit noua priuilegia, ſed inducta iam conſtante matrimonio operantur ipſo ſoluto, vt communiter notatur in *rubr. ff. ſol. matr.* Nos ſumus conſtante matrimonio, quia per mortem ſoceri, non eſt ſolutum matrimoniũ, maritus ergo per mortem patris adeundo hæreditatem, quaſi contrahit cum vxore, & promictit ſoluere dotem ſuo tempore, ſtatim operatur, §. *& vt plenius*, qui inducit ſine ſcripto, ſine conſenſu, ſine verbis tacitam hypothecam. De hac igitur *gloſ.* nec *Bald.* loquuntur, qui vel formant quæſtionem de hypotheca expreſſa per defunctum vel de hypoteca expreſſa per hæredem viri, ſoluto matrimonio, de qua non ioquitur d. §. *& vt plenius*, propterea non eſt facienda vis de auctoritatibus prædictis cum, ſint de quæſtione, & facto diuerſiſſimis.

22

23

Nec poteſt replicari per partem, quod *d. §. & vt plenius*, non loquitur in quaſi contractu, quia hoc eſſet loqui contra *text.* illum, qui inducit tacitã legalem, tanquam acceſſoriam, & inſeparabilem perſonali actioni, quæ ſufficit, quomodo oriatur, ſiuè per contractum, ſiuè per quaſi contractum, ſat eſt, quod oriatur perſonalis, lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vulgatis iuribus; immò expreſsè habemus, quod tacita hypotheca inducitur à lege, tam in actione reſultãte, ex quaſi contractu, quam ex quaſi delicto, *Abb. in cap. Parochiano, ext. de rap. Neguſant. vbi ſuprà, num. 124.* & in ſpeciè ex quaſi contractu reſultante, ex *d. §. tranſgrediamur*; quando pater tacitè conſenſit, quod dos ſoluatur filio, ità *Bart. Paul. & cæteri ibi*, quos ſequitur *Neguſant. vbi ſuprà*; ſimiliter in caſu dotis euictæ, quando fuit ſoluta ſine ſtipulatione, & ſimilibus caſibus, per *Neguſant. relatis*.

24

25

Neq; obſtabit replicare, quod eſſent duo ſpecialia inducere perſonalem actionem ex aditione, & tacitam hypothecam ex fictione con-

26

contra *l.* 1. *C. de dotis promiss.*

Primò, quia sunt remedia diuersa.

Secundò, quia procedunt ex diuersis fontibus.

Tertiò, quia permittitur, quando vnum venit in consequentiam alterius.

Quartò, quia fauore dotis benè procedere possunt.

Primum probatur ex lectura eiusdem legis, qua communiter intelligitur, vt circa idem duo priuilegia concurrere non possint, secus circa diuersa, sed ista priuilegia, quando essent priuilegia concurrerent circà diuersa, quia ex aditione resultat tãtum actio personalis respiciens tantum personam, ex §. *& vt plenius*, oritur tacita hypotheca realis respiciens tãtũ bona, ergo tendunt circà diuersa, circà idẽ, & per consequens
27 non obstat *d. l.* 1. *Soccin. cons.* 269. *vers.* 3. *declarandum* 2. *vol. Negus. vbi supra num.* 36. *in fin.*

Secundum euidenter demõstratur, quod oriuntur ex diuersis fontibus, & non sunt priuilegia; primum enim, vt ex aditione oriatur actio personalis est de iure communi, ex §. *hæres quoq; instit. de obligat.*
28 *quæ ex quasi contract. nasc.* & est inductum non ex priuilegio dotis, sed generaliter in beneficium omnium creditorum, priuilegium verò tacitæ hypothæ est de iure speciali, per *d.* § *& vt plenius*, ergo non sunt duo priuilegia, neq; veniunt ex vno fonte, sed ex diuersis fontibus, quo
29 casu possunt concurrere, etiam duo priuilegia, vel duę fictiones, *Bar. in l. si quis pro emptore, n.* 71. *ff. de vsucap. additio ad Abb. in cap. significauit vers. duæ fictiones, extrà, de rescript.* latè *Barbosa in repet. l.* 1. *ff. solut. matrim. par.* 2. *nu.* 2.

Tertium probatur, quod vnum istorum venit in consequentiam alterius, nam ius commune induxit vt qui adijt hęreditatem, videtur se obligare soluere creditoribus, & sic maritus adeundo se obligauit vxori pro restitutione dotis, lex Codicis subiunxit tacitam hypo-
30 thecam in consequentiam personalis actionis, vt efficacius doti sit consultum, & sic in consequentiam alterius, quod lex approbat, ad quod *Card. Alban. in addit. ad Bart. in d. l.* 1. *C. de dotis promiss.* adducit communem opinionem, & hanc limitationem similiter firmauit additio ad *Abb. suprà allegata.*

31 Quartum, quod benè procedere possunt fauore dotis, tenet *Glos. in d. l. vnic. C. de rei vxor. act.* §. *sed si, vers. actionis*, ad quod quæso videatur *Ludou. Gomes. in repet.* §. *fuerat, instit. de act num.* 71. *super glos. transtulimus*, qui exornat hanc conclusionem, maximè quod priuilegia dotis extenduntur fauore publico ex
32 identitate rationis, *Alex. in d. l. si cum dotem*, §. *fin. num.* 3. *ff. sol. matr. Ias. in l.* 1. *num.* 40. *&* 46.

Vltimo, quia ex aditione prædicta resultat solutio facta, cum per mortem patris actio de dote constãte matrimonio spectabat ad virum, qui substinebat onera matrimonij, maritus igitur, efficitur creditor hereditatis pro summa dotis, quam sibi soluit adeundo hæreditatem, *l. debitori ff. de fideiuss. l. stichum*, §. *additio, ff. de solut. Bart. in l. peculium*,
33 *la* 2. *quæ est lex* 10. dicit, quod eo ipso, quod quis succedit debitori suo, videtur sibi soluisse de vniuersis bonis, sequitur *Paul. ibi*, ponens exemplum in vxore hærede mariti, & in terminis est *cons.* 170. *Socc. Iun. vol.* 2. *num.* 5. quos, & alios refert, & sequitur *Surd. decis.* 92. *nu.* 1. *& seq. & decis.* 170. *in princ. & decis.* 224. *num.* 8.

Neq; obstant alia iura dicentia, quod aliquando aditio inducit cõ-

fu-

Digitized by Google

fusionem, non solutionem, vt in *l. debitori, C. de pact. cum similibus*, quia
34 satis nota est distinctio DD. quod quando ex aditione resultaret damnum hæredi in beneficium correi debendi, veluti plures essent debitores insolidum, si creditor succedens vni adeundo sibi solueret, liberaretur alter correus, tunc fit confusio pro illa rata non soluta, vel si resultaret damnum alterius tertij, vt in exemplo posito per *Afflict. dec.* 235. in materia consuetudinis; tunc ne tertius afficiatur damno inducitur confusio, non solutio, de qua distinctione *Dom. Præses facit doctissimam decis.* 80. quæ non cadit in casu nostro, cum maritus non potest damnum sentire respectu aliorum obligatorum, ne aliquis tertius dãno affici potest, ipse verò maritus non potest euitare, quin efficaciter obligetur mulieri per aditionem, tam si aditio induceret confusionẽ,
35 quam si induceret solutionem, cum respectu ipsius, paria sunt confusio, & solutio, quod patet euidenter; & probat *Surd. dict. dec.* 97. *n.* 7. & quod notat *glos.* 1. *in l. si socer, ff. solut. matr.* De iure enim maritus tenetur, tam si exegit, quam si non exegit sua culpa, *l. si extraneus, ff. de iure dotium*;
36 & ne mulier remaneat indotata, habet vtilem actionem de dote cõtra virum, quando hæreditas soceri esset non soluendo, proùt in casu nostro notat *Bart. in l. pater dotem, ff. de dote prælegata in fin.* Cæterum illa fictio iuris inducens solutionẽ, vel confusionẽ, producta est ab equi-
37 tate, quæ est productiua fictionis, vt magistraliter notat *Bart. in l. si quis pro emptore, ff. de vsucap. nu.* 67. vbi in indiuiduo facit theoricam magistralem, quando inducat solutionem, vel confusionem, quia semper respicit personam extraneam, quæ consideratio non est necessaria ad casum, cum sufficiat vxori, quod maritus teneatur ad dotem, vel quia exegit ab hęreditate, vel quia potuit exigere, omnis æquitas est pro vxore, nec in aliquo damnificatur maritus, nec extranei, quia eo tempore nullos habebat creditores, qui non potuisset fetè per obligationem mariti; quomodocumq; .n. fingit lex,
38 vel confusionem, vel solutionem ipse obligatur personali actione, cui licet accedat tacita hypotheca per priuilegium dotis, illud non facit deterius ius creditorum posteriorum, nam duo priuilegia induxit lex fauore dotis, vnum cum iniuria creditorum, & est priuilegium ante lationis, de quo in *l. assiduis*, & non est materia nostra, aliud verò sine iniuria creditorum, & est istud vt personali actioni addatur tacita hypotheca, per *d.* §. *& vt plenius*, ꝙ non operatur, nisi contra posteriores creditores, propterea non dici-
39 tur cum iniuria creditorum, notat *Bald. in l. vnica, C. de priuil. dotis, n.* 6. *vers. vel dum*. Alias esset in potestate viri excludere vxorem, quæ remanere posset indotata, cum ipse per confectionem inuentarij potuisset esse sine damno, qñ prætenderetur hæreditatem non esse lucrosã, quę dubitatio cadere non potest in ista hæreditate per supradicta, & quia per aditionem inducta est solutio vltra supradicta in materia ma-
40 riti, est conclus. communis, de qua per *Io: Campeg. de dote par.* 3. *q.* 114. & latius defendit *Barbosa in l. quod dotis. ff. solut. matrim. à principio, cum pluribus numeris sequentibus*.

Sufficit igitur probasse, maritum omni iure fuisse actione personali obligatum per aditionem, maximè sine inuentario, quia statim lex adiũxit, tacitam hypothecam, eamq; pediſſequam, & inseparabilem, & necessariam, & creditores posteriore,

ex

ex causa ludi non debent conqueri, si contraxerunt cum viro per prius obligato ad restitutionem dotis in beneficium cuius, lex, & iura addiderunt priuilegia, debet propterea sententia S.C. confirmari.

ADDITIO OTCAVII Bilocæ.

Videndę sunt decisiones consimiles relatę à *Fontanell. de pactis nupt. tom. 2. claus. 6. Glos. 1. par. 1. à nu. 42.* An & quando pater recipiens dotem pro filio, teneatur, & quid in filio se obligante pro eo, agit *Surd. decis. 47.*

SVMMARIVM.

1 *Refutatio reseruato vsufructu non valet, distingue, vt num. 3. & 6.*
2 *Vsusfructus est pars rei.*
4 *Donatio in tempus mortis collata, à quo tempore sumat initium.*
5 *Tempus quando dicatur adiunctum conditionaliter, & quando exequutiuè.*
7 *Refutans feudum, & deindè refutatario succedens, iure successionis id facit.*
8 *Minores an restituantur aduersus registrationem refutationis non factæ vigore* Reg. Pragm. *& n. 12. 13. 16. & 17.*
9 *Minores an comprehendat lex noua inducens præscriptionem, & nu. 10. & 11.*
Et si comprehenduntur, an restituantur, n. 14. & 15.
18 *Baro in decimoquinto anno non est maior, sed habetur pro maiore.*
19 *Præfertur qui prius bona occupauit, quando agitur actione personali.*

ARGVMENTVM.

Restitutio, an concedatur minori aduersus registrationē refutationis feudi non factā, & quid stante culpa refutantis.

Pro N. N.

ALLEGATIO XVI.

DVAE exceptiones, seù replicationes opponuntur aduersus hāc refutationē, prima scilicèt, ꝙ sit pactionata, & non pura, ex quo reseruatur vsusfructus vita
1 durante refutantis, contra ea, quę tradit *Loffred. cons. 3.* Secunda, quod non fuit registrata infrà tempus prę fixum à Regia Pragmat. quæ superuenit cum clausula irritante, & annullatiua, vndè feudum retransijt in dominium refutantis cui successit, vt hæres, & non vt suo proprio.

Sed dictæ replicationes non obstant.

Prima enim de reseruatione
2 vsusfructus non est vera in facto; quoniā licèt vsusfructus sit pars rei, siuè prædicamentalis, siuè subiectiua, siuè integralis, ex distinctione *Glos. in l. 4. de vsufruct.* vbi cum distinctione conciliat *d. l. cum rectè dicimus, ff. de verb. signific.* & propterea fuit illa contentio inter *Loffred. d. cons. 3. & Camer. in cap. Imperialem.* Si verbum illud *Isern.* cœtera pacta non, si annullatur refu-

Digitized by Google

futatio, facta saluo vsufructu, cum sit pars feudi, & sic diuisio feudi, vel annullatur pactum, quoniã in casu
3 isto non est facta talis reseruatio vsusfructus, sed donatio, seù refutatio fuit pura, licèt effectus exequutionis conferatur post mortem, quoniam dedit ex nunc, proùt ex tunc in præambula hora mortis, cum clausula constituti, & precarij, quo casu omnes DD. fatentur, quod dominium, & possessio incontinenti transfertur in donatarium, & refutatarium, sed effectus, seù exequutio differtur in tempus mortis, quia per dictam clausulam tempus præ-
4 sens inest futuro, & ècontra, & donatio sumit initium ex quolibet tempore, *Neguſ. de pignor. in 2. p. membr. 10. nu. 4. & 5. D. de Franch. deciſ. 213. Guid. Pap. deciſ. 588.* vbi adducntes notant, & tempus mortis
5 nõ adijcitur cõditionaliter, sed exequutiuè, sic docet *Oldrad. conſ. 114. no. 3. Alex. conſ. 14. vol. 1.* Nec obstat *deciſ. Guid. Pap. 247.* de constituto, collato ad tẽpus inhabile post mortem, quoniam benè respondet *Neguſ. vbi ſuprà*, quia est tempus habile in præãbula hora mortis, & sic nõ post mortem, sed aliquo momento ante mortem, *& in conſ. 9. Loffred. & conſ. 3.* non agit de clausula, ex nunc, proùt ex tunc, quæ habet hanc efficaciam; ideò non obstant allegata per ipsum, quia est casus diuersus, proùt pluribus medijs probat *Dom.*
6 *Conſ. Fab. de Anna conſ. 39. in 1. art.* latè *Tiraquell. de conſtit. in limit. 2. nu. 15. & 16. Camer. in cap. Imperialem cart. 21. Bologn. conſ. 6.* & sic refert decisum *Anna in rub. de vaſſallo decrep. ætat. num. 290.* contra ea, quæ ipse allegauit *in allegat. 124. par. 2.* & nouissimè sic fuit decisum per Regiam Cameram in pluribus causis penès Squillantem Actuarium, & sic inoleuit communis practica.

Secunda verò oppositio, minus obstat, nam eo ipso, quod dominiũ fuit translatum in Dom. Cœsarem refutatarium, eo mortuo, fecit transitum vigore *Conſtit. vt de ſucceſſionibus*; quia nec momento temporis potest stare dominium in suspenso, & cum à principio erectionis feudi, feudum fuit datum pro recipiente, & hæredibus descendẽtibus ex corpore, iure francorum, feudum transit ad primogenitum, vt quando est refutatum ab Auo, qui nunc succederet filio refutatario, quando decederet sine filijs, ex doctr. *Iſern. in*
7 *cap. 1. de eo, qui finem fecit Agnato*, & fuit decisum, referente *Dom. de Franchis deciſ. 3.* quod succedit pater, vt hæres filij, quamuis videatur reuersum: sed quando filius reliquit filios, ad primogenitum transit, quia refutauit pro se, & hæredibus, quod intelligitur de filio masculo, §. *& ſi Clientulus, de alienation. feud. patern.* Ideò mortuo Don Cesare, dominium fuit translatum dicto Vincentio iuniori, & non dicitur amplius feudum patris, sed filij, *Iſern. in cap. Imperialem, num. 14. & ſequen. de prohib. alien. feud. per Federic.*

Existente igitur dominio acquisito, & radicato in personam Don. Vincentij, tunc infantis, superuenit Pragm. de anno 1579. quæ mandat, quod refutationes registrentur
8 in Regia Camera infrà dies quindecim cum clausula irritante, & annullatiua, & factæ de præterito, registrẽtur infrà mẽses quatuor quamuis d. refutatio non fuerit registrata infrà menses statutos, sed post mortem D. Vincentij Aui, tamen ex hoc non erit nulla, neq; dominium quæsitum minori abdicatur à minore in beneficium aui, qui erat Balius, & eius erat cura registrandi, & sic post refutationem validã potuisset auus

Digitized by Google

sub colore Pragm. omittendo facere, quod debebat, vt Balius, quod exequi non poterat nepos minor, & nor, & in potestate aui.

Immò hæc Pragmatica non esset condita fauore Fisci, vt euitentur fraudes, vt fit assertio in ratione disponendi in d. Pragmat. sed esset facta in odium minoris, & inculpati, & fauore aui, lex igitur noua, quæ inducit nouam præscriptionem, non comprehendit minorem, nisi minorem exprimat.

Et licèt inter DD. maxima sit cõtrouersia, communis tamen resolutio est, quod in quærendis lex noua, inducens præscriptionem comprehendit minores, quia aufert lucrũ, ità intelligitur doctrina *Innoc. in cap. constitutus, extrà, de rest. in integr.*
9 Sed quando statutum, seù consuetudo inducit præscriptionem, per quam aufertur dominium, tunc non comprehendit minorem; incipiendo enim à regula generali, quod lex generaliter loquens, non includit minorem, *l. fin. C. in quib. caus. integr. rest. non est necessaria*, vbi sic tenet *Bart. & in l. etiam, ff. de minor.* quem sequitur *Abb. in d. cap. constitutus, ibiq. Anton. de Butr. num. 13. & 23. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 2. vers. in surge, n. 4. & §. 8. vers. numquid num. 27. Alex. cons. 101. num. 27. lib. 7. Dec. cons. 556. num. 7.* idem *Cassan. cons. 75.* quam dicit cõmunem *Crot. in l. omnes populi, nu. 194.* & sic con-
10 cordat dictas opiniones *Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 2. quæst. 88. art. 3. num. 55. in fin.* vbi inhæret simpliciter opinioni *Bart. & num. 55.* distinguendo, comprobat cum limitatione ad opinionem *Innocent.* quã opinionem tenet *Bald. in §. nisi insta, quo tempore miles, in vsibus feudorum, nu. 2.* vbi adducit casum particularem contra hanc propositionem *in §. preterea si quis infeudatus cap. Imperialem*, vbi specialitèr concluditur, quod minor, si non exprimeretur, non fuisset inclusus per *legem* prædictam.

Cum itaq; Pragm. loquatur generaliter, sequitur, quod in iure quæsito per restitutionem, & si infrà menses non registrauerit, non includit minorem ad auferendum dominium.

Si vera esset opinio *Innoc.* quod includat minorem, tam in quærendis, quam in quæsitis, proùt non est vera, quando aufert dominium, vt suprà fundaui; Adhuc oppositio non obstat, quoniam si comprehenditur minor, negari non potest, quin lædatur ob non factam registrationem, & per consequens, si læsus est, restituitur in integrum ad faciendam registrationem.

Et ex hoc *Glos. in dicto §. preterea si quis infeudatus*, dixit, quod
12 ille *text.* expresè comprehendit minorem, qui si infrà annum, & diem non perierit inuestituram feudi paterni, & iurauerit fidelitatem, amittit feudum, si tamen læditur, fortè restituitur, *Iser.* ibi dicit, sine *fortè*, quia indubitanter restituitur in integrum ad faciendam registrationem, vndè *Baldus ibi infert*; quod ille *text.* occupat membranas inutiliter, quoniam est superfluum comprehendere minorem, & postea illum restituere: cui obiectioni
13 respondetur, quod oportet seruare regulas legum, & ex alio subuenire minoribus, qui per rigorem legum paterentur damnum; propterea eis subuenitur per æquitatem Prætoris per remedium restitutorium, vt in exemplis ibi positis Ex quibus concludendum est, aut non comprehendi minores, & non est necessaria restitutio, aut comprehendi,

& suc-

Digitized by Google

& ſucceſſiuè lęduntur, & ſi lęduntur, neceſſaria eſt reſtitutio, quæ conceditur indubitanter.

Nec ſine ratione procedit dictũ *Gloſ. Iſer. & Bald.* ſiquidem quando lex comprehendit minores, non ex hoc illos excludit à beneficio, &
14 remedio reſtitutionis, quod eſt ſpecialiter cõceſſum ratione ętatis, de quo latè *Sforz. Odd. tract. de reſt. in integr. par. 1. quæſt. 15. art. 7.* Niſi expreſsè eadem lex, quæ includit minores, illos excluderet à beneficio reſtitutionis, latè *Cald. in repet. l. ſi curatorem, C. de in integr. reſt. verbo implorare, num. 6.* de quo caſu eſt *deciſ. Dom. de Franch. 431.* & habemus exemplum in Pragm. limitante tempus anni Vniuerſitatibus ad petendum demanium Regium, cum expreſſa excluſione à remedio reſtitutionis, elapſo anno per ℣ regulam obtinui contra Vniuerſitatem Atripaldæ pro Ill. Principe Auelleni, vt in mea *allegat. 7.*

Exemplum etiam habemus, quãdo lex noua præſcribit terminum recuſandi Iudicem infrà certum tẽpus, etiam minoribus, & vlterius non progreditur excludendo à beneficio reſtitutionis, quia elapſo termino, excluduntur, ſed reſtituuntur, vt obtinui pro filijs Ill. Marchionis Montisfortis.

Nec eſt parua differentia inter vnum caſum, & alium, nam quando ſtatutum nõ includit minorem, non eſt amplius neceſſaria reſtitu-
15 tio, & ſic non eſt in pendenti eius damnum, ſi verò includit, damnũ eſt in pendenti, quia quamuis lędi-tur, durat ſpes, propter conceſſum beneficium reſtitutionis infrà certum tempus poſt maiorem ætatem, quo tranſacto, & non petita reſtitutione, lex noua operatur contra minorem iam effectum maiorem; Quando verò nedum comprehenditur in lege noua, ſed excluditur à beneficio reſtitutionis, tunc à principio perimitur ius minoris; Ergo cum de vnoquoq; caſu habeamus caſus prouiſos per Reg. Pragm. & in iſto de regiſtranda refutatione non facit mentionem de minore, quia non excludit à beneficio reſtitutionis, ſiuè ſit vera opinio, vt ſub generalitate includatur etiam minor, ſiuè alia, vt non includatur, ſemper eſt indubitabilis opinio, vt minor reſtituatur in integrum factus maior infrà quatriennium ad petendã regiſtrationem, aliàs Pragm. eſſet irrationabilis, vt minor, cui per prius
16 ante Pragm. erat quęſitum dominium feudorum per refutationem puram, & ſimplicem, iuxtà regulam iuris communis, auferatur per nouã ſolemnitatem ſuperadditam de regiſtratione infrà certum tempus, dum minor infans non habet ſui proprij corporis tutelam à natura, & à lege non habet liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, & ius inuentum contra machinationes refutantium, retorqueretur contra minorem innocentem in beneficium refutantis, cum enim auus refutaſſet ante Pragm. & dominium in filium tranſtuliſſet, & mortuo filio in filium filij fuiſſet translatum tunc
17 infantem puerum, Pragmat. ſuperueniens, quæ dat certum tempus regiſtrandi refutationes iam factas; ſi includeret minores, vel illos excluderet à remedio reſtitutionis, eſſet aperire viam fraudibus, nam vtiq; auus, qui refutauit, qui & Balius erat nepotis minoris non regiſtraſſet, ad hoc vt per lapſum temporis dominium ad ipſum reuerteretur, & ſic potius eſſet lex in fauorem refutantis, quam minoris, & daret liberas habenas patribus, vel auis, qui refutarunt, auocare dominium à minoribus indefenſis, & qui

Digitized by Google

sub eorum cura, & tutela essent, q̃ non est credendum de Legislatore Domino nostro Religiosissimo, ac Prudentissimo, ac de Supremo Cõsilio Collaterali, de cuius prudentia fuit condita.

Nec dicatur, tempus petendi restitutionem, & registrationem fuisse elapsum sub prætextu, quod Baro dicitur, vel habetur pro maiore in quintodecimo anno, & sic quatriennium curreret vsq; ad decimum nonum annum incluſiuè; Quoniam, vt latius probaui *in allegat.* 17. pro D. Barone S. Archangeli, Baro in dicto quintodecimo anno non
18 est maior, sed habetur pro maiore, vt possit agere sine Balio, non tamen est maior, adeò quod de gestis eo tempore restituitur, & sic si restituitur pro gestis in illa ætate, non currit tempus petendi restitutionem de gestis ante illam ætatem, vt docet *Iſern. in d. §. Præterea si quis infeudatus, & latius dixi in d. allegat.* 17. quæ non repeto, cum sit impressa.

Tandem in eisdem bonis, cum sit creditor D. Vincentius pro æstimatione, quando prædicta non procederent, & est anterior creditor, & retinet, excluderet actores agentes sine hypotheca, & posteriores tempore, nam etiam si essent creditores eodem tempore, melior est conditio possidentis, quia in actione reali attenditur prioritas temporis, sed in actione personali datur priuilegium ex causa, *l. priuilegia, ff. de priuil. creditor.* vbi *glos. in*
19 *fin.* dicit, quod inter creditores sine hypotheca præfertur, qui prius bona occupauit, quod in indiuiduo dicit *Bart. in l. si debitor, ff. de pignor.* vbi *Salycet. notat*, & facit regula, q̃ in pari causa melior est conditio possidentis, quia eo ipso, quod possidet, habet plus iuris.

ADDITIO OCTAVII Bilocæ.

REfutatio in feudo, cum reseruatione vsusfructus non valet, *Reg. de Ponte conſ.* 116. *num.* 10. *vol.* 2. Sicuti refutatio feudi facta sub conditionibus, & pactis tangentibus feudum est nulla, *Reg. Rou. cõs.* 41. *n.* 13. *tom.* 1. *& conſ.* 59. *num.* 1. *tom.* 2. nam debet esse pura, & simplex, *Cõsil. Marcianus conſ.* 52. *num.* 2. *tom.* 2. & tales refutationes præsentari debent in R. C. infrà 15. dies ex pragmatica, *Camill. Larata in Theatro feud. par.* 2. *dilucid.* 67. *nu.* 24.

SVMMARIVM.

1 *Mandator liberatur statim, ac creditor pecuniam sine pignore credidit, & tum etiam fideiussor liberatur, vt num.* 2. *& de ratione, n.* 3.
4 *Mandator non tenetur vltra summam, pro qua fideiussit.*
5 *Mandati fines sunt custodiendi.*

ARGVMENTVM

Mandator, & fideiusor liberantur, si pecunia contra formã pacti, & sine pignore creditor debitori liberauerit.

Pro Domino Don Vincentio Caracciolo.

ALLEGATIO XVII.

CVM de anno 1579. qu. Iacobus Pignatellus emisset tot ann. introitus à Donato Spatafore cum obligatione D. Alõ. si de Leyua pro ducat. tribus mille, quorum duo millia ex conuentione re-

Digitized by Google

remanebant in banco vinculati vſque quo ſe obligaſſet inſolidum Fabius de Falco, & promiſerunt obligationem D. Vincentij Caraccioli, & dum D. Vincentius Caracciolus ſe obligaſſet ſimul cum Domitio Marcheſio, fuit conuentum, quod ſequuta obligatione Fabij de Falco, eſſet ipſo iure, ipſoq; facto extincta obligatio ipſorum fideiubentium, reſpectu quorum ſit extinctum, caſſum, & irritum inſtrumentum.

Iterum huic debito ſe obligauit Fabritius Galluccius cum pacto, ꝙ non teneatur, niſi facta diſcuſſione cũ præd ctis Donato, D. Vincẽtio, & Domitio, ac expedito Regio aſſenſu, ſic fuit facta apodixa banco cum dicto vinculo, iux à cautelas.

Creditor non expectata, nec ſequuta obligatione Fabij de Falco, mandauit banco, vt ſolueret prædictos ducat. duos mille vinculatos, non obſtante vinculo.

Agunt nunc hęredes Iacobi contra D. Vincentium Caracciolum iuniorem, & poſſeſſorem domus, & feudorum, & prætendunt exequi pro dictis duc. tribus mille, cum rettijs ſuper dictis bonis, quę fuerunt D. Vincentij Senioris, aduerſus quos ſe defendit D. Vincentius Iunior, & poſſeſſor duplici exceptione.

Prima, vt hæres quond. D. Vincentij ſui aui, vt non teneatur, quia creditor non ſeruauit conuentionem & facta nouatione non tenetur debitor.

Secunda, ex propria perſona, quia poſſidet bona prædicta tit. donationis, & refutationis, & aduerſarij carent aſſenſu, & propterea in actione perſonali non poſſunt agere contra conuentum, qui eſt hæres cum beneficio l. & i. nec in actione reali, cum poſſideat titulo particulari, & actores non habent feuda obligata.

Prima exceptio, fundatur ex facto narrato, quod D. Vincentius Senior in tantum ſe obligauit, in quantum pecunia remaneret in banco vinculata, donec ſe obligaret Fabius de Falco, cuius obligatione ſequuta, amplius non teneretur, quæ conuẽtio non fuit ſeruata facto creditoris, qui contra formam pacti fecit nouationem, & mandauit banco, vt ſolueret pecuniam debitori, non expectata, nec ſequuta obligatione dicti Fabij, & ſic fideiuſſor, qui fideiuſſit in hanc cauſam, eſt ipſo iure, ipſoq; facto liberatus, *l. ſi mandato Titij*, §. *fin. ff. mandati*, vbi ex eo ſolo
1 liberatur mandator, ꝙ creditor credidit pecuniã ſine pignore, & ſine cautione, & mandator mandauerat, vt ſoluat cum idonea cautione, tantò magis in hoc caſu, vbi fideiuſſor fideiuſſit cum pacto, ne pecunia ſoluatur debitori, niſi ſequuta obligatione Fabij de Falco, qua ſequuta, eſſet ipſe liberatus, ergo creditor non ſeruato pacto ſoluendo liberè pecuniam recedit ab obligatione fideiuſſoris, & facit nouationem, vt in iudiuiduo eſt caſus *in l. ſi creditor*,
2 *C. de fideiuſſ.* vbi fideiuſſor liberatur, ſi creditor ſoluit pecuniam non acceptis pignoribus, ſicut fuerat conuentum, vbi notat *Gloſ. & Alberic.* quod ſufficit paciſci, vt idoneę caueatur, quia ex hoc ſolo non poteſt creditor ſoluere ſine pignore, vel cautione, & *Odofred.* ibidem ſummat *text.* quod ex hoc ſolo liberatur mandator, quia creditor non
3 ſeruauit conuentionem; Reddit rationem *Bald. ibi*, quia pignora, vel cautio ceduntad ſecuritatem mandatoris, cui debebantur cedi, ideò non tenetur mandator, qui ſub hac lege, & ſecuritate ſe obligauit, ſubdens quod omne, quod eſt de cauſa fiſcali requirit implementum, quia alias, quis non eſſet contracturus,

cum

Digitized by Google

cum igitur D. Vincentius cum hac lege fideiussit sub hac spe, & securitate se obligauit, non debuit decipi à creditore, cui aliter non se
4 obligasset, est etiam casus *in l. si vltra, C. de fideiussor.* vbi mandator non tenetur vltra summam pro qua fideiussit, & sic dum D. Vincentius nõ fideiussit pro illis duc. duobus mille, quia fuit conuentum, nè soluantur debitori, nisi cum accessione alterius fideiussoris, creditor soluit sine alia fideiussione, excessit conuentionem, & fines mandati erant custodiendi, *l. diligenter, & l. rogatus,*
5 *ff. mandati,* quas *ll.* citat *glos. in d. l. si vltra,* vbi *Salycet. & cæteri DD. notant.*

ADDITIO OCTAVII Bilocłæ.

ADde, quod fideiussio ad tempus limitatum, vt etiam sub conditione facta, adueniente d. tẽpore, & non purificata d. conditione, inefficax sit, *Maur. Aret. in tract. de fideiuss. sect.* 10. *cap.* 44. *num.* 2. & ad idem *Ant. Henrig. in tract. de fideiuss. cap.* 20. §. 18. *per tot.*

SVMMARIVM

1 *Oneris multiplicatio, quando inducatur, si plures commixti sunt in legato.*
2 *Legata re indiuidua pluribus omnes ad virilem admittuntur; scilicet vnus ad rem, alij ad æstimationem.*
3 *Legandi siuè disponendi vnicus actus coniungit accessoriè plures orationes, & erit vnica dispositio.*
4 *Feudo concesso duobus fratribus, cum onere quatuor operarum, & vnius quarterij, omnes tenentur ad vnum quarterium.*
5 *Legato fundo pluribus sub vna conditione, quilibet pro sua parte conditioni parere, & fundũ cõsequi põt.*

ARGVMENTVM

Legata pluribus Sacerdotibus certa quantitate cum onere celebrationis missæ qualibet die, vnicã missam celebrare tenentur omnes cum ratæ contributione, & idem in allegat. 17.

Pro Cappellanis obligatis ad missas dicendas.

ALLEGATIO XVIII.



Lera ea, quę doctè scripta sũt in superioribus allegationib⁹ p peritissimos Romanos Aduocatos, addo breuiter, quod punctus est, si multiplicatio oneris sit facta, vt quilibet Cappellanus ex quatuor grauatis teneantur ad vnam missam, vel coniuncti sint ad vnam missam simul; & ex regulis iuris non inducitur ex hoc testamento multiplicatio oneris, sed coniunctio ad idem onus, ex verbis *l. planè, in fine principij, ff. de*
1 *leg.* 1. vbi si plures coniuncti, vel disiuncti commixti, vel coniuncti sint, vnius personæ potestate funguntur, & sic dũ quatuor Cappellani sint cõmixti, & coniuncti ad idem opus, vnius personæ potestate funguntur, idem probatur *in l. præcedenti, incipiente si pluribus,* vbi omnes ad viri-
2 lem ad eandem rem legatã veniunt, etiam si sit indiuidua, quia vnus ad rem, alius ad æstimationẽ admittitur, idem *in l. vnic. §. his-ità definitis, C. de cad.*

Digitized by Google

eād. tollend. verſ. hoc ità, ibi (quin coniunctī quidem per unitatem ſermonis, quaſi in vnum corpus redacti ſunt) quod docuit *Bart. in l. reconiunctī 87. ff. de legat. 3. nu. 12. in verſ. quarto adhoc*, vbi dicit, quod quando eſt vnicus actus legandi, vel di-
3 ſponendi, quia verbum rem ponitur in oratione non plures, etiam ſi eſſent plures orationes, coniungūtur acceſſoriè, & erit vnica diſpoſitio, ſicut vnica res, quæ pluribus debetur: ex qua regula dicit, decidi poſſe plures q̄ſtiones, & ſic licèt iura ſupra allegata loquantur de legato, non de onere, tamen maior ratio videtur in caſu oneris, vt videatur minus grauatus hæres, & in proprijs terminis de grauamine eſt deciſio *Dyn.* quem refert, & ſequitur *Bart. in l. ſi pluribus, ff. delegat. 2. in fine principij, vbi nu. 8.* dicit, quod ſi fuerit conceſſum feudum duobus fra-
4 tribus, cum onere præſtandi quatuor operas quolibet anno, & vnum quarterium, etiam quando non exprimit, ſi omnes, vel quilibet, in dubio omnes fratres tenentur ad vnum quarterium, & quatuor operas tantum; quod dicit eſſe menti tenendum, cum igitur habeamus deciſionē punctualem *Dyn. & Bar.* non eſt quid addendum, niſi tantum *text. in l. cui fundus 55. ff. de condit. & demonſtr.* vbi fundo legato, cum conditione, ſi decē dederit, nō p̄ōt conſequi fundum, niſi decē dederit, ſecus ſi duobus fundus cūeadē
5 conditione legatur, nam hoc caſu à principio intelligitur facta diſtributio rei legatæ, & oneris impoſiti, ità vt quilibet pro ſua parte conditioni parere, & legati partem conſequi poteſt, prout eſt caſus noſter punctualiter, vt quilibet ex quatuor Cappellanis à principio ſit vocatus ad partem legati annuorum ducat. biscentum, & grauati, vt ſinguli ad rata-

tam oneris vnius miſſæ cuiuslibet diei; quia deſignatio diei demōſtrat, voluiſſe deſignare ſingulos Cappellanos, quia vbi voluit, dixit, ſi voluiſſet, etiam in hoc caſu dixiſſet, *l. vnic. C. vbi antē, de caduc. toll.* quem *text.* plures citat *Iſer. in cap. ſi quis miles, in tit. Conſt. feud. Dom. Lothar. 3.* vbi *Lagarul.*

SVMMARIVM

1 *Grauati, ſiuè obligati plures ad aliquid, cenſentur pro virili.*

2 *Legatum factum pluribus, vel à pluribus, cenſetur factum omnibus, & ab omnibus, non autem à ſingulis.*

3 *Onus celebrationis miſſæ eſt diuiduū quo ad obligationem, licet indiuiduum, quo ad exequutionem.*

4 *Verbum diſtributiuū quo ad tempus, excludit diſtributionem à perſonis, quando id teſtator non expreſſit.*

5 *Hæres poteſt declarare voluntatem teſtatoris.*

6 *Obſeruantia eſt optima rerum dubiarum interpres, maximè ſi fuerit longa, & ſubinixerit præſcriptio.*

7 *Interpretatio ſumpta ex regulis iuris communis, prævalet omnibus præſumptionibus, maximè ad euitandam pœnam caducitatis, & n. 8.*

ARGVMENTVM.

Obligati ad aliquod, pro virili cenſentur, ſicuti legatum pluribus factum, vel à pluribus, ſic onus celebrationis miſſæ, diuiduum eſt quoad obligationē, indiuiduū quo ad exequutionem. Hæres poteſt declarare voluntatem teſtatoris, cuius declaratio-

nis

nis ex obſeruantia ſufficiens ſumitur coniectora.

Pro eiſdem Cappellanis.

ALLEGATIO XVIIII.



REDO, quod vna tantum miſſa ſit celebrãda quolibet die non à ſingulis, ſed ab omnibus ſimul eſt *tex. in terminis in l. ſi pluribus 44. in prine.* & ibi *Gloſ. 1. & Bart. in 1. not. & ſeq. ff. de leg. 2.*

1 quia quando plures obligantur ad aliquid, cenſentur obligati pro virili, vt eſt *text. in l. reos, §. cum tabulis, & in l. eandes in fin. princ. & vtrobiq; ſcrib. de duobus reis, & in l. ſi quis teſtamento ſuo 79. deleg. 1. Bart. in l. 2. verſ. aut non eſt adiectum, eodem tit. de duobus reis, &c.* facit *l. vnic. cum ſua materia, C. ſi plures vna ſent. cond.* Sicut quando aliquis reliquit pluribus, vel à pluribus, illud tantum cẽſetur relictum omnibus, & ab omnibus, non autem à ſingulis *d. l. ſi quis teſtamen. deleg. 1.* & ibi *Bart. & plenius Iaſ. num. 1. & ſeq.*

Et licèt celebratio miſsæ ſit, quid indiuiduum, tamen obligatio illa celebrandi eſt diuidua, quia poteſt à ſingulis præſtari, vel diuidendo turnum inter ſe, vel curando, vt ab alijs celebretur per contributiones eleemoſinæ, & ideo iſta obligatio

3 celebrandi miſſas eſt diuidua quo ad obligationem, licet ſit indiuidua quod exequutionem, iuxtà *text. in l. eadem, §. Cato. ff. de verb. obl. & in l. eadem in princ. vbi Bar. n. 3. verſ. Secundo quæro, &c. de duobus reis.*

Secundò hoc etiam ſuadetur ex illis verbis (*in ciaſcbuno giorno*) quia ſicut teſtator vſus eſt illo verbo diſtributiuo quo ad tempus (*in ciaſcbuno giorno*) ità illo eodem ver-

4 bo vſus fuiſſet, quo ad perſonas, ſi etiam inter perſonas hanc diſtributionem facere voluiſſet, *cap. ad Audientiãs de decim. l. vnic. §. ſin autem C. de cad. toll.*

Tertiò hoc idẽ probatur, ex quo mater teſtatoris, quę fuit primò vocata ad hoc iuſpat. & deindè patruus eiuſdem teſtatoris ſecũdo loco vocatus, ità declararunt in eorum inſtantijs factis coram Ordinario de

5 quibus in facto, &c. Et in dubio multum ſemper attenditur declaratio facta ab hærede, *l. ſi quis à filio,* & ibi *Bart. & omnes de leg. 1. Alex. conſ. 126. col. 2. lib. 7.*

Quartò hoc idem cõprobat obſeruantia ſubſequuta per 40. circiter annos, quę ſemper multum attendi debet in rebus dubijs interpretãndis, *cap. dilectus de conſuet. l. ſi*

6 *de interpretatione, ff. de legib.* cum ſit obſeruantia tanti temporis; in qua intrat præſcriptio, & ibi *Felyn. nu. 6.* quia D. Epiſcopus non permiſiſſet, tamdiù vnam tantum miſſam celebrari, ſi plures celebrari debuiſſent, vt ibidem *per Felyn.*

Quibus ſic ſtantibus non obſtant contraria, nam ſunt ſimplices coniecturę hominis, & valdè remotę, & ideò non debent admitti contra propriũ ſignificatum verborum, quæ de vna tantum miſſa loquunquuntur, nec contra interpretationem iuris de qua dixi ſupra in princ.

7 nec contra interpretationem hęredis, & obſeruantias Epiſcoporum per quadraginta annos, & interpretatio, quę ſumitur ex regulis iuris cõmunis, præualet omnibus præſumptionibus, vt per *Grau. conſ. 111. nu. 14. & 15. lib. 1.* Vltrà quod etiã ſunt plures numero, & ideò præua-

lent

Digitized by Google

lent, latè per *Card. Mantic. de coniect. in fin. num. 16. in 5. regula.*

Et hæc multò magis habent locum, si agatur de euitanda pœna
7 caducitatis, vel alia simili, quia quælibet causa, etiam euis ab illa excusat, *Gabr. de Gom. conf. 8. in princip. & per tot.*

ADDITIO OCTAVII Biloctæ.

ONus celebrandi missas impositũ rei legatæ, an spectet ad hæredem, vel ad legatarium, vide *Maya consult. ciuil. 6. par. 1.*

SVMMARIVM

1 *Milites non possunt petere licentiam tempore pugnæ, & expeditionis, immò si id fecerint, pœnam incurrunt.*
2 *Milites absentes vigore licentiæ, an gaudeant stipendijs, & n. 3. 4. & 6.*
5 *Labor, & pecunia recipiunt diuisionem:*
7 *Salarium duplicatum non debet solui in damnum fisci; & quid quando debetur non ratione seruitij, sed dignitatis, & nu. 8.*
9 *Officialis non potest ab officio discedere, etiam pro adimplendo voto.*
10 *Fructus officij dicuntur industriales, & debentur exercenti illud, & num. 11.*
12 *Officiali creditur circa suum officium.*

ARGVMENTVM.

Salarium, an debeatur Officiali pro tempore, quod non exercuit, & an debeatur eius substituto.

Pro Excellentissimo D. Petro de Toleto, Generali Præfecto Classis.

ALLEGATIO XX.

PEtitio Ill. Domini D. Francisci de Leyua contra Illustrissimum, & Excellentissimum D. Petrũ de Toleto, olim Præfectum Classis, continet in effectu, vt condemnetur conuentus ad salarium, quod diffidit consequi à Regio Fisco, pro ea rata temporis sue absentiæ à seruitio, quò per D. Petrum, vti Præfectum Classis, fuit facta prouisio de Capitaneo suæ comitiuæ, quasi, quod si prouisionem non fecisset, integrum stipendium consequi potuisset, & meo iuditio tria resultant, admiratione digna, vt miles, qui non præstitit seruitium, consequatur stipendium, vt conqueratur de solutione facta militi, qui sui loco deseruiuit, & quod Præfectus Classis stet sindicatui, & luat pœnam de his, quæ benè gessit pro regio seruitio, & vt Domini iudicantes cognoscant iniustam petitionem Actoris, reassumam breuiter de iure exceptionem conuenti.

Primò, quod Actori nullum competit ius pro prætenso salario, ipse enim vt Capitaneus non debebat deserere militiam, & comitiuam tempore expeditionis, quo tempore nec est licitum petere licentiã, & commeatum, nec est licitum con-
1 cedere, immò vterq; punitur, *l. 1. C. de commeatu lib. 12.* sed dato quòd ab Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Prorege consequi potuis-

Digitized by Google

set, tamen non potest transgridi tẽpus licẽtiæ, concessę, & pro eo tempore gaudere stipendio, quasi, quod videatur præsens esse vigore licentiæ, *cap. tuæ, extra, de Cler. non resid.*

2 tamen vltra tempus licentię non debet habere stipendium, nec additamẽtum, olitũ dari veteranis, *l. desertorem, §. si ad diem.* vbi notat *glos. ff. de re milit* vbi est casus punct. *& glo. ibi notat*, quod potest habere salarium pro tempore licentiæ, *& est text.* similis *l. commeatus, ff. eod. tit.* & clarior est *text. in l. in hac lege, C. de præx. sacror. scrin. lib.* 12. vbi *Bart.* no-

3 tat de milite, absente cum licentia terminata, vt pro illo tempore gaudeat stipendio, ibiq; *Lucas de Pen. num.* 15. facit distinctionem de licentia determinata per dictum, §. *si ad diem, & Ioan. de Platea* notat de milite, & de clerico absente de licentia Papæ, ad quod allegat dictum *cap. tuæ relatum, & c. de cætero de Cler. non resid.* quæ iura ibi allegat, *& in l. sacris, C. de præx. sacror. scrin. & Andr. de Barul. in d. l. in hac in fin.*

4 notat, quando licentia est sine præfinitione temporis, *Ludou. Roman. in l. decem functo, ff. de offic. Assessor. nu.* 7. *& Bald. in l. si ea cond. C. de condictio. insert. in fine*, latiùs *Par. de Put. de sindicatu, verbo, salarium, cap.* 2. *Alex. in d. l. decem functo, num.* 32. *Ioa. Anton. de Nigr. in cõs.* 131. *incip. statuimus,*

5 *num.* 6. nec sine ratione, quia labor, & pecunia recipiunt diuisionem, *l. Seio amico, ff. de ann. leg.* Ergò cùm seruitiũ non præstitisset, non debet habere salarium, sed illud tantum, q̃ ex dispensatione ob licentiam Princeps concessit ex gratia: nec potest vlterius petere, quod non meretur, immò quia deseruit militiam lapso tempore militiæ, deberet, & posset, vt desertor puniri, vt in dictis iuribus notatur; nec est in consideratione, quod ex noua gratia Illustrissimus Dominus Locumtenens Generalis gratiosè concessit, quod soluatur ei salariũ, vsq; ad tẽpus prouisionis factæ, quoniam hæc fuit noua gratia, non fuit iuridica decisio, nec per Iudices iudicatum, & Princeps ex suprema potestate non subiacet legibus, sed de iure non poterat habere salarium, nisi pro tem-

6 pore licentiæ, imò potuisset puniri, ẽt pro salario pro præterito, vt *in l. Iudices, C. de exact. trib. lib.* 10. & in instructionibus bellicis, facta refigna, si miles non comparet, amittit salarium etiam pro præterito.

Secundò, etiam quod licentia fuisset sine taxatione temporis, ad hoc alius erat eligendus loco sui, qui pro tempore seruitij debebat habere salarium, & dato quod, de iure, quando licentia fuisset sine limitatione temporis, non esset imputandum Præfecto, quod prouisit de alio in locum absentis, quamuis enim non esset facienda prouisio, ne Fiscus grauetur duplici sala-

7 rio, *l. matriculam, C. de agent. in reb. lib.* 12. tamen hoc non procedit, nisi in stipendio debito, ob solam dignitatẽm, prout est casus, *d. l. matriculã*, vbi debetur ẽt heredi salarium futu-

8 rum, q̃ debetur ex munificentia, & benignitate legis iuris peritis in suprema dignitate constitutis, à quibus non requiritur, sed attenditur sola dignitas, sed in stipendio, quod debetur ratione seruitij, & laboris, stipendiarius tantùm percipit, & tantùm transmittit, quantum meruit pro seruitio, & ita procedunt alia iura, ibi per eum allegata, vltra quod quando concurreret interesse bursale Reipublicæ cum alio interesse maioris præiudicij, non esset attendendum interesse bursale, cùm magis interfit Reipublicæ, q̃ in officijs præsint personæ debitæ, quàm duplicitas salarij, argum. *l. illud,*

Digitized by Google

9 *Iud, ff. de offic. Præsid.* vbi nec pro momento pōt Præses deserere prouinciam, etiam pro adimplendo voto, & de dicta diuersitate interesse, latè *Bar. in l. 1. ff. solut. matrim. in fin.* in quibus terminis punctualiter sic resoluit, *Hieron. Cagnol. in l. diem functo ff. de offic. assess. nu.* 173. & sic Præfectus Classis magis debuit incumbere interesse maiori, vt comitiua non stet sine Capitaneo in actu belli, quàm ad dubium, si deberetur, vel non deberetur duplex salarium de iure, est *text. in l. cū allegatis, C. de re mil. lib.* 12. declarat *Consiliarius de Anna in additione ad repetitionem cap.* 1. *de vasal. decrep. etat.* non procedere in officio commodato, iuxta sententiam Sacri Consilij.

Sed vt, cùmq; sit, etiam quod D. Franciscus fuisset restitutus ad officium, quod per absentiam amiserat, non per gratiam, vt verè per gratiam fuit restitutus, adhuc non recuperat salarium, nec fructus pro tempore, quo extitit priuatus, vel suspensus, quia quamuis sit differentia inter restitutum à lege, & est quando per iustitiam, vel ab homine, quando per simplicem gratiam, tamen in nullo casu recuperat salarium debitum pro seruitio,
10 per alium præstito medio tempore, nec emolumenta, quæ ratione laboris percipiuntur, ea ratione, ꝙ non sunt fructus naturales, nec simpliciter ciuiles, sed industriales mediante seruitio, & industria eius, qui seruit, & qui non laborat, non manducat, *Bald. in rub. C. de fruc. & lit. expen.* dum dicitur sufficere verbum restituas, quando de iure veniunt restituendi *per l. videamus, §. infamiam, ff. de vsur.* sicut quando de iure non venirent, *l. mulier, §. si hares ad Trebell. & l. stipulatus, ff. de vsur.* hinc est, quod captus ab hostibus sua culpa, non gaudet stipendio: in simili habetur de excōmunicato absoluto, qui nō recuperat fructus est *tex.* de stipendio, cum *glos. in l. 1. C. de re milit. lib.* 12. & de excommunicato est *tex. cum glos. in c. pastoralis, §. verū verbo, quid .n. vers. vt absolutus, de sententia excōmun.* quos casus refert, & distinguit *D. de Anna repetitione d. capituli primi de vasall. decrep. etat. nu.* 219. vbi in proprijs terminis; refert decisionem S. C. de
11 anno 1548. in materia fructuum officij, taliter quod D. Franciscus siuè iure, siue iniuria fuerit remotus ab officio, ex defectu potestatis amouentis, adhuc non recuperat stipendium, præstitum alio, qui vacauit suo muneri, vltra quod culpa D. Franciſci est inexcusabilis, quoniā lapso tempore licentię, labsoq; tēpore prorogationis, perdurauit in absentia, & sic quocunq; se vertat, inuenit ius resistere naturale, ciuile, & militare.

Insuper credendum est D. Petro, hoc fecisse de ordine Suę Maiestatis, cum sit ei credēdum de officio suo, *l. si quis decurio, ad leg. Corneliam de*
12 *falsi.* notat *Afflict. in constit. cum per partes, nu.* 16. *& Mascard. refert communem vers. officiū concl.* 1138. stante maximè eius habilitate, & qualitate *cap. nobilissimus* 97. *distinct.* & de re tam minima, quibus finem facio.

SVMMARIVM.

1 *Ex narratione facti clara redditur iuris dispositio.*

Et an si testator plus relinquat coniugi, quam vni ex liberis, illud plus ad æqualitatem reducatur, & numer. 13.

Et explicatur tex. in l. hac ædictali, C. de secund. nupt. & §. optimè, Auth. de nupt.

2 *Institutus in feudis, & si habeat, quòd*

Digitized by Google

præponderet valori suæ legitimæ, adhuc iure proprio admittitur ad partem legati contra formam legis hac ædictali.

Et an illud plus, quod coniugi relinquitur, applicetur tantum filijs primi matrimonij, vel etiam secundi.

3 *Quod plus relinquitur coniugi, diuiditur inter filios, iuxta ipsorum numerum, non pro portionibus hæreditarijs.*

Et an requiratur, quod filius sit hæres patris. Idque lucrum imputetur in legitimam.

4 *Hæredi venienti ex propria persona non obstat, quod minimè inuentarium confecerit.*

5 *Filius & si exhæredetur à patre (non tamen ob ingratitudinis vitium) adhuc gaudet beneficio leg.* hac ædictali.

Et an pater possit plus vni ex filijs, quam alijs in testamento relinquere.

6 *Testator & si grauet coniugem legatariam, vt post mortem suam disponat, an excludatur beneficium* l. hac ædictali.

Et reassumuntur l. mulier, ff. ad Trebellian. & l. cogi, §. hi qui solidum, ff. eod.

7 *Nudus minister & si sit incapax de per se, tamen est capax, vt alteri restituat.*

8 *Omnis dispositio concepta in fraudē* legis hac ædictali, *nullius erit roboris.*

Omnisque machinatio per d. legem vetatur.

Et an dispositio in fraudem legis corruat in totum.

9 *Dispositio legis* hac ædictali, *cessat, si persona grauata adhibeatur tantū ad nudum ministerium, adeò, vt nec temporis momento legatum remaneat apud ipsum.*

Et an valeat donatio vxori, si sit grauata restituere.

10 *Priuilegium pia causæ an firmam reddat dispositionem infirmam.*

11 *Agenti ad reformandum legatum, contra formam* text. in l. hac ædictali *relictum, an possit opponi de iure pia causæ.*

12 *Vsusfructus si relinquatur contra formam* legis hac ædictali, *æstimādus erit, ad finem, si subiaceat legi prædictæ.*

Et an alimenta legata vxori, æstimāda sint, ad finem, si legi hac ædictali *subiaceant.*

13 *Legatum relictum contra formam legis* hac ædictali, *reducitur ad id, quod vni ex liberis est minus relictum.*

Et an reducatur ad quantitatem legitimæ.

14 *Minus relictum dicitur id, quod relinquitur à patre filiabus monachādis. vel non monachandis paragium nubendi.*

15 *Constitutio Regni* In aliquibus, & *Consuetudo Neapolitana, an tollāt beneficium* l. hac ædictali.

16 *Quod adimitur à legato beneficio legis* hac ædictali, *inter filios communicandum est, nec de quoquam legataria particeps erit, & num.* 17. & 18.

17 *Quod plus relinquitur Victricō, vel nouercæ, quam vni ex liberis, pro nō scripto habetur.*

18 *Lex habendo aliquam partem pro nō scripta, abrogat testamentum.*

19 *Referuntur DD. firmantes Authoris opinionem.*

ARGVMENTVM

Legatum factum victrico. vel nouercæ, si excedat id minus, quod vni ex filijs relinquitur, reformatur ad æqua-

li-

Digitized by Google

litatem illius minus: Minuſq; dicitur, quod relinquitur filiabus monachandis, vel non monachandis paragiũ nubendi.

Et text. in l. hac ædictali, C. de 2. nupt. & §. optimè; auth. de nupt. ſatis dilucidantur.

Pro Domino Comite N. contra D. Hyppolitam ſecundam coniugem.

ALLEGATIO XXI.

1 EX facti narratione reſultat clara iuris diſpoſitio, quod legatum factũ per Teſtatorẽ D. Hyppolitę ſecundę coniugi eſt contra *l. hac ædictali, C. de ſecund. nupt. & §. optimè auth. de nupt.* in ſecundo caſu, quia cũ plures reliquiſſet liberos, & eis inęquales partes feciſſet, ſecũdę verò coniugi ampliſſimũ relinquit legatũ, illud debet reformari ad illud minimum, quod vni ex liberis diſpoſuit, illud vero plus, tamquam non ſcriptum, applicabitur ęqualiter dictis filijs, *d. l. hac ædictali verſ. ſin autem, d. §. optimè verſ. ſi verò in æqualia, & verſ. & hoc decernimus*; Comes ergo filius primogenitus ex propria perſona participat de illo pluri, auocato per *ll.* prædictas à Nouerca, & ex perſona fratris, & ſororum vigore ceſſionum: quod vt clarius eluceſcat, reſpondeo ſubſcriptis oppoſitionibus, quas fortè pars aduerſa facere poſſet, eliciendo concluſiones magis neceſſarias.

Prima eſt concluſio, quod Comes licet fuerit inſtitutus in feudis
2 quę præponderant valori ſuę legitimæ, tamen iure proprio venit ad partem dicti legati ex perſona fratris, & ſororum, quibus fuit facta injuria, propter minus eis, quam nouercæ, relictũ, quia illud plus æqualiter diuiditur inter filios primi matrimonij, & quamuis per *l. quoniã præterita, C. eod. tit.* communicabatur omnibus filijs vtriuſque matrimonij, tamen per *d. §. optimè, ver. namq; Auth. de nupt.* applicatur filijs primi matrimonij.

Et ſic ſumat *d. l. hac ædictali*, Iacob. Butr. Cyn. *in 5. queſt. & omnes cæteri*;
3 Ita quod non diuiditur pro portionibus hæreditarijs, ſed pro numero filiorum, quia eſt beneficium legis non quid hæreditariũ, *Angel. ibi in fin.* nec requiritur, quod ſit hæres patris, *Bald. num. 28. verſ. modo ſequitur, Bertran. ibi in ſua repet. verſ. ſi verò plus, num. 25. Bero. conſ. 40. nu. 11. in 2. vol. & Roland. conſ. 29. vol. 4. num. 13. & 14.* pp quod applicatur alijs æqualiter, & non ſolo filio, cui minus eſt relictum, idem *Bertrand. in princ. repetit. num. 66. in fin. num.* Ideo *Gloſ. in d. §. optimè verſ. quippe*, dicit, quod non imputatur illud lucrum in legitimam, quia prouenit ex diuerſis fontibus, quam ſequuntur omnes, *Bald. ibi nu. 20. verſ. modo ſequitur, Florian. in 1. diſputatione, num. 13. Bertr. in d. repit. verſ. ſtatum, num. 20.* qui dicit communem, & communem appellat *Rolan. dict. conſ. 29. nu. 9. & 10. & Rota Auen. deciſ. 95. num. 9. Socc. conſ. 35. volum. 4.*

Secunda eſt concluſio, quod Comiti non obſtat repreſentatio de-
4 functi ſine beneficio inuentarij, cum ſit ius competens ex propria per-

Digitized by Google

persona; quod cum accidisset in filia, cuiusdam Comitis, refert *Bertr. ibi vers. si verò plus, nu.* 27. *Hond. cons.* 14. *num.* 33. quod fuit consultum pro filia, quamuis non confecit inuentariũ, similiter *Rota Auen. d. decis.* 95. *num.* 1. Et cum sit actus annullatus per leges prædictas, non obstat, *l. cum à matre, C. de rei vend.* quia illa intelligitur de dispositione valida, non de inualida, *l. quemadmodũ, C. de Agric. & Cens. lib.* 10. *Iser. in simili quæst. in cap. Imperialem, de prohib. feud. per Feder. nu.* 16. *in additione* 1. *Arius Pinel. in l.* 1. *C. de bon. mater. in* 3. *par. num.* 83. *in* 10. *limit.* etiam si pater vetat, *Lancil. versic. non possit quæst.* 15.

Tertia est conclusio, quod Comes, licet non fuerit à patre ità dilectus, vt qualitas primogenituræ requirebat, tamen non fuit ingratus patri, postquam eum instituit
5 hęredem in feudis; immò dato ꝙ eum exhæredasset, dummodo, non per ingratitudinem filij, adhuc filius gauderet beneficio *d. l. hac edictali, Bertran. in d. repit. vers. ità tamen, nu.* 18. *vers. & per hoc*, qui allegat *Glos. fin. in l. si operarũ, ff. de oper. libert.* Sola enim ingratitudine poterat filius priuari, & paterna successione, & beneficio istius legis, *l. fin. C. eod. tit.* quod in specie dixit, *Iser. de succes. feud. in princ.* ibi, *si sit ingratus*, ideò, quod à patre non fuit, vt pars prętendit, dilectus, non propterea pater poterat eum priuare beneficio *d. l.* immò etiã si hoc expressè disposuisset, haberetur pro non scripto, vt tenet *Bald. ibi. num.* 27. in quo omnes conueniunt, & licet pater potest plus vni ex filijs relinquere, quam alijs filijs, id procedit inter filios, quia differentia est ingratitudinis, & gratiarũ actionis *d. aut. de nupt. §. illud*, & aduertit *Bald. in d. l. hac edictali, num.* 38. ideò primogenitus, vocatus per dicta iura, non prohibetur capere beneficium prædictum sub prætextu, quod à patre non fuit dilectus, cum sufficiat, non fuisse ingratum, vel mala mente exhæredatum.

Quarta est conclusio, quod licet eadem legataria sit grauata quodã-
6 colore fideicommissi, vt post mortem suam bona legata distribuentur pro medietate pro anima Testatoris, & pro alia medietate pro anima legatarię, tamen subiacet dispotioni *d. l. hac edictali, & d. §. optimè*, & iura, adducẽda pro cõtraria opinione, non tollunt dictam dispositionẽ, *l hac edictali*, quod, vt intelligi possit, reassumo dicta iura, *l. mulier, ff. ad Trebell. l. cogi, §. hi qui solidum, ff. eod.* quæ disponunt, ꝙ si quis non est capax legati, erit capax, vt alteri restituat, *& Ang. in d. l. mulier*, notat, quod illa lex non est correcta per *l. hac edictali. Et in §. hi qui solidum*, dat cautelam, vt qui vult instituere spurium, eum instituat, & grauet, vt restituat Regi Franciæ, qui nunquam peteret restitutionem, similis est *tex. in l. si quis Titio* 31. *ff. de leg.* a
7 quod nudus minister, quamuis sit incapax de per se, tamen est capax, vt alteri restituat, quibus addo *tex.* à nemine allagatum *in l. legatarius, ff. de excusat. tutorum*, vbi tutor respuens tutelam, priuatur legato, tamen non priuatur legato, quod tenetur alteri restituere; potest etiam pars augere difficultatem, sub prætextu, quod grauata est fauore piæ causæ, cuius fauore dispositio, quæ de per se non valeret, substinetur *l. Thais ancilla, §. Seius, ff. de manum. testam.*

Sed prędicta non obstant,
8 Primo, quia dispositio prædictæ videtur concepta in fraudem legis prædictæ, quæ vetuit omnem machinationem, interpositionem perso-

Digitized by Google

sonæ, & excogitationem contra dictam dispositionem legalem, propterea *Bal.* ibi *n.* 10. figurando casū, quando est grauata nouerca restituere, limitat, quando in fraudem, *& Imol. in l. interpres, ff. de hered. inst.* dicit, cautelam *Angeli* non esse bonam, ita *Alexand. in d. l. mulier, Roman. & cæteri Scribentes*, & idem *Angel.* latè defendit *Ripa* istam opinionem *in 3. resp. de secund. nupt. volum. 1. super Cod.* ad quod ego allego *text. in l. si Libertus ff. de iure patronat.* vbi Libertus, qui haberet centum in bonis, tenebatur *per l. Papia* relinquere portionem patrono, vt euerteret prouidentiam legis, alienauit, & fecit se minorem centenario, dicit *Vulpianus*, quod est dispositio in fraudem legis, non hominis; corruit in totum dispositio ad propositum testator in testamēto liberè legauit, cognoscens subiacere dictis iuribus, addidit in codicillis, vt post mortē coniugis distribuat pro animabus ipsorum, vt euerteret prouidentiam *d. l.* ergo est nulla dicta dispositio.

Secundò, quia iura, adducta in contrarium, procedunt, quando
9 persona grauata est adhibita ad nudum ministerium, ità quod nec momento temporis remanet legatum penès ipsam, declarat *Bart. in d. l. si quis Titio*, aliàs si verba sunt directa in legatarium, vel legatarius sensit commodum, operabitur *l. hac edictali, text.* est ab omnibus ponderatus *in l. Sulpitius, ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi donatio facta vxori valet, quando est grauata restituere, sed si coniux sensit commodum ex illa donatione, non valet, quia color quæsitus non tollit remedia iuris, sed in casu nostro coniux ipsa sensit commodum in vita, & sensit post mortem, ergo operatur *d. l. hac edictali*, ideò *Ludou. Roman. in d. l. mulier, num.* 3. declarat limitationem ad *d. l. hac edictali*, per *d. l. mulier*, procedere, quando nouerca est grauata restituere filijs primi matrimonij, qui ex hoc non essent iniuriati, sed placati.

10 Nec est verum, quod priuilegiū piæ causę validat dispositionem inualidam, quando lex improbat, nec *d. l. Thais* probat hoc, sed fundatur dicta conclusio ex regula generali, quod si quis est incapax de per se, pōt capere, vt alteri statim restituat *per d. l. legatarius*, tātò magis, vt restituat piæ causę, quia adhibetur, vt minister, quod aduertit *Ludou. Rom. in auth. similiter, C. ad l. falc. num.* 8. *& Tiraquell. de priuileg. piæ causæ priuileg.*

Tertiò nos agimus cum nouerca, respectu cuius legatum est à iure re-
11 probatum in tanta quantitate, ideò est reformandum, ergo non potest opponi de iure pię causæ, de qua materia est agendum, quia adhuc non venit casus, sufficit excludere nouercam legatariam, *l. loci corpus*, vbi *glos. vers. altius*, adducit iura concordantia, *ff. si serv. vendic.* & quando venit causa pia, respondebimus, sufficit excludere nouercam legatariam, quę nunc est in iudicio.

Quartò, quia non potest oscurari ista veritas sub colore, quod sit
12 legatus vsusfructus, qui debet extimari per dictum *Bald. ibi. num.* 19. quoniā satis diuersa: vna est quęstio ab alia, *Baldus* enim ponit duas quæstiones satis diuersas vnionem, *num.* 10. quando legauit vxori, vt alteri restituat, & hæc est quæstio nostra, in qua cadit articulus fraudis de quo supra tractaui: alia est *num.* 19. quando legauit vsūfructum, & tunc extimandus est vsusfructus, per *l. hæreditatum, ff. ad l. falcid.* proùt sensit ante omnes *Alber. in d. l. hac edictali*, & sequuntur oēs, relati per *Bertran.*

num.

num. 56. tenet *Bero. conſ.* 40. *nu.* 17. *Crau. conſ.* 194. *num.* 6. & 7. cum eriam alimenta legata vxori debent extimari ad finem videndi, ſi ſubiaceant dictæ legi *Cranet. ibi. num.* 3. & dicta *Rota Auenionen. deciſ.* 95. *Roland. d. conſ.* 29. *vol.* 4. & hæc non eſt quæſtio noſtra, quia reliquit bona burgenſatica, nõ vſumfructum, & dominium fuit quæſitum recta via, *l. à Titio, ff. de furtis, l.* 1. *C. commun. deleg.* vndè ſine extimatione valoris vſusfructus facienda eſt extimatio proprietatis, & vſusfructus, quę non eſt neceſſaria, cum pateat ad ſenſum exceſſus dicti legati; & quãdo eſſemus in legato vſusfructus, adhuc procederet *d. l. hac edictali*, quia illius extimatio excederet legata relicta, liberis prioris matrimonij.

Quinta concluſio, quod legatum debet reduci ad illud minus relictũ vni ex liberis per verba aperta *in d. l. hac edictali, &* §. *optimè*, & licet *Bal. ibi. num.* 17. teneat, quod reducatur ad quantitatem legitimę, quia ſupplementum filius capit iudicio Teſtatoris, & alibi ponderant *DD. l. quoniam prætertæ, C. eod. titul. ibi, danda, vel relinquenda*, cum quo *Anania conſ.* 67. vbi *Bolog.* tamẽ communis opinio eſt, quod debeat reſtringi ad minus legatum vni ex liberis, *Salycet. ibi in* 7. *quæſt. Iacobin. ibi*, quem refert *Bertran. verſ. ità tamen, num.* 6. *verb. contrariam*, vbi *num.* 7. refert præclaros DD. ſui temporis, ſic conſuluiſſe, quos ibi exprimit per nomina, & officia, *Flor. in dict. diſputat. prima*, qui facit optimam diſtinctionem ad euitandum diſputationes, quam reaſſumit *Bertrand.* vt ſi pater mandauit, quod nihil amplius petere poſſit, tunc ſupplementum capiet filius ex lege, & ſucceſſiuè nouercæ non adequatur legitima, ſed illo minimo ei relicto, alia eſt etiam diſtinctio, quando filius non petijt ſupplementum, ſed agit ad reuocationem legati, quia tunc nulla cadit dubitatio, ſic probat validiſſimis argumentis *Riminal. in conſ.* 167. *in* 1. *vol. vltim. volun. num.* 3. *verſ. Secunda concluſio*, proùt in vtroq; caſu eſt cauſa noſtra, ideò non me extendo vlterius pro diſcuſſione huius articuli, *Ruin. conſil.* 58. *num.* 9. *vol.* 5.

Arquando eſſemus in caſu, quo
14 facienda eſſet adęquatio ad quantitatem legitimę, debitę filio offenſo, qui potuiſſet, vel voluiſſet petere ſupplemẽtum legitimę, aduertatur, quod minimum relictum in hac paterna diſpoſitione eſt factum filiabus, quarum moniales non poſſent habere, niſi paragium ingreſſarum per Conſuetudines Neapol. ſecundũ vſum Monaſterij, vt conſueuit S.C. iudicare per notata, per *Addentes ad Neapodan. in conſuetud. ſi moriatur de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. paragium n.* 67. *lit. D. & lit. A.* vel nõ monialibus paragium nubendi, vt ibi conſuedo diſponit, & extat *Conſtit. in aliquibus de ſucceſſ. filior. Comit, & Baron.* quæ legitima eſt attendenda, licet ſit ſtatutaria, in materia, *l. hac edictal.* latè *Beron. conſ.* 39. *vol.* 2.

Nec conſuetudo, & conſtitutio prædicta, quæ moderant legitimam, tollunt beneficium *d. l. hac edictal.* quæ defert lucrum prædictum filijs,
15 vt filijs, ità quod filiæ veniunt, etiã ſi renunciaſſent ſucceſſioni paternæ, quia hoc non eſt quid hæreditarium, vt ſuprà fundaui, & quæ non poteſt quęrulare teſtamentum, quia dotata, poteſt venire per *l. hac edictal.* niſi expelleretur vitio ingratitudinis, conſuluit *Paul. de Caſtr. cui ſe ſubſcripſerunt clariſſimi viri*, vt refert *Bertr. in d. verſ. ſi verò plus, n.* 29. *ad fin. & Beron. conſ.* 40. *numer.* 11. *verſ. item ſciendum, & nu.* 4. & quod

ſta-

ſtatutum non intelligatur derogare *d. l. hac edictal.* niſi expreſsè dicat, communis eſt opinio, vt latè *Alber. art. 8. nu. 144. Iaſ. in auth. præterea, C. vnde vir.* & latius *Bertr. ſup. à nu. 30. & de diſtinctione commun. nu. 38.* & clarius *n. 52. in fin. num. verſ. & in effectu*, qui cumulat omnes ſui temporis, ne videar tranſcribere, ad eum me remitto, maximè cum non ſit caſus dubitabilis, *Soc. iun. cõſ. 103. vol. 1. Dec. conſ. 396. Corn. conſ. 33. vol. 1.*

Sexta concluſio eſt, quod illud adimendum à legato prædicto, eſt
16 communicandum filijs, ſed nouerca non debet de illo pluri participare, quamuis *gloſ. ibi. verb. diuidi*, videatur tenere, quod deducta legitima filiorum, reliquum debet diuidi inter filios, & nouercam, quã ſequitur *Cyn. in 3. queſt. Bald. n. 23. & 24. & Anan. conſ. 67.* vbi *Bologn.* tamen eorum opinio communiter reprobatur, & dicta communis opinio probatur lege, ratione, & authoritatibus Doctorum.

Probatur lege, quia in §. *optimè*
17 *habetur*, quod datum eſt vicario, vel nouercæ, ac ſi non ſcriptum, neq; datum, competit filijs, & inter eos ſolos ex æquo diuiditur, & infrà ibi, *filijs detur ſolis*: verba igitur legis ſunt clara, quod illud plus datur ſolis filijs prioris matrimonij, & excludit filios ſecundi, quos incluſerat, *l. quoniam præterita, C. eod. tit.* quæ corrigens præcedentem legem, corrigitur per *d. ius auth.*

Probatur ratione, nam ſi lex pro-
18 cedit, annullando, quod plus nouercę legatum eſt, & habet pro non ſcripto, ergo nouerca non poteſt participari de illo plures vigore teſtamenti, nam lex in hoc abrogat teſtamẽtum, & habet illam partem pro non ſcripta, nec poteſt capere ex diſpoſitione legis, quia lex eam excludit, ergo nullo iure poteſt de tali adempto participare: probatur etiam alia ratione, quia ſi lex Codicis vocauit filios ſecundi matrimonij, & ius *auth.* illam correxit, excludendo filios, nulla ratio patitur, quod admittatur nouerca.

19 Probatur authoritate *Doctor. Alber. ibi*, defendit hanc opinionem cũ hoc genere arguendi, & *Bald. ibi*, ſibi contrarius *nu. 7. & in l. penult. C. eod.* corrigit, quæ dixit in *d. l.* & tenet hãc hanc opinionem, & in pluribus conſilijs, & in *conſ. 161. lib. 1. incip. quædam nobilis*, dicit hanc eſſe veram, communem, & baptizatam opinionem, *Flor. in d. 1. diſput. Salyc. in d. l. quæſt. 7. Corn. conſ. 83. n. 116. & in pluribus conſ. Crau. 193. num. 13. & conſ. 194. num. 3. Rimin. conſ. 167. num. 6. verſ. his tamen non obſtat in 1. vol. vlt. volunt.* qui refert quam plures, alios congerit *Bertran. verſ. ita tamen, nu. 15.* alioſq; antiquiores refert *Corn. dict. conſ. 83. nu. 6.* quam plures alios adducit *Sforz. Odd. conſ. 3. numer. 30.* qui vtitur hoc genere arguendi, & quam plures ſaluant *gloſ.* vt procedat, quando nihil filijs reliquit, tunc dempta legitima, diuiditur legatum inter filios, connumerata perſona nouercæ, quod eſt veriſimile, *gloſſam* dixiſſe.

Ex quibus concludo, legatum debere reformari ad illud minus relictum filiabus, & illud plus debere diuidi inter filios, non numerata perſona nouercæ.

ADDITIO OCTAVII Biloctæ,

AD num. 4. quod mulier aduerſus non confectionem inuentarij non ſuccurritur *De Franch. deciſ. 229.* immo mulier, & ruſticus in his, quæ introducta ſunt ad rigorem iuris cõſeruandum non excuſantur, idem *de Franch. in d. deciſ.* & per *gloſſam* 38.

Digitized by Google

dist. in summa etiam si mulier haberet iustam causam excusationis, prout hæc, & alia refert idem *de Franch. in d. decis.* immo quando tractatur cum creditoribus mulier non restituitur aduersus confectionem inuentarij, & sic in solidum condemnari, & ad materiam huius allegationis, & ad *text. in l. hac edictali* videndus est *Ricc. in suis collect. decis. collect. 3. p. 1. per totam.*

Ad num. 12. in quinta conclusione faciunt considerata per *D. Reg. Rouitum in cons. 25. volum. 1.* vbi prælegatum factū vxori excomputatus fructibus dotalibus, & nō debet habere prælegatum, & interesse dotis, & defuncti quando adest prejudiciū creditorum, & ita per S. C. refert decisum.

Ad num. 15. si fuerit expresse renunciatum cum generali renunciatione an intelligatur renunciatum dispositioni dictæ *legis hac edictali* videndus est *text. in Authenus, C. ad Senatus Consult. Velleian.* propè *text.* cauetur, quod renunciatio generalis restringitur ad cōtractum super quo interponitur, prout idē asserit *Præs. de Franch. dec. 477. in prin.* & renunciatio quid sit realis, & quando personalis, vide *de Franch. decis. 391.* & *Reg. Rouit. cons. 44. vol. 1. n. 2. & text.* expresse in *l. auri scētium. §. pactorum quidem. ff. de pactis*, quod debet considerari ad minus ex verbis, quam ex mente contrahentium. ita dedit, & consuluit idem *Reg. Rouit. in d. cōs. 44.* sed *text. in d. §. pactum quidam* dat normam quando est realis, & quando personalis.

SVMMARIVM.

1 *Facti series præponitur.*
2 *Bona allodialia, aperto feudo, segregãtur ab ipso, & ad hæredem in allodio pertinent.*
3 *Feudum est quid vniuersum, plures continens partes etiam distantes. Et vt possit continere sub se allodium, tanquam ipsi subiectum.*
4 *Quæcumque bona per feudatarium quæsita, quando sint de corpore, statu, siue pertinentijs feudi.*
5 *Res addita feudo in augmentum feudi, duabus modis efficiuntur de feudo.*
6 *Aedificia, adnexa feudo, & ratione connexitatis transeant cum feudo, ad pretium tamen tenetur Dominus, vel Agnatus.*
7 *Allodialia propè feudum, vel in districtu feudi, si emantur, possunt addi feudo, vt feudalia fiant.*
8 *Res addita feudo, vt efficiatur feudalis, propter adnexionem.*
9 *Baro addendo rem allodialem feudo, quod ab alio tenet, vt reddat illam feudalem.*
Andr. Iletum doctrina ob eius excellentiam, pro text. veneratur.
10 *Feudatarius seruitutem feudo imponere nequit, sed acquirere in feudi augmentum sic.*
Et quid in suū præiudicium.
Feudatarius feudi conditionem meliorem, non deteriorem reddere potest.
11 *In casu deuolutionis feudi meliorationes ad præsumantur de allodio, vel de feudo.*
12 *In causa feudali, vbi est casus decisus iure feudorum, ius silet Romanum.*
Et an Ecclesia seruare debeat ius feudorum.
13 *Fundi distinguuntur destinatione patrisfamilias, non natura.*
14 *Bona empta à Barone, si possunt de per se stare, hæredi in allodio aperiuntur.*
15 *Feudum dicitur homo mutus, & reintegrat membra suo capiti.*
16 *Iure ciuili licet quis ratione insepara-*

Digitized by Google

rabilitatis rei ſua amittat dominium, non tamen æſtimationem amittit.

17 *Feudatarius quomodocumq; melioret feudum, ſemper ad beneficium hæredis meliorare intelligitur.*

18 *Donatio ex melioratione iure Romano non præſumitur.*

19 *Quiſq; pro ſe, & hæredibus videtur acquirere.*

20 *Infeudatio ex parte Domini conſiſtit in conceſſione vtilis dominij, cum retentione directi.*

21 *Ex fidelitate, quæ nam reſultent erga Dominum.*

22 *Feuda, fructuſq; feudorum, à collectis, cæteriſq; impoſitionibus ſunt immunia.*

Sicut bona de patrimonio Regis.

23 *Vaſſallo volente rem ſuam in feudũ conuertere, vel feudo addere, quæ interuenire debeant.*

24 *Dominium non ſolum abdicatione, ſed acceptatione acquiritur.*

Et an regula l. traditionibus, C. de pact. *iure feudorum corroboretur.*

25 *Res allodialis feudalis, vt efficiatur ex ſola cognitione.*

26 *Res adnexa feudo, feudalis efficitur, ſi feudatarius ex ea per triginta annos ſeruitium directo Domino præſtiterit.*

27 *Inueſtitura præſumitur, ſi ſeruitium ſit præſtitum Domino à vaſſallo per triginta annos.*

ARGVMENTVM

Bona empta propè feudum, vel in diſtrictu feudi, feudalia non dicuntur, ſed allodialia; propterea hæredi in allodio debentur.

Pro Sereniſſimo Duce Mutinæ.

ALLEGATIO XXII.

SEreniſſimũ Ducem Mutinæ, iure optimo poſſe prętendere bona allodialia in diſtrictu Ferrariæ, quæſita tẽpore Sereniſſimorũ Ducum per Adminiſtratores Ducalis Camerę, non obſtante deuolutione Ducatus ad Cameram Apoſtolicam, euidentiſſimis rationibus demonſtrauit Iureconſultus Actilius Rugerius, cuius ſcripta mihi tranſmiſſa, viſa ſunt, non egere ſuppletione, ſed iuſſu Sereniſſimi Ducis pdicti ſubſcripta ſubijcere decreui ad corroboratiõẽ eorum, quę prędictus Iureconſultus fundauit in ſua conſultatione.

Præſuppoſita facti ſpecie, quod Dux Mutinæ ſit hęres Ducis Alfonſi II. vltimi morientis, per eius mortem feudum Ferrarię ſit apertũ, & bona, de quibus agitur, ſint titulo particulari quæſita per miniſtros dicti Ducis, & aliorum prædeceſſorũ, 2 indubitanter ſuccedit regula iuris, ad ipſum vti hæredem in allodio pertinere, & in ipſa apertura fieri ſegregationem ipſorum à corpore feudi aperti, cum quo prius, durante feudalitate, fuerant poſſeſſa, & non poſſe directum Dominum ad illa aſpirare; quod vt clarius cognoſci poſſit reaſſumo, quæ directus Dominus prætendere poſſet.

Et ſine dubio cum bona ſint titulo particulari quæſita, & non fuerunt de corpore feudi, quod à principio in ſui erectione fuit formatum in ſuis membris, ac cum ſuo ſtatu, ſeuum enim eſt quid vniuerſum con-

cõtinẽs sub se plura mẽbra, siuè partes, etiam distantes, arg. *l. rerum mistura. ff. de vsucap. Iser. de c. qui cur. vend. nu. 3. circa medium, & in Constit. Regni Neap. si quis Baro. in tit. de dotar. & in cap. 1. de controuers. feud. apud par. termin. nu. 3.* quod clarius dixit *Glos. in Constit. Regni Neap.* incip. *Consuetudinem prauam, in Glos. fin. in tit. de Rei action. & except.* & propterea licet posset continere sub se bona, etiam allodialia, vt subiecta feudo, *Camer. in repet. cap. Imperialem fol. 39.* quando sunt redditicia feudo, tamen intelligitur prædicta conclusio, quando à principio in creatione feudi fuerunt cum ipso
4 feudo concessa, & de his Dominus erexit, & creauit feudum: alias quæcumq; bona quæsita per feudatarium, non sunt de statu, & corpore, siuè de pertinentijs feudi, vt declarat *Iser.* verbum *(pertinentiarum) in cap. 1. quid sit inuest. vers. traditionibus, & in cap. 1. de capit. qui cur. vend. num. 3.* ergo dicta bona nõ sunt de feudo, & successiuè, cum feudum fuerit apertum, illa non trãseũt, vt de corpore feudi ab ipsa creatione, quia sine ipsis fuit erectum, & directus Dominus illa non concessit, nec infeudauit.

5 Sequitur videre, si ex post facto sint effecta de feudo in augmentum feudi, quod quidem contingere potest altero de duobus modis.

6 Primò per alluuionem potest feudum recipere augmentum, & non est casus applicabilis, quia sunt termini §. *si quis demanso, de controuers. inuest.*

Secundò facto vaxalli, qui fortè post quæsitum feudum, aliquid separatum à feudo, & suum allodium addidit feudo, & hoc fieri potest, vel ędificando in feudo arces, vel alia ędificia, & sunt termini §. *si vassallus, rub. hic finit. lex.* de quo articulo scripsi pro Excellentissimis Principibus Hostiliani *in prima Allegatione mea primi voluminis*, in qua demonstraui, ędificia, licet ratione cõnexitatis, & difficilis separationis transirẽt cum feudo, tamẽ pretium debere soluere Dominum, vel agnatum hæredi in allodio, quia feudatarius non cogitauit, aliquid acquirere, nisi pro se, & hęredibus, *l. si pactũ, ff. de probat.* & meliorando rẽ feudalem, tamquam subiectam restitutioni, obligat successorẽm, vel Dominum ad melioratione, tamquam si rem alienam bona fide meliorasset, sed non intendit augere feudum suo sumptu in beneficium Domini, vel agnati.

7 Vel secundò loco fieri potest emendo aliqua bona allodialia, non de feudo, sed propè feudum, aut in ipso districtu feudi, prout est casus noster, & in hoc cadunt duo articuli iuris.

Primus, an vassallus possit rem allodialem facere de allodio feudum.

8 Secundus, an per talem adiectionem res, addita feudo, efficiatur feudalis ex annexione, & in apertura transeat ad Dominum, vel ad agnatum.

De primo articulo tractat *Iser.* de rustico, an possit rem suam allodialem concedere in feudum *in §. si verò contigerit, de pace iur. firm.* & non est casus applicabilis ad materiam.

Idem de illo vaxallo, qui non est, nec rusticus, nec comprehensus inter dignitates, numeratas *in prima rub. feudorum, de his, qui feud. dare pos.* de quo *Iser n. de controuers. feud. apud par. num. 11.* & pariter non est de materia nostra.

9 Idem an Baro adijciendo rem suã allodialem feudo, quod ab alio tenet, faciat eam feudalem, de quo articulo, latè tractat *in §. è contrario, de inuest. de re alien. fact.* vbi est *text.*

pun-

Digitized by Google

punctualis, & est casus in proprijs terminis nostris, & pro intelligentia faciam duas considerationes, vnam resultantem, ex ipso *text. feudali*, aliã ex commento *Andr. de Isern.* cuius eximia doctrina p *textu* veneratur, ad hoc, vt cognosci possit, in quo fundari potest intentio directi Domini, vel exceptio hæredis in allodio.

10 *Text.* ergò, cum primo decidisset quæstionem, an feudatarius posset imponere seruitutem feudo in prę-iudicium ipsius feudatarij, vel *Domini*, vel agnati, vt sicut de re, subiecta restitutioni, nõ posset de re allodiali disponere in præiudicium tertij, pariter non posset feudo imponere onus, vel seruitutem in præiudicium Domini, vel agnati, sed sui tantum, inspecto illo tempore ante Constitutiones *Lotharij, & Federici*, subsequenter facit contrariam decisionem, quia decidit, posse feudatarium acquirere seruitutem feudo in augmentum feudi, cuius conditionem potest meliorare, non deteriorem reddere, quam sententiam excepit conditor illius consuetudinis, ex *l. seruus creditori, C. dè pact. & glos. in d. §. è contrario verb. melioré*, allegat alia iura concordantia.

11 Deindè quia ex hac decisione resultabat quęstio, quid dicendum in casu deuolutionis feudi ad agnatum, vel Dominum, an hæres in allodio esset in damno, & cuius contemplatione præsumitur facta melioratio, & *text.* decidit secundum regulas iuris, quod si res addita feudo, est quid corporale, quod de per se posset stare, & indubitanter spectat ad hæredem in allodio, quia non est de pertinentijs feudi, neq; fuit concessa à Domino cum ipsa concessione feudi, ergo nec Dominus, nec agnatus habet aliquod ius proprium in re, addita feudo, nec ex ipsa annexione feudatarius habuit animum donandi agnato, vel Domino, sed suis hæredibus, *d. l. si pactũ*, & hucusq; casus est decisus ad fauorem Ducis per legem feudi: nec huic decisioni aduersantur iura Ro-
12 mana, vltra quod in causa feudali, vbi est casus decisus de iure feudorum, non attenditur ius Romanum, *cap. 1. de feud. cognit.* & Ecclesia, quę est cultrix, & nutrix iustitiæ, debet illud ius seruare, vt dicit *text. in §. sed diuersum, de alien. feud.* & non debet pati, aliquid contra iustitiam in se fieri. Sed iura Romana de destinatione patris familias loquuntur, quando Testator disposuit de fundo, quem prius vno modo acquisierat, deindè auxerat, an veniat fundus primo loco quæsitus, an eo modo, quo auctus, possessusq; fuit, & tũc procedit decisio, quod destinatio
13 patris familias, nõ natura distinguit fundos, ità procedit *l. quod in rerum, §. si quis post. ff. de leg. 1. l. si ex toto, ff. eod. l. cum fundus, & l. peculium, ff. de leg. 2. l. si cui, & l. sæpè, l. si chorus. ff. de leg. 3. l. Seia, §. Tiramnæ. ff. de fund. instruct.* ibi, *si prata fundo Greciano, ità coniuxisset, vt sub vna fundi appellatione haberetur*, & pariter ad demonstrãdum testatoris voluntatem lex arguit de simultanea possessione *l. prędijs 91. §. Titio Seiana, ff. de leg. 3.* vbi *Glos.* considerat vnius villici curam, de quo articulo, latè dixi *in Allegatione* 50. pro Sereniſſimo Rege Poloniæ. Si igitur Sereniſſimus Dux Alfonsus moriens, disposuisset de Ducatu Ferrariæ, vtiq; dictum argumentum de destinatione patris familias, de simultanea possessione, de vnius nominis appellatione deseruiret pro inuestiganda voluntate, nam si sub appellatione Ducatus Ferrariæ, intellexisset etiam de bonis allodialibus, annexis, vel non, & esset videndum, si ex his con-

constaret de annexione, & de perpetua coniunctione, vel non, sed hic tantum agitur de acquisitione, & emptione bonorum allodialium, quo casu lex feudi dicit, & intelligit, feudatarium semper acquirere pro se, & heredibus, non pro agnato, vel
14 Domino, ergo primus casus decisionis, quando bona empta possunt de per se stare, est apertus pro hærede, quia bona prædicta sunt de p se corpora distincta, & de p se stare possũt, & per consequens illa subtilis indagatio, si emptio fuit concepta nomine Ducis, & Ducalis curię, cessat, quia casus decisus iure feudorum tollit difficultatem, dum decidit secundum casum, de re incorporali, addita feudo, quæ de per se non potest stare, & sic nomine feudi à feudatario fit acquisitio, sicut dixit *Glos. supra allegata in d. const. iust.*
15 quod feudum est homo mutus, & reintegrat membra suo capiti, & nihilhominus, quamuis ratione inseparabilis naturæ (quia seruitus sine prædio cui debetur, non potest stare, ideò transit cum feudo) tamen si-
16 cut de iure ciuili ratione eiusdem inseparabilitatis quis amittit dominium rei suæ, non verò æxtimationem, vt in materia vnionis, & mixtionis liquidorum, & aridorum, de tigno iuncto, & scripturæ ius Romanum statuit *in ff. de acquir. rer. domin.* & in varijs titulis, ità ius feudorum statuit, vt eo casu Dominus, vel agnatus soluat æxtimationẽ hæredi in allodio; adeòq; ius feudi fauet præsumptæ voluntati feuda-
17 tarij, vt quomodocumq; melioret feudum, siuè ædificãdo, siuè addendo seruitutes, siuè bona stabilia, semper intelligit ad beneficium hęredis, & quando separari non potest augmẽtum, tunc damnat agnatum, vel dominum ad æxtimationem, vt in dictis iuribus habetur, & sic pro hærede habemus ius certum, & sine vlla disputatione, proùt ius Romanum in re dotali meliorata, pariter, & de re subiecta restitutioni,
18 & similibus statuit, in quibus numquã præsumit ex melioratione donationẽ. Supereſt, vt inquiramus de ratione decidendi, & perscrutemur, quare in iure feudorum reperitur talis decisio, & quare non reperitur decisio in aliquo casu in quo Dominus, vel agnatus possit prætẽdere contrarium, ex quacumq; annexione, vel augmento: & quidem
19 regula est trita, vt vnusquisq; videatur acquirere pro se, & hæredibus *d. l. si pactum*, nec in contrarium esse posset decisio, nisi concurrant ea, quæ interuenire debent in omni contractu, & in specie in materia feudali, si enim inquirimus, quid sit feudum, & quomodo erigitur, inueniemus, nullum requisitum hic interfuisse, quo bona prædicta possent dici infeudata, sicut enim in-
20 feudatio ex parte Domini consistit in concessione vtilis dominij cum retentione directi, ad hoc, vt infeudatus, & hæredes sui in feudo perpetuo fideliter Domino seruiant, vt habetur in sua diffinitione *in § huius antẽ generis in quibus caus. fen. amit.* ità requiritur translatio vtilis, & acceptatio ex parte beneficiati, ex qua fidelitate resultant ea, quæ habẽtur *in cap. 1. de forma fidelitatis*, vt
21 vassallus teneatur in his seruire Domino, & præstare fidelitatem vltra seruitium consuetum, vel conuentum, & respectu eorum, quę narrantur *in d. c. 1. de forma fidelitatitis*, Dominus tenetur vicem gerere vassallo, vt ibi in fine habetur. Consideratur etiam interesse tertij, pro vt sunt immunitates, & alia respe-
22 ctu collectarum, aliarumq; impositionum, à quibus sunt immunia feuda, fructusq; feudorum *l. ser. quæ sine*

re-

Digitized by Google

regal. §. & plauſtorum, num. 44. vndè *Petr. de Greg. ſiculus in tract. de conceſſ. feud. par.* 1. *q.* 2. *in fin.* dixit, ex hoc reſpectu non poſſe, excepto Rege infeudare, bona enim à patrimonio regali ſunt immunia à collectis, & non fit præiudicium communitatibus terrarum, conſequens eſt, vt ſicut quando Dominus infeudat, requiritur translatio vtilis, & retentio directi, & promiſſio fidelitatis, ac conſenſus vtriuſq; concedentis, & recipientis, vndè reſultat fidelitas reciproca; ità quando vaſſallus, vult conuertere aliquam rem ſuam in feudum in beneficium alicuius, ſiuè in augmentum feudi, q̃ tenet ab aliquo, oportet, quod interueniant ſingula prædicta, translatio directi dominij illius rei in Dominum à quo tenet feudum, & retentio vtilis, & promiſsio fidelitatis, & acceptatio ex parte Domini, nedum vt acquirat directum translatum, ſed vt obligetur ad vicem fidelitis, ad quam tenetur iure feudi, quorum neutrum interuenit in caſu, de quo agitur, & adeò de iure procedit aſsumptum, quod etiã ſi Duces abdicaſſent dominium directum dictorum bonorum, non ex hac ſola abdicatione, acquireretur alicui, *l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acquiren. poſſeſſ.* vbi *Bart.* docet, niſi ſequatur acceptatio, *l. traditionibus, C. de pact.* quæ regula iure feudorum fuit ſpecificè recepta, *cap.* 1. *§. traditionibus in tit. quid ſit inueſtit.* & licet Principi, & Eccleſiæ quæratur ſine traditione, *l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* tamen de iure ciuili requiritur acceptatio, *l. qui abſenti, ff. de don.* & de iure feudorum expreſsè requiritur inueſtitura, ſeù traditio, vt ſupra probatur, hinc eſt, quod res allodialis non efficitur, neq; emphiteotica, neq; feudalis ex annexione illius ad feudum, nec per recognitionẽ expreſſam, quia ſi quis recognoſceret rem ſuam in feudum ab alio, non faceret ex hoc illam feudalem, quia requiritur translatio vtilis dominij, & acceptatio, & promiſsio fidelitatis. *Bart. in l. rem, quæ nobis, num.* 9. *ff. de acquiren. poſſeſſ. Guid. Pap. deciſ.* 272. quæ ſingula deficiunt in caſu de quo agitur. Ergo per regulas iuris directus Dominus nihil prætendere poteſt ſuper dictis bonis.

Secunda eſt conſideratio *de commento Andr. de Iſern. ſuper dicto §. contrario*, vbi poſtquam ſummat *text.* facit illam ſingularem limitationẽ, niſi vaſſallus per triginta annos ſeruiuerit de dictis bonis, annexis feudo, arg. *cap. ſiquis per triginta ſi de feud. fuere controuer.* quę quidem limitatio corrõborat regulam in caſu ſuo, & *Iſer.* intelligit, infeudationem procedere modo, quo ſupra, & quia debet probari titulo vero, & ſic inueſtitura, aut titulo præſumpto, aut titulo preſcripto, quia non apparebat in caſu illius *text.* inueſtitura, & ſic titulus, quo vaſſallus tranſtuliſſet directum dominium in Dominum, neq; de acceptatione, cum promiſsione fidelitatis, declarat *Iſer.* poſſe probari per inueſtituram præſumptam, vt ſicut quando Dominus recepit ſeruitiũ à vaſſallo per triginta annos cum requiſitis *in d. cap. ſi quis per triginta*, preſumitur, quod vaſſallus fecerit dictam ſubmiſsionem modo, quo ſupra, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, ideò *Iſern.* dicit, arg. *cap. ſi quis per triginta*, ſed quia de hac qualitate nõ conſtat, quod ſeruiuerit de dictis bonis directo Domino, ergo concludendo dicendum eſt, cum de iure non præſumatur, per annexionem voluiſſe donare Domino, vel agnatis, niſi expreſsè fecerit ſubmiſsionem, cum acceptatione,

idq; probari non poteſt, niſi titulo vero, & ſic inueſtitura, quæ hic deficit, vel præſumpto, vel deficiunt extrema requiſita per *d.c.ſi quis per triginta*, de titulo ꝓſcripto non adeſt principium, quia nullum ius competit directo Domino, ex quibus concurro cum dicto Dom. Conſulente, ſaluo meliori iudicio.

SVMMARIVM

1 *Facti ſpecies præponitur.*
2 *Oppidum Cæſtri Pagani fuiſſe, & eſſe Caſale, idq; Diœceſis Lucerinæ probatur, & num. 9.*
3 *Feudorum Barones, ſiue omnes colentes terras feudi, ad decimas fructuũ Epiſcopo, & Archipresbitero tenentur.*
Et explicatur text. in Conſtit. Regn. Quanꝺo cæteris, *multaq; Regni iura, de decimis loquentia adducuntur.*
4 *Decima, & ſi ſint iure Diuino, reſeruata à Deo in ſignum ſui vniuerſalis dominij, cui tamen, & propter quod ſint ſoluenda, & num. 11.*
5 *Decimæ maximæ prædiales debentur Eccleſiæ Parochiali ratione cultus Diuini, non Epiſcopo; quamuis Epiſcopo debeatur quarta ipſarum decimarum ab Eccleſia Parochiali.*
6 *In dubio, an decimæ ſint ſoluendæ Eccleſiæ Parochiali, vbi Colentes recipiunt Sacramenta, an vero Parochiali, in qua prædia ſita ſunt, ad Conſuetudinem locorũ recurritur, & num. 14.*
7 *Papa, an poſſit priuilegium, & exẽptionem concedere de non ſoluendis decimis, non ſolum Clericis, & Religioſis, ſed etiam laicis.*
8 *Laici ſi decimas non ſoluerunt tanto temporis ſpatio, cuius contrarium non eſt in hominum memoria, ad illas amplius non tenentur, & n. 13.*
9 *Caſtrum Paganum fuiſſe, & eſſe Oppidum de per ſe plenißime probatur.*
10 *Nemo agit ſine actione.*
11 *Decimæ ſunt ſoluendæ Sacerdotibus propter ſeruitium, quod Deo impendunt.*
Et an Oppidum inhabitatum, in quo non eſt Eccleſia, vel Populus teneatur ad decimas.
12 *Ceſſante cauſa, ceſſabit effectus.*
13 *Qui ab immemorabili tempore decimas non ſoluerunt, ab ipſis in poſterum ſoluendis indicantur immunes.*
14 *Quoties dubitatur cui ſint ſoluendæ decimæ prædiales, ad Conſuetudinem recurritur.*
15 *Teſtibus non deponentibus veriſimilia credendum an ſit.*
16 *Iura Regni, de decimis loquentia, vt intelligantur, & num. ſeq.*
17 *Decimas eſſe ſoluendas quibus de iure debentur Canonicæ Sanctiones, Regniq; iura ſtatuunt.*
18 *Ciuitas Neapolitana per præſcripeionem immemorabilem à decimarum ſolutione dicitur immunis.*

ARGVMENTVM.

Decimæ debẽtur Eccleſiæ Parochiali, vbi Parochianis Dei Sacramenta miniſtrantur, non autem Epiſcopo, licet ipſi debeatur quarta ipſarum decimarum ab Eccleſia Parochiali.

Ac decimarum ſolutio ceſsabit, ſi per præſcriptionem immemorabilem ſolutæ nõ fuerint.

Pr

Pro Aurelia Gargana cum Illust. & Reuerendiſſimo Epiſcopo Luceriæ, & Reuerendo Archipræsbitero Oppidi Caſtri Pagani.

ALLEGATIO XXIIII.



1 IN cauſa vertẽte in Regia prouinciali Audientia inter Reuerendiſsimum Epiſcopum Ciuitatis Luceriæ, ac Reuerendum Dominũ Ioſeph Lollium dictæ Ciuitatis aſſertum Archipresbiterum Caſtri Pagani Actores ex vna, & Aureliam Garganam de Neap. baliã, & legitimam tutricẽ filiorum vxoris q. Antonij Branciæ Baronis Cãſtri Pagani conuentam ex altera de, & ſuper aſſerta petitione præſtandarum decimarum fructuũ perceptorum, & percipiendorum in terris dicti feudi, ſiuè cultis per dictũ q. Antonium, & in futurum colendis per ſucceſſores in dicto feudo, ſiuè per particulares laborantes, & colentes terras dicti feudi, vt in actis dictæ Regiæ Audientiæ.

Videndum eſt, an dicti actores reportare debeant ſententiam in eorum fauorem contrà dictam Aureliam nomine quo ſupra, dictoſq; de Brancia filios, & hæredes dicti q. Antonij, vel ipſi conuenti abſolui debeant ab impetitione dicti Domini Epiſcopi, & dicti aſſerti Archipresbiteri Caſtri Pagani.

Et prima facie videtur dicendum dictos Actores debere obtinere cõ-
2 tra dictos conuentos, nam deduxerant in primo eorum articulo, Caſtrum Paganum fuiſſe, & eſſe Caſale, ſeù mancipium, & illud, & eius Ciues, & habitantes in eo, fuiſſe, & eſſe Dieceſis Epiſcopi Lucerinæ, & quod per dictos Epiſcopos, qui pro tempore fuerunt in dicta Ciuitate, fuit inſtitutus Archipresbiter dicti Caſalis, & videntur illud probaſſe per nonnullos teſtes, & conſequenter infertur, tàm Barones dicti feu-
3 di, quàm particulares, colentes terras dicti feudi, de iure obligatos fuiſſe ad ſoluendum decimas dicto Domino Epiſcopo, aſſertoſq; Reuerendo Archipresbitero *toto titulo extra decimis*, & eſt *tex. de iure Regni in Conſtit. quanto cæteris in §. fin. ſub rubr. de decimis*, vbi ſtatuitur, & præcipitur omnibus ſubditis, quod debeant ſoluere decimas Eccleſijs, quibus debentur, de feudis, & de bonis ſuis, proùt eorum anteceſſores tempore Regis Guliel-
mi ſoluerunt, & ad idem poſſent adduci plura cap. Regni, loquentia de decimis, de quibus *in cap. volumus, & mandamus, num. 92.* per *Io. Arton. de Nigris*, ea allegantem, & cumulantem accedentibus alijs deductis in tertio articulo, quibus etiam videtur id probari.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam arbitror eſſe veriſſimam, quinimmo dicti conuenti debent abſolui ab impetitione dictorum actorum, pro cuius concluſionis veritate demonſtranda plura in iure infrà premitto.

Et primò, quod decimæ licet ſint
4 de iure Diuino, quas Deus Omnipotens, ſibi reſeruauit inſignum vniuerſalis dominij, attamen debent ſolui Eccleſijs Parochialibus, & pro eis Sacerdotibus, Clericiſuè eundem propter cultum diuinum, quia Deo deſeruiunt in celebrandis miſſis, & diuinis officijs, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrant populo, & Parochianis, *tex* eſt in *cap.*

GANDOLFI
IDENTIKIT

Digitized by Google

tua nobis, vbi notat *Abb.in 4. notab. n.4. de decimis*, idem expressè tenet *Paul.de Cast.in cons.infr.allegand.*; & est communis opinio Canonistarum.

5 Secundo præmicto, quod decimæ, & signanter prædiali, debentur Ecclesię Parochiales, ratione cultus diuini, vt supra est dictum, & non Episcopo; benè verum est, qđ à dicta Ecclesia Parochiali debetur quarta dictarum decimarum Episcopo, ita latè concludit *Abb.in cons. 58.incipien.In causa, quæ vertitur inter plebanos S.Iusti* in 1.vol. vbi post multa concludit, deberi decimas prædiales Ecclesiæ Parochiali, maximè quando est baptismalis, & nõ deberi Episcopo decimas à Dominis prædiorum, & colentibus ea, sed ab Ecclesia Parochiali deberi quartam earum ipsi Episcopo, probatur *in cap.de quarta, de præscriptionibus* vbi id expressè notat *Abb.in 1.notabili, num.2. Paul.de Cast.in d.cons.infra allegando per eundem tex. in d. c. de quarta*.

6 Tertiò præmicto, quod quando Parocchiani alicuius Ecclesiæ colũt prædia, sita in Parochia alterius Ecclesiæ, & oritur quæstio, cui Ecclesiæ Parochiani ipsi soluere debent decimas prędiales, an Ecclesię Parochiali, vbi Ecclesia percipiunt Sacramenta, an Ecclesię, in cuius Parochia sita sunt prædia, recurrendum est ad consuetudinem, tex. est ad literam in *cap. cum sint homines extr. de decimis*, vbi plenè per *Abb.in 1.col.* & est similis *tex.* in terminis *in cap. ad Apostolicæ extr. eod. tit.* idem tenet *Hostiens.in sum.tit. de decim.* vbi ait, deberi Ecclesiæ, in cuius Parochia situ est prædiũ, p iura ibi allegata per eũ, sed subdit *Hostien.* nisi aliud obtineat de consuetudine allegat *d. cap. cum sint, & d.cap. ad Apostolicæ*, idem tenet *Affl. in d.Constitut. Regni quantò cæteris, 5. notab. ad 1.quæst.num.24.*

7 Quarto præmicto, quod licet decimę sint de iure diuino, vt supra est dictum, tamen Papa potest concedere priuilegium, & exemptionem de eis non soluendis non solum clericis, & Religiosis personis, vt inquit *Abb.in cap.si de terra, in 7.notab. n. 3. extr. de priuilegijs*; sed etiam aliquibus laicis, licet nõ vniuersaliter omnibus, vt concludit idem *Abb.in cap.à nobis de decimis in verb. in glos.5.in versic.exemptus, nu.4. & 5. post Glos.ibi*, & cæteros DD. quos allegat.

8 Quinto, & vltimò præmicto, quod stante conclusione prædicta, in præcedenti præmisso facta, necessariò infertur, quod quando aliqui laici per tantum tempus, in cuius cõtrarium non est memoria hominum, decimas alicui Ecclesię Parochiali non soluerunt, ad illas non tenentur, quia præscriptio tanti temporis habet vim priuilegij, & constituti tituli, & sic æquiperatur priuilegio exemptionis, à Papa indulto, seu concesso per *tex. in cap. super quibusdam. 5. præterea, ext. de verb. signific. cum simil. iur.* per quæ id tenet *Card. Paris. in cons. 111. n. 48. & 50. vol. 1. in cons. 13. num. 15. vol. 4.* & alibi sępè, idem tenet *Affl. in d. Constit. Regni, quantò cæteris col. 5. post num. 11. verbo quid dicam de ista Ciuitate Neap.* ibiq; attestatur de Ciuit. Neap. quæ ab immemorabili tempore nullas decimas soluit, & ibi arguit, quod sicut Papa potest concedere tale priuilegium, ita id operatur præscriptio immemorabilis temporis, quæ habet vim priuilegij, & constituti, vt supra est dictum.

His vt prędictis prømissis in iure, præsuppono quamplura in facto deducta, & plenè probata, & primò

mò per partem aduersam fuit deductum, quod Cãstrum Paganum fuit, & est Casale tacitè inferendo, quod fuerit, & sit Casale Terrę Apricenę, quæ notoriè est de Diecesi Domini Episcopi Lucerini, vt in primo ar-
9 ticulo dictæ partis aduersę: quod in contrarium fuit, & est veritas clarissima, nam in prima, & secunda exceptione dicti conuenti deduxerunt, & plenissimè probauerunt per plurimos testes, optimè deponentes, fuisse terram de per se, & non Casale, seù municipium subditum, seù accessorium Terræ Apricenæ, vel alterius loci, vel Ciuitatis, & optima ratione, quia in Casalibus non extant Cãstra, vt benè deponunt dicti plurimi testes, & ità fuit, & est publica vox, & fama, & probatur, quia nomen debet esse consequens rei. *instit. de donationibus*, §. *est & aliud cum similibus*, & solum hoc debet sufficere, quia vulgò nuncupatur *Castello Pagano*, & hodie videntur quędam menia antiquissima, denotantia memoriam, & reliquias dicti Canstri, & consequenter manifestè demostrãt fuisse terram, & non Casale, & sic remanet penitus sublatum tale prę-suppositum partis aduersę.

Vlterius vt fuit deductum in 4. 5. & 6. exceptione, ac etiam in 7. & plenissimè probatum super eis per quam plures testes, fide dignos Terrę Foggię, ac Terrę Apricenæ, & aliorum locorum, præfatam Tertã nuncupatam *Castello Pagano* à tanto tempore, cuius initij non est memoria hominum in contrarium, fuisse penitùs destructam, & deletã, in tantum, qđ vix remanserunt superestantia illa modica mœnia Canstri dictę Terræ, quæ hodie manifestè videntur, & non extat vir, qui dictam Terram viderit habitatam, & qui audiuerint ab eorum antecessoribus, qui similiter dixerunt, audiuisse ab alijs eorum antecessoribus, semper sciuisse, dictam Terram Canstri Pagani destructam, & consequenter non extitisse, neq; vidisse in ea, neq; Ecclesiam, neq; domos, neq; homines ibidem habitare, & quod de hoc fuit, & est publica vox, & fama, & consequenter, cum non extiterit Ecclesia, neque domus, & habitationes in ea, & ex necessaria consequentia, neq; populus, & homines habitantes, sed ab immemorabili terram inhabitatam, neq; vnquam ibi testes deponèntes, neque eorum antecessores, qui viderunt, neque audiuerunt, celebrari sacras Missas, diuina Officia, neque aliquid aliud, diuinum Officium, & cultum respiciens, ibidem factum fuisse à clerico aliquo, sicut in Ecclesijs Parochialibus solitum, & consuetum est fieri, qui testes examinati non solum sunt ętatis annorum quatraginta, sed etiam quinquaginta, sexaginta, septuaginta, & plurium, vt ex lectura eorum depositionum est videre, & sic ritè, & rectè deponũt, iuxta ea requisita, quæ tradũtur circa probationes immemorabilis prę-scriptionis, & consuetudinis per *Didac. Couarr. in repetit. cap. possessor malæ fidei, de regul. iur. in 6. in 2. par. relect.* §. 3. *num.* 7. vbi ponit optima requisita post cotam *DD.* quos allegat.

Quibus in facto verissimis, & plenissimè probatis, dico, quo ad dictũ Reuesčdiss. Episc. qui in causa prędicta se intromisit sine actione egisse per dicta in secundo præmisso, nam decimę, vt ibidem plenè fuit dictũ, debentur non Episcopo, sed Ecclesiæ Parochiali, & pro eo eius Clero. Clerus autè debet Episcopo quartam decimarum, & sic conuenti sunt
10 absoluẽdi ab eius impetitione, quia nemo agit sine actione, *l. si pupilli*, §. *vi-*

§. videamus, ff. de negot. gestis, cum similibus; quo verò ad dictum assertum Archipresbiterorum dico etiã. intrepidè, dictos conuentos ab eius impetitione absoluendos, nam vt fuit dictum, decimę debẽt solui Ecclesijs Parochialibus, & pro eis Sacerdotibus, seu Rectoribus, vel Ar-
11 chipræsbyteris earundem propter. cultum diuinum, qa Deo deseruiũt in celebrandis Missis, & diuinis officijs, & ministrant Ecclesiastica Sacramenta; cum igitur dictam Terrã Cãstri Pagani ab immemorabili tẽpore fuit destructa, & inhabitata, & non extiterit, neque Ecclesia, neq; domus, & habitationes, neq; populus, & consequenter non fuerit ibi Deo deseruitũ aliquo modo, ergo
12 cessante causa solutionis decimarũ, debet cessari effectus, *l. adigere*, §. *quã uis, ff. de iure patronatus*, *cap. cum cessante extra, de appellationibus*, & dum præsupponitur, quod Reuer. D. Ioseph Lollius sit Archipresbyter Cãstri Pagani, illud figuratur in aere, nam non entis nullæ sunt partes, seu qualitates, *l. eius qui in prouincia, ff. si certum petatur*. Si ergò non reperitur Ecclesia, non habitationes, non populus in dicta Terra, ab immemorabili tempore destructa, quomodo figuratur Archipræsbyteratus: præterea, quod seruitium Deo nunquã fuit factũ in Terra illa, & sic cessante ratione, cessat effectus predictus. Vndè manifestè cessat persona, cui decimę debentur, quia Rector, seu Archipresbyter, nullo modo dici potest, seu figurari Terre, ab immemorabili tempore destructæ: cessat causa propter quam debentur decimæ, 13. cultus diuinus: cessant etiam hi, qui debent decimas, scilicet populus: cum ergò omnia cessent propter quę decimæ debent solui: ergo dictus assertus Archipresbyter nihil prætendere potest pro decimis dicti feudi; & sic nec Reuerendissimus Episcopus, nec idem assertus Archipræsbyter victoriam reportare debent pro cõsequutione dictarum decimarum, ita in proprijs terminis eleganter consulendo tenet *Paul. de Castr. in cons. 38. incip. dico, dictum emptorem, & dicta bona non posse à præfato Domino Episcopo pro dictis decimis, &c. in 1. par.* vbi prædicta, & alia allegat, & optimè in iure probat, cuius authoritas quàm magna sit, nemo est, qui nesciat: & istud est primum, & solidissimum fundamentum, atque irrefragabile, propter quod dicti conuenti debent absolui ab impetitione dicti DD. Episcopi, & Archipræsbyteri.

13 Alio & secundo fundamento arbitror, dictos conuentos absolui debere, quia vt fuit deductum in 8. exceptione, 10. & 11. ab immemorabili tempore, neque Barones dicti Cãstri Pagani, neque coloni Terrarum dicti feudi vnquam soluerunt decimas Reuerendissimo Episcopo Lucerino, seu asserto Archipræsbytero Cãstri Pagani, sed semper fuerunt immunes & Barones, & coloni à solutione decimarum, vt benè deponunt quamplures testes super dictis examinibus deponentes, qui benè deponunt super dicta consuetudine, seu præscriptione immemorabilis temporis, iuxta tradita per *Didac. Couarr. in repeti cap. malę fidei possessor, in 2. par. relection.* §. 3. *nu.* 7. quinimmò super dicta 10. exceptione deponunt quamplures testes Terræ Sancti Marci in Lamis, qui coluerunt Terras dicti feudi, de fructibus perceptis in dictis Terris soluisse decimas Ecclesię Parochiali dictæ Terræ Sancti Marci, quibus ẽtibus ex dictis in quarto, ac quinto, & vltimo præmisso infertur conclusio, quod etiam ex isto alio capite

Digitized by Google

te immemorabilis præscriptionis, quæ habet vim priuilegij, concessi à Sum. Pontif. & tituli constituti *d. cap. super quibusdam, §. præterea, de verb. signific. cum similibus*, dicti conuenti veniunt absoluendi rationibus, de quibus in dicto quarto, ac quinto, & vltimo præmisso : & illud est aliud ortè fundamentum pro dictis conuentis. Est igitur conclusio, quod dicti conuenti debent absolui ab impetitione dictorum Actorum.

Nec dictæ conclusioni habent obstare assertæ depositiones, factæ per nonnullos testes, examinatos ad instantiam dictorum assertorũ actorum super tertio eorum articulo, tã clericorum, quam laicorum, quia si benè inspiciantur depositiones, & clericorum, & laicorũ Terræ Apricenæ de fructibus perceptis à terris, per eos cultis in dicto feudo Canstri Pagani deponunt, quod vnusquisque soluit Ecclesiæ Parochiali, cuius fuit Parochianus Ecclesiæ videlicet, vel S. Luciæ, vel S. Martini dictæ Terræ, seù earum Archipræsbyteris, & procuratoribus, non autem Reuerendissimo Episcopo Lucerino, vel asserto Archipræsbytero Canstri Pagani. Benè verũ est, quod soluerunt Clerici dictarum Ecclesiarum quartam decimarum dicto Domino Episcopo Lucerino, quæ probationes nihil inferunt ad probationem, seù ad fundandum intentionem dicti Domini Episcopi, vel dicti asserti Archipræsbyteri; nam
14 dictum fuit in tertio præmisso, quãdo dubitatur, cui sint soluendæ decimæ prędiales, Ecclesiæ prædiali, vel Parochiali, vbi colonus percipit, seù sumit Ecclesiæ Sacramenta, recurrendum est ad consuetudinem, iuribus, & authoritatibus in dicto tertio præmisso allegatis : non ergo est mirum, quod Parochiani Ecclesiarum Parochialium dictæ Terræ Apricenæ soluerint decimas prędiales fructuum, perceptorum in dicto feudo, dictis eorum Ecclesijs Parochialibus.

Nec etiam habent obstare assertę depositiones Io. Baptistæ Capaldo, & Loriti de Dragho dictæ Terræ Apricenæ super dicto tertio articulo, qui videntur deponere ad votum partis aduersæ, quia eis nullatenus est credendum, tum quia deponunt non verisimilia; deponunt enim, quod etiã Barones dicti feudi Canstri Pagani soluerunt Domino Episcopo, seù asserto Archipræsbytero Canstri Pagani soluerunt decimas in terra Apricenæ, quod nequaquã verisimile est, vt fuit non solum in termino primi beneficij, sed etiam in termino secundi beneficij deducti,
15 & benè probatum: testibus autem non verisimilia deponentibus nullatenus est credendum, *l. 3. §. 1.* ibi, *an verisimilia responderint, & l. ob carmen, § fin. ff. de testibus*, ac etiam quia eorum depositiones confundũtur per tot alios testes, etiam clericos, examinatos ad instantiam partis aduersæ, signanter super tertio articulo, qui nullatenus deponunt de solutione decimarum per homines Terræ Apricenæ de fructibus perceptis in dicto feudo asserto Archipræsbytero Canstri Pagani, seù dicto Reuerendissimo Episcopo, sed tantum, Ecclesijs Parochialibus, & Cleris ipsarum earum nomine, vndè cum id, quod exrat à verisimili, sit falsitatis imago, vt inquit *Bald. in l. si fugitiui, 4. col. n. 16. C. de seru. fugitiu.* nulla ratio est habenda dictorum assertorum testium, falsum procul dubio deponentium.

16 Non obstant modo iura in contrarium allegata, quia breuiter, & realiter respondetur, quod Iura Canonica, Constitutio Regni, superius allegata, & etiã Cap. Regni loquen-

tia

tia de decimis, intelligitur, & debent
intelligi, quando de iure debẽt ſolui
decimæ, ſcilicet quando in Eccleſia
Parochiali deſeruitur Deo, vt latius
dictum eſt in ſecundo prẽmiſſo, vel
quando non fuit per Summum Pon-
tificem conceſſum priuilegium ex-
emptionis à decimis, vel non alle-
gatur præſcriptio temporis imme-
morabilis, quæ habet vim priuilegij,
& conſtituti, vt dictum fuit in quar-
to, & vltimo præmiſſo. Secus autem
dicendum eſt, quando Deo non de-
ſeruitur, vt in caſu de quo agitur, &
ſupra latius dictum fuit, ratione de-
ſtructionis dicti Canſtri Pagani per
dictum *conſil. Paul. de Caſtr. 38. in*
1. parte, vel quando adeſt præſcrip-
tio temporis immemorabilis contra
prætenſam ſolutionem decimarum,
quæ habet priuilegij, & conſtituti, vt
ſupra latius eſt dictum, in his caſibus
non habent locum iura prædicta,
quia ſecundum iura, & canonicas
ſanſiones domini prædiorum, & ea-
colentes non tenentur ad decimas:
de quibus non loquitur *tit. de deci-*
mis, nec *Conſtit. Regni Quanto cæte-*
ris, nec *Capit. Regni*, dicit enim *text.*
in d. Conſt. Regn. Quanto cæteris, §. fi.
17 quod ſoluantur decimæ Venerabi-
libus locis, quibus decimæ ipſæ de-
bentur, ſed in caſibus prædictis non
debentur, ergo, &c. & ſimilibus ver-
bis vtitur *Sacrum Concilium Triden-*
tinum ſeſſ. 25. cap. 12. incip. *Non ſunt*
ferendi, in duobus locis, ibi: *Vt eas,*
ad quas de iure tenentur, & ibi, *in po-*
ſterum Cathedrali, aut quibuſcumq;
alijs Eccleſijs, vel perſonis, quibus legi-
timæ debentur, &c. & in facto cui-
18 denter demonſtratur in Ciuitate
Neap. quæ per immemorabile præ-
ſcriptio decimas non ſoluit, vt ſupra
dictum eſt. Remotis igitur omnibus
contrarijs concludo, dictos Domi-
nos conuentos debere abſolui ab
impetitione dictorum actorum,

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries cum ſua excuſatione ab*
Authore præmittitur.
Ac methodica Conſultationis diui-
ſio.

2 *Feudi pretij iuſtitia vt ſciatur, duplex*
eſt facienda inſpectio, vna in facto,
in iure altera.
Et feudum Sabloneta in quam
conſiſtat.

3 *Res quacumquè æſtimationem reci-*
piunt à redditu, quem producunt.
Ac fructus, & reditus primum
fundamentum dicuntur æſtimatio-
nis rei.

4 *Feudum Sabloneta requirit pro ſua*
cuſtodia ob Militum ſtipendia mag-
nam impenſam.
Et an expenſa militum pro cuſto-
dia imputentur in cauſam fru-
ctuum.

5 *Fructus feudi, quamuis ſint in conſi-*
deratione, & expenſa parui ſint
momenti adhuc faciendæ eſt æſti-
matio feudi ob alias qualitates.

6 *Pretium rei minuitur ob ſolum vici-*
num rixoſum.

7 *Pretium rei minuitur ob pactum de*
non alienando, niſi perſonis deter-
minatis, vel de cuſtodienda rem
proprijs militibus, ſiuè proprio ſum-
ptu.

8 *Homines, & vaſſalli nobilitant feu-*
dum.

9 *Qualitates faciunt, vnam rem ab*
alia differre.

10 *Intellectus ad theoricam* Bartol. in
l. 2. C. de reſcind. vend.

11 *Arces, & fortilicia feudi ad hære-*
dem in allodio ſpectare, iure feu-
dorum Canonico, & ciuili proba-
tur.

12 *Meliorationes in feudo factæ, feudo*
deuoluto ad Dominum, ad quem
ſpectent.
Et quid ſi non poſſint ſeparari à feu-
do, & n. 16.

13 Co-

Digitized by Google

13 *Colonus, & emphyteuta meliorationes, in re factas, alijs vendere possunt.*

14 *Maritus, & negotiorum gestor, an vendicent meliorationes in dote, & in re gesta factas.*

Et quid de Fideicommissario, Legatario, creditore, bona, & mala fidei possessore, ac vsufructuario.

15 *Impensa, & meliorationes pretio sunt luendæ, si à re meliorata separari non possint.*

16 *Feudo aperto Domino, vel agnatis, vassallus pretium meliorationum inseparabilium consequitur, etiam ab agnatis.*

Differentia nulla est inter Dominū, & Agnatos circa meliorationum solutionem.

17 *Locupletari cum alterius iactura nemo debet.*

18 *Meliorationes factæ in ædificijs Arcis, fortilicij, & murorum feudi, an dicantur necessariæ, vtiles, vel voluntariæ?*

Et quæ sint meliorationes necessariæ, vtiles, & voluntariæ.

19 *Impensa facta in constructione Arcis, murorum, fortilitiorum pro feudi tuitione, necessariæ dicuntur.*

20 *Impensæ in Castro custodiendo, necessariæ dicuntur, & cur?*

Hominum causa omnia esse facta iura testantur.

Magisq; necessaria dicitur impensa pro hominum, quam pro rerum conseruatione.

21 *Omni generi animantium est à natura tributa vitæ, & corporis conseruatio.*

Ac murorum Ciuitatis munitio firmissima æstimanda est.

22 *Impensa ad certum vsum destinata, pro refectione murorum erogari potest.*

Et an legatum pro muris Ciuitatis constituendis dicatur pium?

23 *Murorum Ciuitatis constructio adeò opus necessarium est, vt ab eo nullus excusetur.*

24 *Impensas necessarias etiam repetit, malæ fidei possessor.*

25 *Impensæ necessariæ alijs creditoribus præferuntur.*

26 *Impensæ vtiles si sint excessiuæ, & Dominus rei sit pauper, ad illas non tenetur, & cur? & n. 27. & 28.*

Et quid si Dominus similes impensas fecisset.

27 *Dominus rei meliorate, licet sit pauper, si tamen vendit rem meliorata, impensas vtiles etiam excessiuas soluere tenetur.*

28 *Impensæ vtiles excessiuæ semper de fructibus sunt soluendæ etiam à Domino paupere, ac tales impensas non aliter facturo.*

29 *Impensas in arcibus constituendis, fortilitijs, & alijs esse necessarias, vel saltem vtiles Doctorum authoritate probatur.*

30 *Successorem in feudo teneri ad solutionem impensarum pro arcibus constituendis, &c. particulari lege in Hyspania cautum est.*

31 *Agnati succedentes in feudo, tenentur ad impensas factas pro Arcium, & aliorum fortilitiorum constructione.*

32 *Castra, & fortilitia in feudo, quamuis pretiosa, æstimantur quoq; secundum redditum.*

33 *Interesse pretij non soluti multipliciter debetur, & ratione duplicis moræ.*

34 *Mora regularis attenditur tantum in contractibus bonæ fidei.*

35 *Debitum si sit illiquidum, & creditor plus debito petat, debitor minimè dicitur esse in mora regulari.*

36 *Ob pretium rei venditæ solutum, potest interesse peti ob fructuum perceptionem ad æqualitatem seruandam ratione moræ irregularis.*

37 Text. in l. curabit, C. de act. empt. *etiam in pretio illiquido procedi.*

Digitized by Google

Et quando dicatur pretium illiquidum.

38 *Emptor rei si nullos percepit fructus, ad interesse pretij non soluti, minimè tenetur.*

Et fructus qui dicantur.

39 *Quando agitur de pretio rei venditæ, non soluto, lex semper considerat, quod abest à venditore, & quod peruenit ad emptorẽ, illudq; æqualitate compensat.*

Hodie tantum permittuntur vsuræ ratione damni emergentis, & lucri cessantis.

Et an sit æstimanda commoditas, vt interesse pretij rei venditæ non soluti debeatur.

40 *Si fiat pactum de soluendo pretio rei emptæ in certo tempore, interesse non debetur.*

Et an differat hoc pactum à venditione, facta ad pretium declarandum?

ARGVMENTVM.

Feudorum pretia æxtimantur ex redditibus, & fructibus, quos producunt.

Arces, & cętera ædificiæ, in feudo cõstructa pro feudi fortilitijs, tamquam impensæ necessariæ ad hæredem in allodio pertinent, eisquè debetur æstimatio etiam ab Agnatis.

Emptorem ad interesse pretij non soluti non teneri, si nullos ex re empta percepit fructus, egregiè probatur.

Pro Illustr. Dom. N. cum Illustrissimis Principibus Hostiliani.

ALLEGATIO XXIV.

PERITISSIMI Iudices Rotæ Lucensis retulerunt Cæsareæ Regiæ Maiestati, pẽ tiũ feudi Sablonetę ascẽdere ad duc. ..... ex quo Arces, & alia ædificia, constructa per retro Dominos dicti feudi, spectant ad hæredem in allodio, insuper Illustrissimos Principes Hostiliani coniuges conuentos non teneri ad interesse pretij prædicti p rata, spectãte ad Illustriss. Principem Bozuli, & tã viuis fundamẽtis talem consultationẽ comprobarunt, quod Clientes non indigẽt nostro patrocinio, maximè cũ res agatur in Sacro Concistorio Inuictissimi, & Iustissimi Imperatoris, vbi leges condantur, & nos nõ audaremus, aliquid in medium afferre, sed freti suæ Maiestatis humanitate, ex qualitate causę impulsi, subscripta deducimus pro confirmatione consultationis prædictæ, ea tñ humilitate, quam tanto Principi debemus, si non tãta peritia, & methodo, quãtã à nobis Clientes exposcũt.

De tribus ergo tractandum est.

Pretium feudi esse durare.....

Meliorationes spectare ad hæredem in allodio.

Interesse pretij non deberi.

Circa primum, vt videri possit iustitia pretij, duplex est inspectio, vna in facto, cuius sit qualitatis, & redditus dictum feudum; Altera in iure, quid ius statuat in re talis qualitatis, & redditus: de his breuiter discurrendo. In facto certum est, feudũ consistere in ipsa Ciuita-

te

te Sabloneteæ, consistente in domibus ruralibus, præter meliorationes, de quibus infra, in loco depresso, corrupti aeris, procul à via Romana, angusti territorij, obnoxij inundationibus, pauco commercio, paucos continens habitatores, ipsosq; pauperes, & agricolas, indigentes perpetua custodia militum cum annuo sumptu ducatorum decem millium, etiam ex pacto, in venditione conuento, cum prohibitione de non alienando, nisi in ipsos Illustrissimos venditores, cum restricta successione, pro masculis tantum descendentibus, insupèr esse redditus annuorum duc. 2500.

In iure quoq; indubitata est con-
3 clusio, quod res æxtimatur ex redditu, quem producit, *l. si quis, C. de rescind. vendit.* ibi, *rei qualitas, & fructuum quantitas, l. si fundum 92. ff. de leg. 1.* ibi, *excusso pretio secundum redditus, l. si fundus, ff. de reb. eorum,* ibi, *pro modo fructuum, l. qui bonis, ff. de cess. bonor.* ibi, *ex quantitate* intelligendo pro redditu; proùt *Bart. ibi.* in quibus iuribus *Glos.* notat, *& in l. 2. C. de rescind. vend.* ibiq; *Bart. & DD. ac in l. precia rerum, ff. ad l. falcid.* Fructus igitur, siuè redditus est primum fundamentum, æxtimationis rei, sed fructus intelligitur deductis expensis pro cultura, & cura, *l. Lucius, ff. pro socio, l. illud, verbo lucrum in Glos. C. de collat.* notant *DD. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. Tiraquell. de retract. lignag. §. 15. num. 3. cum pluribus seq.* Fructus igitur ad summum ascendunt ad
4 aureos ducatos 2500. sed vltra expensas in cultura, adest expensa magis necessaria pro custodia, & cura, satis excessiua, ascendens ad aureos annuos decem millia pro stipendijs militum, ergo feudum nullius est redditus, immò grauat possessorem summo ære pro custodia feudi, vltra fructus feudi, sed expensæ pro custodia militum imputãtur in causam fructuum, *Bart. in l. fin. ff. de impens. in reb. dot. fact.* & licet idẽ *Bart. in l. cum quæreretur, §. prædijs, ff. de leg. 3.* dixerit, quod custodia Cãstri non est causa fructuum, tamen *Ang. Imol. n. 13. Alex. n. 7. in l. domos, ff. de leg. 1.* quod non repetitur, quia causa fructuum, & habetur *in l. sumptus, ff. de leg. 1.* ibiq; per DD. agitur ergo de æxtimatione feudi, quod nullos fructus facit, sed onerat possessorem magno sumptu pro custodia feudi, & sic nullius esset æxtimationis.

Quando verò contrarium vide-
5 retur, & essent in cõsideratione fructus, & non stipẽdia militum pro custodia, vltra quod proficeret asseueratio aduersarij in articulo meliorationum, adhuc esset facienda æxtimatio, nedum respectiuè ad fructus, sed ad cęteras qualitates minuentes pretium feudi, *text. est cum glos. in l. mortis causa capimus, §. fi. ff. de donat. causa mort.* proindè *Angel. in d. l. precia rerum,* dixit, æxtimationẽ faciendam esse cum suis ossibus, & spinellis, ibiq; *Alex. nu. 3.* latius *Ripa in l. 1. §. si hæres, ff. ad Sacr. Conf. Trebell. nu. 126.* qualitates autem dicti feudi supra narrantur pessimæ, quæ de iure considerantur de periculo inundationis, incipiendo *à l. 7. in fine princip.* ibi, *fortuitis casibus, l. verum, §. penult.* ibi, *minosa,* & ibi, *multis casibus obnoxia, ff. de minor. 25. ann. capit. cum Ioannes, §. 1. extr. de fide instrumen.* ibi, *cuius conditionis intuitu pro minori pretio vendidisti,* de quo ponit exemplũ *Ripa in d. l. 1. §. si hæres, n. 27. & 28. Arius Pinell. in repet. l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 4. n. 19. 20. & 22.*
6 *vers. minuuntur,* adeò, quod lex minuit pretiũ rei ex solo vicino rixoso, *l. quod sæpè, §. fin.* vbi *glos. fin. ff. de contrahen. empt. & Arius Pinell. in d. l. 2. part. 2. cap. 2. num. 35. in fin.* & de istis

Digitized by Google

qualitatibus probandis, *Bart.* docet Aduocatos *in dict. l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell. Cagnol. in d. l. 2. n. 237.*

7 De pacto de non alienando, nisi in certas personas, & de custodiendo proprijs militibus, & proprio sumptu est facienda diminutio precij, cum Doctores arguant de pacto redimendi, *Panormit. in cap. ad nostram, extr. de empt. & vend.* de quo latius *Arius Pinell. vbi suprà, nu. 18.* qui cæteros allegat.

8 Et quamuis homines, & vassalli nobilitent feudum, & feudatarium, argum. *l. iustissimè, ff. de edilit. edict.* per quē *text. And. de Isern.* calem facit præpositionem *in cap. 1. quis dicatur Dux, nu. 4.* & alibi sæpius repetit, tamen isti vassalli rustici agricolæ, & pauperes non sunt in tanta consideratione, cum nec iurisdictio possit producere prouentus & reditus.

Iunctis igitur tot pessimis qualitatibus, nescimus, quo iure prætendere possit Illustrissimus aduersarius, tam excessiuum pretium à venditionibus aliorum feudorum in eadem

9 Prouincia, cum qualitates faciant rem differre, vnam ab alia per suprædicta. Hinc enim est, quod licet Doctores dicant per iura suprà allegata, æstimationem faciendam esse ex reditu, non declararunt, considerata qualitatibus, & propterea respō-

10 derunt, theoricam *Bart. in d. l. 2.* non esse simpliciter intelligendam, quod æstimatio reddituum recipit aliam declarationem, ad quam rationem pro quolibet centenario arguatur, ut communiter valet in contrada, sed temperanda est cum suprædictis cōsiderationibus respectiuè ad qualitates rerum, exempla igitur producta per partem non sunt de feudis, sitis in pessimo aere, obnoxijs inundationibus, habitatis ab agricolis, cum onere custodiæ per milites stipendiarios, cum pactis de non alienando, & de alijs, de quibus in nostro casu, siuè igitur consideremus æstimationem per instrumenta de alijs venditionibus, siuè per visum Iudicum, siuè per apprecium expertorum, de quibus per *Angel. & DD. in d. l. precia rerum*, semper dicendū erit, precium fuisse nimis excessiuum taxatum.

Circà secundum, quod extima-

11 tur feudum sine Arce, & fortilicijs, quia spectāt ad hæredem in allodio, super duobus fundata est decisio, primò, quod de iure sic est constitutum, secundò, quia de facto inter partes sic est conuentum.

De iure constitutum esse, habemus decisionem in vsibus feudorū, in iure Canonico, & in iure ciuili: in vsibus feudorum est *text. in cap. si vassallus in vs. hic finitur lex*, vbi *text.* dicit, quod si vassallus feudum me-

12 liorauerit, ædificando in eo, deuoluto feudo per lineam finitam, Dominus tenetur ad æstimationem melioramentum, si non possunt separari, & ex illo *text.* declaratur *superior in §. è contrario in cap. vnico de inuest. de re aliena facta*, vbi *in §. præcedenti*, erat decisum, quod vassallus non potest imponere seruitutem feudo in præiudicium Domini, nec agnatorum, quia feudo aperto, extinguitur seruitus, in sequenti §. deciditur, quod è contrario potest vassallus facere meliorem conditionem feudi in beneficium Domini, & agnatorum, & propterea acquirere seruitutem in beneficium feudi, sed quia *text.* non aperit, si augmentum est indiuisibile à feudo, si Dominus eo casu tenetur ad æstimationem, propterea positus est ille *text. in §. si vassallus*, qui decidit istam difficultatem, quia tenetur Dominus ad æstimationem, & sic habemus, *text.* apertum in iure feudorum. De iure Canonico est,

text.

Digitized by Google

text.in cap.potuit,extra de locato,ibi,
13 *meliorationes, & ius sibi competens poteſt alijs vendere*,qui *text.*loquitur in colono,& in emphyteuta.

De iure ciuili de emphyteuta eſt *text.in l.fin.C.de iur.emphyt.*ibi, *ſuas meliorationes alij vendere*,& ex *text. in l.2.eod.tit* quod quando deuoluitur emphyteuſis propter culpam emphyteutæ, non repetit meliorationes, ibi,*allegatione nomine meliorationis*.

14 In marito, & ſic Domino temporali eſt nedum *text. in l.diuortio, §. impendia, ff. ſolut.matrim.*ſed eſt *tit. de impenſ.in reb.dotal.facti.*De negotiorum geſtore eſt *tex.in l.ſiuè hæreditariam.ff.de neg.geſt.*De fideicommiſſario, & legatario eſt *text.in l.domos,ff.de leg.1.* De creditore eſt *text. in l.ſi ſeruos.ff de pignor.act.* De poſſeſſore bonæ fidei,vel malæ fidei eſt *text.in l.in fundo, ff.de rei vend. & in l.ſi quis ſciens,C.eo.tit.*De vſufructuario,eſt *text.in l.eum apud quem, C.de vſufruct.*taliter quod in omni genere poſſeſſorum ſtatutū eſt, quod im-
15 penſæ debent refici in pretio,quando non poſſunt ſeparari à dominio rei in beneficium eius,qui fecit meliorationes,eiusuè hæredis,licet aliqua facta ſit diſtinctio. Procedendo nos vlterius ad caſum noſtrum, primo fundamus diſpoſitionem dicti *§.ſi vaſſallus* (ſicut loquitur,quando deuoluitur feudum Domino,vt Dominus teneatur hæredi vaſſalli ad
16 pretium meliorationum) procedere etiam,quando agnatis,primo,ex deciſione *text.*præcedentis,ſupra allegati in *§.è contrario, de inueſtit.de re alien.facta*,cū omnes DD.in vtroq; *text.*concludant,quod iſte *text.* proceſſit ad declarationem illius,ſed ille diſponit,q vaſſallus poteſt meliorare feudum in beneficiū Domini, & agnatorum,*§.verò ſi vaſſallus*,ſub. iungit,quod Dominus in caſu aperturæ, debet ſoluere meliorationes, ergo comprehendit etiam caſum, quādo aperitur agnatis, quod agnati debeant ſoluere meliorationes. Secundò probamus euidēti ratione, cum nulla ſit ratio differentiæ inter Dominum, & agnatum,ratio enim deciſionis fuit,ne quis locupletetur
17 cum aliena iactura,quæ ligat agnatum, ſicut ligat Dominum. Tertiò authoritate Doctorum,& incipiendo ab *Andr.de Iſern.in d.§.è contrario*,quando coniungit deciſionem iſtius *tex.*cum deciſione alterius ponit deciſionem æqualiter de Domino,& de agnatis, & in indiuiduo tenet,declarat *Ruin. conſ.14. vol.1.* & in pluribus locis teſtatur dixiſſe, *Andr.de Iſern.*notat *Paris de Puteo in tract.de rei integr. feud.cap.7.* incip. *alius inſuper,nu.16. Alber.Brun.conſ. 105.& Capyc.in inueſt.feud.in verbo feudorum augmenta in principio*, ſuper quod non inſiſto, quia hucuſq; non vidi Doctorem dubitantem.

18 Conſequens eſt,vt diſcutiamus,ſi meliorationes in ædificijs arcis,fortilitijs, & murorum poſſint dici neceſſariæ, vel vtiles, vel voluptariæ, de quibus qualitatibus, quia nō habemus aliquem *text.*feudalē,ſpecialiter loquentem, recurrendum eſt ad ius Romanum *cap.1.de feud. cognit.*maximè quando non contradicit ius Romanum regulis iuris feudorum,vt ibi *Iacob.de Beluiſ.* notat. Ius igitur Romanum facit talem diſtinctionem: *Vlpinianus I.C.in l.1. cum pluribus ſequentibus, ff. de impenſ.in reb.dotal.facti.*quod neceſſariæ ſunt, quæ neceſſitatem impendendi habent,vt in *princ.d l.1.* quod clarius declarat in *l. neceſſaria*, per talia verba, *neceſſariæ ſunt, quibus non factis, dos diminuitur*: de vtilibus verò talem fecit definitionem in *l.5.§.fin.*per talia verba,*vtiles autem impenſæ ſunt, quas vtili-*

Digitized by Google

ter maritus fecit, remque meliorem vxoris fecit: voluptarias verò definit in *l. voluptarias*, eas esse, quæ rem tantum exornant, in quibus iuribus I.C. ponit exemplas; & etiam *text. in l. impensæ, ff. de reg. iur.* vbi fit regula, quod necessariæ sunt, quæ si non fiant, res deterior fit, vel peritura fit, vtiles verò, quæ rem meliorem reddunt, voluptariæ, quæ causa delectationis fiunt, ibiq; *Rebuff.* latè declarat. Applicando nunc ad casum de impensis in constructione arcis, murorum, fortilitiorum, & aliorum ædificiorum pro tuitione dicti feudi, quæ necessariæ dici possunt, quia alias feudum à quolibet inuadi, & occupari potuisset, & sic nedum deterior dicitur fieri res, vel peritura, quando ipsa res in aliquo diminuitur, vel corrumpitur, vel peritura, quando ipsa materia deficit, sed quando à dominio, vel possessione Domini abest, cum deterioratio, vel diminutio non consideratur respectu ipsius rei, sed respectu interesse Domini, cuius interesse magis versatur, ac principaliter in habenda re, & in consequentiam, vt illam habeat in suo naturali statu, in tãtum, quod impensa in custodiendo Castro dicitur necessaria, per supra allegata, ex *Bart. in d. §. prædijs*, quanto igitur magis necessaria dicenda erit illa, quæ in ipso Castro ædificando facta fit; item & fortius, quia cum omnia hominum causa facta sint, *l. in pecudum, ff. de vsur.* magis necessaria impensa dicitur, quæ fit pro conseruatione hominum, quam quæ fit pro conseruatione rerum, sed lex dixit necessariam impensam pro conseruatione, ergo probata est conclusio, quod sit magis necessaria, quæ pro conseruatione hominum, de quo habemus legem naturæ, quam *Tullius 1. de offic.* rectè explicat, dicens: (principio generi animantium omni est à natura tributum, vt vitam, corpusq; tueatur, declinetque quæ nocitura videntur) & infrà (omnia, quæ sunt necessaria ad viuendum acquirat, vt potus, pastum, & latibula) & idem *Tull. in 2. de offic.* (si duce natura in Ciuitatibus congregabantur homines, tamen spe custodiæ rerum suarum Vrbium præsidia quærebantur) item *Arist. 1. polit.* (firmissimam munitionem murorum existimandam esse bellicosissimam) & de iure ciuili est, *text. in l. vnica C. de expens. iud. lib. 11.* vbi in specie decidi tur expensam ad certum vsum destinatam, debere erogari pro refectione murorum, tamquam magis necessariam; parum enim prodesset, quærere res, nisi esset locus tutus, vbi reponerentur *authent. de defens. Ciuit. §. 1. vers. deindè cum nullum, & in d. l. vnica* dicitur, quod muri Ciuitatum faciunt securos Ciues, & habitantes in eà, adeo quod legatum pro constructione murorum Ciuitatis dicatur pium, *Specul. de instrument. edict. §. nunc verò, vers. & scias*, & in tantum est opus necessarium, quod expenditur pro muris Ciuitatis, quod nemo se ab hoc munere excusat, *l. fin. C. qui muneri, vel præstat. & l. ad portus, C. de oper. public. & Io. de Plat in fin. Iac. reb. & Luc. de Penn. in d. l. vnica notant.* Vndè succedit indubitata iuris cõclusio, quod impensa, facta per retro feudatarios in Ciuitate Sabloneta pro constructione murorum, arcis, & fortilitij fuerit necessaria, nedum pro conseruatione, ac tutela ipsorum feudatariorum, filiorum, familiæ, & bonorũ, sed ipsorum vassallorum; ipsiusque feudi, aliorumque feudorum, & sic etiam in beneficiũ agnatorum, quibus deindè fuerint aperta, ab illa dependet alia iuris decisio, quod agnati debent soluere impensam necessariam prędictam, quam potest re-

repetere etiã fur, ac malæ fidei poſſeſſor, nedum Dominus temporalis, *l domum in fin.C.de rei vend.* vbi DD. notant *l.ait prætor,§.per hanc, ff.de his,quæ in frau.credit.l.planè* 41.*ff.de pet.hæred.Bart.in d.l.in fundo,num.6.* ac cęteri in numeri, à *Barboſ.citati in repet.d.§.impendia,num.*59.Immò
25 quod præferri debeat impenſa neceſſaria alijs creditoribus per regulam,*l.interdum.ff.qui pot in pignor.* vt latius *Neguſant. de pignor.3.membr. 7.part.princip.num.16.* qua concluſione ſtante, non cadit diſputatio,ſi ſint exceſſiuè,vel non,cum leges limitantes concluſionem generalem, non loquãtur de neceſſarijs, ſed de vtilibus,vt in iuribus, infrà allegandis,& ſic ſi apud Cęſaream Maieſtatem, eiuſq; Imperialem Cameram iudicandę venient impẽſæ prædictę, vt neceſſariæ,vt verè ſunt, indiſtinctè agnati tenentur ad ſolutionem illarum ſine diſtinctione, ſi ſunt ipſi diuites,vel aliunde ſoluere poſſint.

Si verò vtiles iudicabuntur,& nõ neceſſariæ, quod non credimus,adhuc dicimus, leges diſtinguentes eſſe ſanè intelligendas in caſibus eorum,ſcilicet *l.Titius in fin.*43.*ff.de act.empt.l.ſi ſeruos* 24 *ff.de pignor.act. l.in fundo, ff.de rei vend.l.vtilium, ff.de impenſ.in reb.dot.l.ſed an vltro,* §.1.*ff.de neg.geſt.& d.l.impenſæ, ff.de*
26 *verb.ſignif.* quoniam dicta iura reſtringuntur in caſibus ſuis, vt tunc Dominus non teneatur ad impẽſas vtiles exceſſiuas,quãdo eſt pauper, quod aliundè non poterit ſoluere, ita quod cogatur rem melioratam alij vendere,vel derelinquere, ſed ſi ex alijs poſſit luere,tenetur *Alex.* declarat *conſ.*162.*lib.*7.*num.*4.*Alberic. in d.l ſi ſeruos,* aperit *text.in d.l.in fundo,Loriot.in l.fructus.ff.de verbor. ſignif.*quia eo caſu vtilis non eſt impenſa Domine, qui occaſione impẽſæ priuatur dominio rei, *Gomeſ.in l.* 46.*Tauri num.*2.*& Menoch.de recuper.poſſ.remed.*15.*nu.*532.*Hieronym. Gabriel.conſ.*162.*num.*120. quos ſequitur *Barboſ.in d.§.impendia, num.* 74.*&* 75.*& nu.*120.cum tribus alijs declarationibus:prima,quod ſi Dominus erat alias facturus conſimiles impenſas,quod eo caſu tenetur ſoluere pretium ipſarum factarum,etiã ſi cogeretur pro ipſarum ſolutione rem melioratam vendere, *Capra cõſil.*90.*num.*11. *Boſſ.de princip.nu.*31. *Bellon.conſ.*65.*num.*14.*de Franch.deciſ.*110.*num.*5.*Burſat.conſ.*85.*nu.*32. *dictus Barboſ.num.*101.*verſ.hæc tamen tertia.* Secunda eſt,quãdo Do-
27 minus rem melioratam vendit,quia tunc de pretio tenetur ſoluere impẽſas meliorationum factarum poſſeſſori,vel hæredi,vt declarat *text.in d.l. in fundo,in fin.* argumento *l. niſi venalem* 30.*ff.de rei vend.* quod procedit etiam in malæ fidei poſſeſſore, *Neguſant.de pignor.4.membr.5.part. num.*20. *Garſ.de expenſ.c.*5.*num.*26.
28 Tertia eſt declaratio,quod etiam in dicto caſu, quando non tenetur ad exceſſiuas, quia pauper,& non erat facturus,nec rem venditurus,adhuc de fructibus debet ſoluere meliorationes,dimittendo rem pęnès bonæ fidei poſſeſſorem,donec fuerit de impenſis ſatisfactum, *Valaſc.de emphyteut.q.*75.*num.*10.*ad fin.& Garſ. de expenſ.cap.*6 *num.*11. Et quamuis *text.in d.§. ſi vaſſallus,*det electionẽ Domino,vel ſoluere meliorationes, vel permittere,quod hęres abradat, tamen communis intelligentia Doctorum eſt, quod tunc procedat, quando meliorationes ſunt diuiſibiles,ſecus ſi indiuiſibiles à feudo, ſecundum diſpoſitionem dicti §. *è contrario* ſupra allegati, vbi fit talis diſtinctio, & ſic declarat *Curt.iun. conſ.*165.*num.*11.*cum ſeqq.* maximè in vrbanis, in quibus per abraſionẽ Ciuitas deformaretur, *l.cætera,*§.1.

ff.de

Digitized by Google

ff. de leg. 1. & per tradita à Bart. cum alijs in l. Senatus, §. Marcellus, ff. eod. tit.

Nunc verò ad corroborationem eorum, quæ dicta sunt, quod in construendis arcibus, & fortilicijs reputantur necessariæ, vel saltim vtiles non facta distinctione, si excessiuæ, vel non, cum de sui natura requirantur, maximæ impensæ adducimus Doctores in specie loquentes in simili materia de impensis in ædificandis arcibus, Bald. in l. 1. n. 7. ff. de rerum diuis. idem Bald. in §. si quis de manso. n. 2. vers. vnde benè concedo, de cõsuet. feud. inuest. Paris. de Put. in tract. de reintegr. feud. c. 12. de meliorat. fact. in bon. feud. n. 20. & 21. Capyc. inuest. feud. verb. feudorũ augment. in princ.

30 In quo articulo tandem, vt finiam, in tantum est verum, quod successor in re debet soluere æxtimationem impensarum in construẽdis arcibus, etiam quod sint immensæ, adduco legem particularem in Hyspania inter leges tauri 46. qua disponitur, corrigendo ius commune, quod successor in maioratu, non teneatur soluere impensas, erogatas in construẽdis Castris, quæ tamen visa fuit iniusta correctio, quod aduertit Io. Lopez de Palatijs, tempore quò dicta lex condita fuit, & eo contradicente fuit lata, vt ipse testatur in repet. rub. extr. de donat. inter virum, & vxor. §. 62. nu. 17. cum aliàs de iure

31 communi teneretur. Vndè ex omni parte remanet firmus articulus, quod agnati tenentur ad impensas pro constructione Castrorum, & ad valorem impensarum in concreto, non prout valerent rudera, ità Bal. in d. §. si vassallus, tit. hic fin. lex, reprobata opinione contraria, quem sequuntur Aluar. Præpos. & Ruin. dict. cons. 14. dicit magis communem Iul. Clar. §. feudum quæst. 88. nu. 2. Barbos. in d. §. impendia, nu. 109. quibus conferunt notata per Paul. de Castro, & Alex. in d. l. domos, quod successor in feudo tenetur ad valorem impensarum tempore successionis, quamuis tempore, quo fuerunt factæ minus valebant, quia erat bellum, quo tẽpore res vilius æxtimantur, & loquũtur dicti Doctores in expensis excessiuis, factis in Castris, & ædificijs bellicis.

A primò igitur, vsq; ad vltimum de iure istæ impensæ debebantur refici per agnatos, vel quia necessariæ, nam ad tutelam feudatarij, vassallorum, ipsiusq; feudi, vel quia vtiles, quamuis excessiuæ, vel quia iidem agnati erant facturi, si iacturam personarum, vassallorum, & feudorum cuperent euitare, vel quia de alijs bonis poterant sibi satisfacere, vel quia erant venditurí, pro vt vendiderũt, vel saltim de fructibus, proùt in vnoquoq; probauimus per supra allegata.

De facto verò, quod ex conuentione, sic partes conuenerunt, satis apertis verbis expresserunt in primo instrumẽto venditionis, in quo omnes interuenerũt, & scripturam priuatam in verbis satis ambiguis corrigendo, vt ex lectura ipsius videre est, proùt, & in secundo instrumẽto, cum alijs fratribus de liquidatione.

Cum igitur habeat Iustissimus Cæsar tot iurium dispositiones, tot Doctorum antiquorum, & modernorum expositiones, totq; partium declarationes, peritissimorum Iudicum sententiam in tali articulo meliorationum, non erit locus contrariæ sententiæ, proùt à tanto Principe Clientes expectant.

Minusq; esset in consideratione, æxtimari posse feudum prædictum, vt pretiosum, iunctis melioratiõnibus ipsis, cum vera sit Doctorum

32 sententia, quod etiam Castra, & fortilitia nõ æxtimantur, nisi secundum red-

Digitized by Google

redditum; quod declarat *Ioa. de Platea in l. 2. C. de prad. & omnibus reb. nauicular. lib. 11. verſ. Et nota hic text. in verb. emolumentum*, quem ſequitur *Arius Pinell. in d. l. 2. p. 2. c. 4. num. 28. verſ. res immobilis:* Quorum opinio magis conuenit in caſu noſtro, in quo tot concurrunt qualitates, tum circa feudi, & vaſſallorum eſſentiam, tum circa pacta conuẽta, quæ ſimul adeò minuunt valorem feudi, vt vix æſtimari poſſit ad rationem quinque pro centenario; quod credimus apparere ex teſtiũ depoſitionibus, & potiſſimè per loci viſionem, vt in dicta conſultatione refertur.

Circa tertium, iuſtiſſimè cõſuluit,
33 illuſtriſſimos conuentos abſoluendos eſſe ab impetitione intereſſe pro rata pretij nõ ſoluti, illud enim prætendere poterat, vel ex mora regulari, vel ex mora irregulari, ſeù ex æquitate æqualitatis, ſeù compenſatiua.

34 Ratione moræ regularis non tenentur, quæ attenditur in contractibus bonæ fidei, *l. mora, §. bona fides, ff. de vſuris*, nam venditio fuit concepta pro pretio, declarãdo per Cæſaream Maieſtatem qua declaratione non facta, emptores non ſunt in mora, ſtante illiquiditate debiti, *Bal. in l. acceptam, C. de vſur. in 6. oppoſ.* & in *l. in fideicommiſſi, ff. eod. tit.* cum quælibet cauſa excuſet à mora, *l. quod te, ff. ſi cert. pet.* vbi DD. notant ex *gloſ. verſ. detrimentum*, & in *l. vinum, ff. eod. tit.* notatur in *l. non videtur, ff. de reg. iur.* maximè, quod venditor petijt vltra debitum, proindè excuſat debitorem, vt per *Bart. & DD. in l. qui ſolidum, ff. de leg. 2.* tã-
35 ter, quod ratione moræ regularis, cum debitũ erat illiquidum, & creditor petebat plus debito, nũquam fuerunt in mora debitores, meritò ex hoc capite nullũ cadit intereſſe, & per conſequens fruſtra eſt conſultatio prædicta.

Ratione moræ irregularis pars
36 poſſet prætendere intereſſe pretij non ſoluti, non ratione moræ, ſed ratione æqualitatis ſeruandæ, vt ſicut emptores potiti ſunt feudo vendito, eiſque tradito, fructus percipiendo, ita æquali recompenſatione obtineant pretium, ipſiuſque intereſſe, ſi non ſit ſolutum, *l. curabit, C. de act. empt. l. Iulianus, §. ex vẽdito, ff. eodem tit.* vbi ferè eſt conſimilis *text.* & ſic non ratione moræ, ſed ratione fructuum perceptorum, vt æqualitas ſeruetur: quæ ratio, adeò efficax eſt, quod etiam ſi fundus fuiſſet ſterilis, & infructuoſus, adhuc debetur intereſſe, non ratione fructuum, ſed ratione perfidiæ emptoris, non curantis ſoluere pretium, & ratione commoditatis perceptæ ex re empta, *Bald. in l. 2. C. de vſur.* quem ſequitur *Paul. in d. l. curabit*, & quam plures relati per *Couar. variar. reſolut. lib. 3. c. 3. num. 3. verſ. Quarto*, & relati per *Hieron. Cagnol. in repet. d. l. curabit, nu. 26.* Et tanta fuit vrgens iſta ratio æqualitatis, vt etiã in pratio illiqui-
37 do procedat *d. l. curabit*, putà in vẽditione pro pretio, declarando per perſonam electam, quia nunc ſequuta declaratione pretij, debetur pretium cum intereſſe, à die venditionis nam retrotrahitur ad tempus venditionis dicta liquidatio, deciſio eſt punctualis ad caſum noſtrum *Ioſeph Ludou. in dec. Peruſ. 53.* Fuit etiam recepta ſententia, vt debeatur intereſſe ꝓportionabiliter ad fructus perceptos, vel quos venditor percipere potuiſſet, etiam quod excederet intereſſe pretij, non ſoluti, *Couar. in loco ſupra citato, nu. 2. verſ. 3.* ad quod allegat Doctorem reprobum, & videtur ſentire *Cagnol. in dict. curabit, num. 2.*

Sed prædictis non obſtantibus, con-

Digitized by Google

cõtrarium est de iure verius in præ-
senti casu, æquitate enim *d.l.curabit*,
38 non aduersante in prædicto articu-
lo, benè consuluit Suæ Maiestati di-
cta Rota Lucensis, cum emptores,
nec ratione fructuum, nec ratione
moræ ad nihilum de iure teneantur.
Incipiamus à capite fructuum, & in-
dubitanter dicimus, nedum nullos
percepisse emptores, sed de suo ma-
ximam pecuniarum quantitatem ex-
pendisse ad summam ducatorum de-
cem mille quolibet anno pro custo-
dia Castri, & Ciuitatis, vltra impen-
sas in recollectione fructuum, qui à
lege considerantur, deductis omni-
bus pro cultura, & cura, vt supra in
principio orationis probauimus,
quæ hic non repetimus, sed allega-
mus, & stipendia militum pro custo-
dia minuunt fructus, secundum *Bar.*
in l.final.ff.de impens.in reb.dot.fact.
cum ibi notat.per *Alex.in addit.Ang.*
Imol.n.13.& Alex.nu.7.in l.domos, ff.
de leg.1. secundum quorum opinio-
nem non repetitur talis impensa,
quia computatur cum fructibus: &
si teneremus aliam opinionem *Bart.*
in d.§. prædijs, veniret dicta impensa
reficiẽda per agnatos de pretio feu-
di, vt supra probauimus, & sic quo-
quò se verat pars ista, impensa im-
pedit omne votum extorquendi à
conuentis aliquid etiam minimum,
vltra pretium conuẽtum, nec de do-
ctrina *Bal.in l.2.C.de vsur.& Paul.* in
eodem loco est faciendum, cum
contrarium Doctores responderint,
siue enim sit sterilis, siue fructuosa
39 res, de cuius pretio agitur, semper
lex cõsiderat, quod abest à vendito-
re, & illud quod abest, recompensa-
tur, si fructus, fructus, si cõmoditas,
commoditas æstimatur, cum de iure
ciuili erant permissæ vsuræ vsque ad
certum tempus, deindè cum fuerint
prohibitæ, & illæ tantum permissæ,
quæ ratione damni emergentis, vel
lucri cessantis poterant considerari,
de quo ad casum nostrum nihil attinet, superuenit *d.l.curabit*, per viam
recompensationis, restaurando ven-
ditori ratam fructuum, quos perce-
pisset, si rem non vendidisset, & sic il-
lud tantum recompensat, propterea
Salyc. in d.l.2. tenet contra *Bald. &*
Soc.in cons.109.lib.1.Paul. sibi contra-
rius in *d.§.ex vendito*, *Cyn.in l.in mi-*
norum, *C.in quib.cas.restit.in integr.*
non est necess. Alex.in d.l.de diuisione,
col.fin.& Hieron.Cagnol. in d.l.cura-
bit, sequitur, & cæteros allegat, *n.26.*
27.cũ pluribus sequent. vbi *n.3.* dicit,
æstimandam esse commoditatem, si
aliquam attulisset, postquã fructus
non produxit, & *Couarr. d.c.4. lib.3.*
var.resol.nu.3.vers.quarto. Et si pars
prætendit, aliquam commoditatem
attulisse dictum feudũ emptoribus,
nos possumus maximas incommodi-
tates allatas longè plurimi æstimare,
quam fructus perceptos, vt omnibus
notum est.

Ex alio etiam ad nihilum tenen-
tur emptores, ratione pacti conuen-
ti, vt pretij pars soluatur tempore
arbitramenti, faciendi per Cæsarem;
pars verò post biennium à die arbi-
tramẽti fine interesse, quo fit, vt ces-
set *d.l.curabit*, idem *Couarr.* probat
ibidem *n.5.ver.sexto ex his*, vbi plu-
ra cumulat, & *Cagnol.nu.52.* ad quos
me remitto. Nec obstat *decis.Peruf.*
53. quia, vt Author ibi declarat, va-
let pactum de soluendo pretium in
certo tempore, & tunc cessat *l.cura-*
bit, & differt, quod vendatur ad pre-
tium declarandum, quia sequuta de-
claratione, retrotrahitur ad tempus
venditionis, & tunc operatur *d.l.* ita
Author in fine decisionis declarat
intelligentiam vnius, & alterius ca-
sus, propterea resolutis contrarijs,
remanet firma cõclusio, quod dicta
Rota benè consuluit, prout spera-
mus, &c.

FINIS.

Digitized by Google

ALLEGATIONVM ARGVMENTA.

I.

DE voluntate donandi non adimpleta, dum id fieri potuit, & ex quibus censeatur reuocata? 2

II.

Quibus verbis inducatur institutio, & quibus legatum. 8

III.

De remed. l. 2. C. de rescind. vendit. in locatione officij facta ad longum tẽpus cum dolo conductoris. 16

IV.

Remedium l. 2. C. de rescind. vendit. an locum habeat in locatione? & quid in locatione officij? & an maximo lucro conductoris concurrente, locatione finita, debeat augeri pensio? & an subsequuta ratificatione contractus possit intentari remedium dict. l. 2. ? & tandem vtrum possit considerari dolus in locatione officij, & propter eum annullari possit contractus, petendo restitutionem perceptorum emolumentorum? 30

V.

Dominium an transferatur ex locatione ad lõgum tempus? & an feudum ad longum tempus locari possit? & quando dicatur ad longum tempus locatio? & an officium locari possit ad longum tempus, & alia plura circa locationem ad longum tempus. 40

VI.

Officium stante facultate à patre obtenta disponendi de eo inter filios, ad quem ex filijs spectet patre ab intestato defuncto? & quid concurrente inhabilitate primogeniti ad illud exercendum? 44

VII.

De probatione confinium, & identitatis rei facienda per concedentem in emphyteusim post concessionem indistinctè factam. 49

VIII.

Idem, ac in Allegatione præcedẽti. 52

IX.

Exequutio an dicatur facta in bonis alienis, quando rei exequutæ venditor sibi reseruauerat dominium. 57

X.

Reiuendicatio vt proponatur, quæ requirat extrema? Assertiua verba in quibus casibus probent? Possessum à Barone infra fines feudi feudale præsumitur solũ, quoad iurisdictionem. Feudalia probari possunt per testes, &c. 60

XI.

Administratores Vniuersitatum ad quę teneantur ob negligentiam in administratione: & quomodo conueniendi si plures sint? 63

XII.

Hæreditas, quæ à patre vxori distribuẽda est commissa, si ea non declarauerit, ad omnes communes filios spectat. 66

XIII.

An ius habens ducendi aquam per riuum possit illum facere de fabrica, & claudere, ne fluat in agris vicinis? 69

XIV.

Pacta apposita in contractibus matrimonij, locationis, depositi, compromissi, & aggregationis Ciuium, & similibus, ijs reuocatis, & demum conualidatis reuiuiscunt, & sunt obseruanda. 71

XV.

Filius tenetur ad dotem vxoris suæ patri solutæ etiam de proprio. 74

XVI.

Restitutio an concedatur minori aduersus registrationem refutationis feudi non factam, & quid stante culpa refutantis? 80

Man-

Digitized by Google

XVII.
Mandator,& fideiussor liberãtur si pecuniam contra formam pacti, & sine pignore creditor debitori liberauerit. 84
XVIII.
Legata pluribus Sacerdotibus certa quantitate cum onere celebrationis Missæ,qualibet die vnicam Missam: celebrare tenentur omnes,cum rata contributione,& idem in allegatione 17. 86
XIX.
Obligati ad aliquod, pro virili censentur.Sicuti legatum pluribus factum, vel à pluribus,sic onus celebrationis Missæ diuiduum est quoad obligationem,indiuiduum quoad exequutionem. Hæres potest declarare voluntatem testatoris, cuius declarationis ex obseruantia sufficiens sumitur coniectura. 88
XX.
Salarium an debeatur Officiali pro tẽpore, quod non exercuit, & an debeatur eius substitutio? 89
XXI.
Legatum factum victrico,vel mouercę, si excedat id minus, quod vni ex filijs relinquitur,reformatur ad ęqualitatem illius Minus, Minusque dicitur, quod relinquitur filiabus monachandis, vel non monachandis paragium nubendi. Et text. in hac edict. C.de secund.nupt.& §.optimè authent. de nuptijs, satis dilucidantur. 92
XXII.
Bona empta propè feudum, vel in districtu feudi feudalia non dicuntur, sed allodialia,propterea hæredi,in allodio debentur. 101
XXIII.
Decimæ debentur Ecclesiæ Parochiali,vbi Parochianis Dei Sacramenta ministrantur, non autem Episcopo, licet ipsi debeatur quarta ipsarum decimarum ab Ecclesia Parochiali. Ac decimarum solutio cessabit, si per præscriptionẽ immemorabilem solutæ non fuerint. 106
XXIV.
Feudorum pretia æstimantur ex redditibus, & fructibus,quos producunt. Arces, & cętera ædificia, in feudo cõstructa pro feudi fortalitijs, tamq; impensæ necessariæ ad hæredem in in allodio pertinent; eisque debetur æstimatio etiam ab agnatis. Emptoremq; ad interesse pretij non soluti non teneri,si nullos ex re empta percepit fructus,egregiè probatur. 114

RE-

Digitized by Google

RERVM, AC VERBORVM SINGVLARIVM,

QVÆ IN ALLEGATIONIBVS CONTINENTVR;

LOCVPLETISSIMVS INDEX

ALPHABETICA SERIE DISPOSITVS.

Prior nota denotat numerum marginalem, altera verò paginae.

A

A Officio remotus non debet amplius ad illud admitti. num.4. fol. 45

Absentia decipit homines in valore rerum suarum.n.12. 22

Absenti donatio facta sine scriptura non valet.n.18. 7

Absoluitur reus actore non probante; vel probante aliter, quàm proposuit. n.1. fol. 49

Acceptata tacitè donatio quando dicatur? n.21. 8

Actione personali potest conueniri legatarius à creditoribus defuncti.num.4. fol. 10

Actione personali tenetur hæres non solũ creditoribus, sed etiam cohæredibus. n.4. 10

Actiones, & iura non veniunt neque appellatione mobilium, neq; stabilium, sed faciunt certam speciem.n.7. 11

Actor obtinere non potest argumentis, sed præsumptionibus.n.9. 55

Administratores rerum publicarum pro indiuiso an teneantur insolidum? n.10. fol. 65

